162 Intellectus ad l.6.titu.3.parti.6.ibi, [ mas ſi una palabra.

163 Verba uolo, & uellem ex adiunctis poſſunt inducere inſtitutionem, ut hîc exemplificatur.

164 Idem importat dicere inſtitutio ſemitacita, & inſtitutio ſemiexpreſſa ultra Doctores.

165 Hæredis appellatio in dubio continet propriè eum qui eſt hæres uniuerſalis in tota, uel quota parte hæreditatis: non autem ſucceſſorem in re particulari, uel bonorum quota portione.

166 Dictio, omnis, non ſolum deſignat uniuerſalitatem, ſed etiam totalitatem, id eſt integrum ius: ſecus in dictione uniuerſum. Quod proſequere ut hîc, quia aliter concluditur.

167 Inſtitutio facta de ſola legitima, eſt inſtitutio impropria: ſicq; filius in ſola legitima inſtitutus non cenſetur hæres uniuerſalis: cuius rei effectus protinus exemplificatur, & uerificatur. uide ſuprà nume.93.

168 Ad l.14.titu.3.partita. 6. in uerſiculo. E ſi por auentura adaptatio dictorum Barto. & Docto.

169 Quæ ſit inſtitutio improprijßima, & quid differat à magis impropria.

170 Exemplum de ſubſtitutione ſemitacita, ſeu ſemiexpreſſa, de qua ſuprà numero. 164. mentio fuit habita.

171 Ad prædictam l.14. abhinc nume. 3. allegatam, declaratio ſuppletiua non contemnenda.

172 Deſignantur plures caſus tacitæ inſtitutionis uniuerſalis, quæ eſt optima & utilis materia & in primis ante alios ponitur exemplum notabile ſequens, ſiue teſtator dicat, Petrum & Gaium inuicem inſtituo: ſiue inuicem ſubſtituo, alterutro dicendi genere, uidetur eos inuicem inſtituiſſe, item & ſubſtituiſſe.

173 In ſecũdo caſuum tacitæ inſtitutionis traditur de intellectu l.ſi mater, quæ eſt tertia. C. de inoffi.teſta. & in diſcurſu ponitur quædam noua aſſertio, quæ habet, ex l. illa ſubtiliter inſpecta deduci poſſe non eſſe inconueniens, ſcilicet uoluntatem teſtatoris ex qua manat tacita inſtitutio, eſſe præſumptam, & ipſam inſtitutionem tacitam ex ea fluentem eſſe fictam: & ſic cauſam præſumptam producere effectum fictum, quod eſt peregrinum & alibi non legi.

174 In tertio eorundem caſuum agitur de intell. l. fin. infrà iſto titu. de hære.inſti. & inter alia deducitur non eſſe incongruens ex præſumpta uoluntate defuncti, inſtitutionem aliâs irritam, uel inualidã à fortiori conualeſcere.

175 Quanquam Docto. uarient de ea re uerior eſt ſententia illa, quòd conditio ſi filius meus (quem inſtitueram) deceſſerit abſq; liberis maſculis, hæreditas deueniat in talem (qui non erat de liberis) inducat diſpoſitionem, ut ſic maſculi cenſeantur uocati.

176 In nono caſu agitur de declaranda l. ſi ita ſcriptũ, de libe. & poſthu. & applicanda ad ll. huius regni ſcilicet fori regij & Tau. quæ ſunt in frequenti uſu & aßidua obſeruantia.

177 Ad dignoſcendam quantitatẽ quæ pro legitima competat filijs uel eorum cuilibet non attenditur hodie ius authenti. neque l. parti. ſed ll. for. regni & Tauri.

178 Actus ultimæ uoluntatis eſt indiuiduus nullam in ſe recipiens ſectionẽ reſpectu ualiditatis & inualiditatis: ſiquidem nõ poteſt pro parte ualere, & pro parte minimè: ſed aut debet eſſe in uniuerſum ualidus, aut inualidus: cùm eius ualiditas conſiſtat in ultimo puncto indiuiſibili.

179 Inſtitutio facta non expreſſo nomine hæredis, tamen facta relatione ad aliam diſpoſitionem uel locũ in qua aut quo reperitur expreſſus & declaratus hæres, ualet.

180 Traditur pleniſsmè nec minus anxiè & curioſè de intellect. l.5. in ll. Tau. in illo articu. principali, an filiusfa. teſtari poßit de plena proprietatis tertiæ partis aduentitiorum in quibus patri cuius poteſtati ſubditur, eſt acquiſitus uſusfructus: & ſic in præiudicium patris, nec ne? tandem tandem concluditur, quòd patri non poteſt præiudicari per filium teſtãtẽ quoad uſumfructum tertiæ partis aduentitiorum ſibi acquiſitum.

181 Donatio facta per patrem filiofa. cum iuramento, etiam de iure communi ualet.

182 Voluntas principis in dubio intelligitur eſſe talis qualis de iure eſſe debet.

183 Verba l. uel ſtatuti debent eſſe uel intelligi cõformia æquitati: licèt ex eorum proprietate non ferant eam ſignificationem uel intellectum.

184 Reſcriptum principis interpretari debet ſecundum ius commune.

185 Priuilegia cæteraq; principum placita non ſunt abſolutè, neq; indiſtinctè interpretãda: ſed ſanè, propriè, & benignè accipienda.

186 Quamuis in incorporalibus, nõ ſit dare ueram ac propriam poſſeſsionem: eſt tamen dare dominiũ illorum iurium incorporalium, & quidem directũ uerum ac proprium.

187 Declaratio capitis ultimi, de iudi. in illis uerbis. uel quaſi proprietate.

FINIS.

# PRAELECTIO RVB. ff. DE HÆRE. INSTI. P. PERALTÆ IVRIS CÆSAREI DOCTORIS Salmanticenſis.

Pingueſcẽt ſpecioſa deſerti.

PRælecturo mihi in
iſtius tituli materia
ex huius famigerabi
lis academię pontifi-
cio inſtituto,cõſtitu-
tione vulgo nuncu-
pato,pretium operę viſum eſt,nõnul-
la ad expeditiorẽ ipſius rei intelligen-
tiã &cognitionẽ pręfari:ne illotis(qđ
aiunt)manibus rẽ quæ vltro difficilis
eſt aggrediar:morẽ Iureconſul. gerẽs
1 in l.1.ff.de orig.iuris.†Et quia oportet
docẽtẽ incipere à doctrina principio
rum & declaratione eorundẽ,teſtãte
Bal.in l.1.in primis verbis, ff.ſi cer.pe.
Nec nõ,quia ſcđm Cice. in primo de
offi.poſt epiſtolã procemialẽ ſeu limi-
2 narẽ ad filium, †oĩs quæ à ratione ſu-
ſcipitur de aliqua re inſtitutio, debet
à definitione proficiſci, vt intelligat
quid ſit id de quo diſputetur.Cùm ſe-
cũdũ eundũ Cice.lib.4.ad Here.†de
3 finitio eſt,quę rei alicuiꝰ proprias am-
plectitur poteſtates breuiter & abſo-
4 lutè. † Sed q̃a Iuriſcõſulti vt plurimũ
nõ vtuntur definitionibus. l. oĩs defi-
nitio,ff.de reg.iur.ſed potius vtuntur
5 deſcriptionibus,†cùm definitio eſſen
tiã,deſcriptio intelligẽtiã rei claudat,
authore Boë. Seue.cuiꝰ meminit Bal.
in rub.C.q̃ admi.ad bo.poſſe.poſ.col.
2.è re erit præmiſſa gl. cõtinuatione,
deſcriptionẽ hæredis inſtitutionis di-
rectæ,vtpote interpretationis iſtiꝰ ma
teriæ anteſignanã pro roſtris (vt aliâs
dicitur)prępponere,& ob oculos exhi-
6 bere. †Neq; enim ita exactè & ꝓpriè
Iuriſcõſulti procedũt in deſcribẽdo,
prout in definiendo faciũt Dialectici
& Philoſo. per genus videlicet diffe-
rẽtias & propria:illi eñ ſola rei mani-
feſtatione declaratoria ſunt cõtenti:
hi verò profundiꝰ & interniꝰ rẽ ipſam
ſpeculantur. Nõ eo minus verũtamẽ
ab his Philoſophis in deſcribendo ſeu
indefiniendo doctrina per Iuriſperi-
tos eſt haurienda,vt inquit Bar.in l.1.
in prin.col.2.ff.de acqui.poſſ.
Et quidẽ quod attinet ad præſentis Cõtinuatio.
titu.de hęre.inſti. cõtinuationem ad
materias pręcedentes,gloſ.continua-
tio in effectu & reipſa reſpicit titulũ
s̃.de libe.& poſthu.ad quem iſtum cõ
tinuat:& ſic ad remota, quod rarò fit
iuxta text.in id ſępe allegabilem in l.
2.s̃.de ſta.ho.Sed Io.de Imo.tenet, &
ſaluat cõtinuationẽ iſtius gl. ex cuius
ſaluatione ſiue excuſatione colligit,
7 †cõtinuationẽ vnius tit. ſeu materiæ
ad aliũ vel aliã,itẽ relationẽ vnius di-
ſpoſitionis ad aliã,fieri poſſe cõgruen
ter ad remota,qñ media ſunt pertinẽ
tia,hoc eſt cũ habent aliquã cõnexio
nẽ ſeu cõtiguitatẽ cũ extremis. Et ita
põt limitari & declarari d.l. 2. ibi, [Et
his ꝓximos atq; cõiunctos applicãtes
titulos,&c.]& iſtud eſt de intentione
illius literæ in illo tẽperamẽto, qđ ibi
eueſtigio ſubijcit,[vt res patitur,&c.]
Tunc eñ dicitur adaptatio rectè fieri
de vltimo ad primũ remotum,argu.l.
tria prędia.ff.de ſerui.ruſt.pręd. & eiꝰ
qđ aliâs per manus tã Iuriſprudentũ
8 q̃ Philoſopho.vulgo traditur, † quic-
quid eſt cauſa cauſæ eſt cauſa cauſati.
i.vltimi & remoti effectꝰ.l. manumiſ-
ſiones,ff.de iuſt.&iu.l.liberorũ,in prĩ.
iũcto ver.[Neq; eñ.]ff.de ver.ſig.quã
in hoc citat Bal.cõſ.ſchiſma.4.col.poſi
to poſt rub. C. ſi q̃s ali.teſta. ꝓhi. vnà
cũ l.licèt,§.ea obligatio,ff.đ procu.De
quo puncto,an & quomodo in cau-

ſis ſubordinatis vltimus effectus deno
minetur ab vna vel alia ipſarum, vide
eleganter Bal. in c. 1. §. inſuper, de pro
hi. feu. alie. per Fede. in vſi. feu.

Intentio itaq; gl. & Docto. in hac
continuatione eam ſequentium eſt,
præmittere vnum generale ad totũ
titu. videlicet, ꝗ hic titu. de hęre. inſti.
loquitur & tractat de inſtitutione hæ
redum extraneorum. i. non deſcendẽ
tium ab ipſo inſtituente vel non aſcẽ
dentium illius: quia licèt in materia
ſuitatis omnes & quicunq; hæredes
præter ſuos dicuntur voluntarij ſiue
extranei quoad ipſum inſtituentẽ, vt
probatur ex. §. 1. verſ. cæteri, inſtit. de
hære. qua. & diffe. & clarius ex. §. ex-
tranei autem, eo. tit. iuxta nouam tra-
ductionem ex libro Theoph. Græco
in Latinum verſo, vbi ad verbum dici
tur, [Extranei autem hæredes ſunt o-
mnes (vt rem verbo abſoluam) pręter
hos dictos, qui iuri defuncti ſubiecti
nõ ſunt.] Vbi tñ non tractatur de ſui-
tate, ſed de ſimplici ſanguinis ſucceſ-
ſione: deſcendentes etiã extra pote-
ſtatem aſcendentium exiſtentes vel
aſcendẽtes non cẽſentur, neq; vocan
tur extranei abſolutè: qñ inquã ſunt
tales deſcendẽtes extra poteſtatẽ, vel
aſcendentes quibus debeatur legiti-
ma ipſius defuncti, prout ſunt illi, in-
ter quos & talem defunctum eſt pro-
ximitas in gradu. i. non eſt alius proxi
mior inter eos & defunctũ interme-
dius, prout hæc probãtur ex proceſſu
vtriuſq; tit. C. & ff. de legi. hære. iun-
ctis ll. vna, C. de his qui ante aper. tab.
& in l. gallus, §. in omnibus, ad fi. ſ. de
lib. & poſth. & l. poſtumorũ, ff. de in-
iuſ. rup. & l. nam etſi parẽtibus, cũ alijs
*De qbus hęredibus iſte titulus principaliter & incidenter tractet.*
ff. de inoffi. teſtamẽto. Sic itaq; in iſto
titu. principaliter tractatur de hęredi
bus oĩno & penitus extraneis: quibꝰ
inq̃ nulla debetur legitima in bonis
defuncti: quanq̃ incidenter & minus
principaliter hîc tradatur etiã de filijs
& ſuis hæredibus. l. ſuus quoq;, & l. ſi fi
liusfa. j. iſto titu. & ex hac continuatio
ne iuncta rub. de lib. & poſth. ſ. allega
ta, & iũcta etiã ac rub. de hæ. inſti. po-
9 teſt vltra doct. colligi, † ꝗ participiũ
*De participio tẽporis futuri paſſiuæ ſignificationis.*
futuri tẽporis paſſiuæ ſignificationis
quandoq; importat neceſſitatẽ, vt in
rubri. ſ. de lib. & poſth. hæredibꝰ inſti
10 tuendis, vel ex hęredãdis: † quãdoq;
ſcd̃m ſubiectã materiã poteſt impor-
tare animi libertatem vel voluntatẽ,
vt in hoc ti. & C. de neceſſarijs ſer. hæ
re. inſti. & in pleriſq; alijs titu. & rub.
vt patet ex continuatione. ſ. facta de
hoc tit. ad titu. ſ. dictũ de lib. & poſth.
cui concordat etiã titu. vel rub. C. de
poſth. hære inſti. Sic ergo ex materia
ſubiecta iſta participia accipiũť, iuxta
glo. ordi. in ſimili in l. eas cauſas. j. de
cõdi. & demõſt. bonus tex. in l. ſeruos,
iũcta glo. ff. de pig. act. & ĩ l. 3. §. ſi quis
11 minor, cũ glo. 1. in prin. ff. de mino. †
Senſus itaq; illarum rubricarũ de libe.
& poſth. & de poſth. hæredi. inſtituẽ.
eſt. i. de his qui neceſſariò debẽt inſti-
tui vel exhęredari, vt in l. inter cæte-
ra, eodẽ tit. & intẽtio vel tractatꝰ huiꝰ
titu. eſt, de hære. inſti. i. qui poſſunt
inſtitui, & poſſunt nõ inſtitui, prout
ſunt omnes non attinentes per aſcẽ-
dentiam neq; per deſcendentiã ipſi
teſtatori, inter quos hæredes volũta-
rios, connumerantur etiam tranſuer-
ſales (vt. ſ. tetigi) quanlibet cõiunctiſ-
ſimi, vt fratres & ſorores, etiã vtrinq;
copulati eidem teſtanti: quos ſi vult
poteſt inſtituere, non tamẽ tenetur.
l. fratris vel ſororis, & l. fratres, verſ. cõ
ſanguinei. C. de in offi. teſta. & in. §. 1.
verſi. [Soror autẽ] inſti. eo. & in l. 2. in
prin. & in fi. tit. 8 part. 6. Et hîc obiter
*L. parti.*
adnotandũ eſt, vt quãuis iſtud infalli
biliter procedat in foro iudiciali, itẽ
& conſcientiæ in ſucceſſoribus legiti
mis tranſuerſalibus ab inteſtato, non
indi-



indigẽtibus: ſi tñ indigeãt, vel emen-
dicent, & eis præteritis teſtator eorũ-
12 demq; † conſanguineus vel cognatus
extraneũ hęredẽ inſtituat, facit cõtra
officiũ pietatis, & peccat: aliâs nõ poſ
ſet anathematizari, prout præcipitur
anathematizari in cano. ſi quis reli-
querit. 30. diſt. Ita elegãter decidit Io.
Fab. in §. inteſtatorum, inſti. de hære.
quæ ab inteſtato defe. & licèt non re-
ſtringat ſe ad indigẽtes: tñ ita oĩo eſt
intelligendꝰ per ea quę ſequũť: & ita
*Ioan. Fab.*
intellexit, hîc ſubobſcurè idẽ Io. Fab.
in l. fratris vel ſororis. ſ. allegata dũ in-
quit nõ eſſe dubiũ, quin ſi teſtator ex-
traneum inſtituat, agnatis vel cogna-
tis excluſis ſeu præteritis, peccet: ſi ex
odio faciat, vel non iure. Sub quibus
verbis, nõ iure, videtur incluſiſſe ca-
ſum qñ illi indigerẽt. Sed certè illud
fundamentũ Io. Fab. de pręfato cano
ne, ſi quis reliquerit, nihil ad rẽ: quia
loquitur in filijs. Idẽ tñ quod Io. Fab.
*Anchar.*
effectu & re ipſa tenet Pet. de Ancha.
in regu. poſſeſſor, col. 13. de reg. iur. in
6. in verſ. quidã verò, dũ refert diſtin-
ctionẽ cuiuſdam magiſtri Theologi.
*Iaſ. poſt. Albe. & Bea. Tho.*
Hanc eandẽ ſententiam (etſi nullum
horũ cõmemoret) tenet Iaſ. cõſi. 141.
exordiẽte, viſa longa, col. 5. verſi. item
qui caret, lib. 4. vbi ait, ꝗ carẽs liberis,
& habens vlteriores propinquos in-
digẽtes manifeſta indigẽtia, qui tamẽ
nõ ſint demeriti vel indigni, teneť hæ
reditatẽ eis relinquere ex debito parẽ
talis honoris. Nã cũ quiſq; præcipitur
honorare patrẽ & matrẽ, præcipitur
etiã honorare parentelam & cogna-
tionem, in his quæ ad eam pertinent,
vel ipſam concernunt. Et refert ita de
terminare Bea. Tho. Aquinatem in
quodam quodlibeto citato per Albe.
in dictionario, in parte, teſtamẽto. 2.
vbi tamen Alberi. prout neq; Iaſ. non
deſignat numerum quęſtionis quod
libeticæ, neq; articulũ eiuſdem. Ego
tñ poſt anxiam ne dicã longã ac mo-
roſam indagationem nunquã neque
vſquam potui reperire in quæſtioni-
bus quodlibeticis B. Tho. niſi vnũ lo-
cum, vbi aliud agens. i. aliam & diuer
ſam quęſtionẽ diſcutiens, ſubijcit hęc
verba. Sed ad ſubueniendum parenti
bus homo aſtringitur per pręceptum
diuinum, Honora patrem & matrem
tuam: in quo quidem honore intelli-
gitur neceſſariorũ ſubuentio. &c. ita
ad verbum ponit Be. Tho. 3. quæſtio-
ne quodlibetica, articu. 16. verſ. ad. 2.
Et eſt expendendum, ꝗ quatenus lo-
quitur de parentibus intelligit de trãſ
uerſalibus, quos vulgo & materno ſer
mone appellamus [parientes] vt pa-
tet ex verbo neceſſariorum ſtatim po
ſito: de qua voce, parentes, remitto ad
ea quæ tradit Tiraquell. poſt text. &
Doct. ibidem ab eo relatos in primo
retractu. §. 1. glo. 8. num. 1. cum ſequẽ.
Item aduertendum, ꝗ loquitur tantũ
de ſubuentione, & non de hæredita-
*Subuentio.*
te vel portione ipſius eiſdem relin-
quenda, prout Iaſ. vbi. ſ. retulit: neque
quoad iſtum punctum Io. Fab. in præ
fatis duobus locis loquitur expeditè.
Et pro hac notabi. quæſtione eſt bonꝰ
text. in cano. eſt probanda. 86. diſtin.
cuius ſunt verba. [Eſt probãda & alia
liberalitas, vt proximos ſeminis tui ne
deſpicias, ſi egere cognoſcas] &c. quæ
ibi ſequuntur. Porrò iſte arti. non in-
uenitur bene reſolutus, quod ſciam:
13 poteſt tamen † reſolui per vnam con
*Reſolutio p diſt. bimembrem.*
cluſionem bimembrem: videlicet,
quòd carens liberis & aſcẽdẽtibus, &
habens conſanguineos tranſuerſales
proximos vel remotos conſtitutos in
manifeſta indigentia, qui non ſunt in
digni, neque demeriti, tenetur in fo-
ro conſciẽtiæ eiſdem relinquere ſub
uentionẽ neceſſariorũ, id eſt alimen-
ta decentia: non tamen tenetur relin
quere hęreditatem, ſi omnia bona, de
ductis

ductis impenſis funeris,non ſunt neceſſaria ad præſtationem talium alimentorum vel ſubuentionem:ſed ſuperſunt aliqua bona, de quibus velit aliquem extra conſanguineos hæredem inſtituere:id enim põt facere.
Prima quidem pars iſtius cõcluſionis probatur ex ſententia Beati Thomę, ſ.relata,quæ loquitur de ſola ſubuentione neceſſariorum.Et licèt Albe.& Iaſo.aliter eum referant,ego eis non credam:niſi locum B. Thomæ oſtenderint:nam vt dixi(niſi fallor)non reperietur in quæſtionibus quod libeticis eum determinare quicquã in hoc puncto circa hæreditatem his perſonis relinquendam:ſed tantum de ſubuentione ad tollendam vel ſedãdam indigentiam.Subuentio etenim propriè concernit indigentiam ſiue inopiam,vt in cano.ſi.§.itidem fin.in poſtremis verbis.25.q.2.& in cap. Innocens,codẽq; vltimo,poſt medium ibi [Miſericorditer ingenti non ſubueni re].22.quęſtio.4.Sed nulla aptior ſubuentio pauperum poteſt fieri q̃ per ſubminiſtrationem alimentorum,vt de ſe patet:& facit tex.in.§. interdicimus,ibi,[ in egentiũ pabula, ] colla.9. in authẽ. de eccleſ.titul.iuncto.§. vltimo ibi, [ad omnium medellam & naturæ ſupplementum, ]iunctis text.illum præcedentibus,in quibus Imperator loquutus fuerat de alimẽtis pręſtandis filijs naturalibus:ibi,[paſci verò naturales,]in authen. quib⁹ modis natura effi.ſui. colla.7.& ſic vocat ille tex. [naturæ ſupplementum ] ſubuentionem ſeu ſubleuationẽ,quæ fit per ſubminiſtrationẽ alimentorũ:de qua proculdubio intellexit B.Thom. non aũt de ea quæ fit per hæredis inſtitutionẽ.Præmiſsis etiã confert tex. optimus in ca.quia in tantũ,in fin.de præben.vbi ſunt verba expreſſa : illa videlicet,[eorum qui eccleſijs valeãt deſeruire indigentiã volumus ſubleuari.]In qua re,vt pote expedita, non expedit amplius inſiſtere. Et priuſq̃ hinc diſcedam nõ abs re erit lectorẽ admonere Petrũ de Ancha.in d.regula peccatũ, loco ſuperius citato, vltra id quod præſentit in conſonantiam huius cõcluſionis & eorũ quæ poſt B. Tho.ſ.proximè fuerunt tradita, velle duo,circa iſtam rẽ ſatis memoranda: vnum expreſsè,aliud tacitè. Expreſsè vult,ꝙ in caſu quo de agimus, qñ teſtator prætulit extraneũ proximis.ſ. fratribus,ſororibus, vel alijs vlterioribus indigentibus : quia nõ eſt ſequut⁹ ordinẽ charitatis,talis inſtitutus in teſtamento minus ſolẽni, quoad ſolẽnitatẽ inq̃ probatoriam fortè omiſſam, nõ põt in foro cõſcientię retinere id quod in proximos prædictos pro ſua neceſſitate teſtator tenebatur cõferre:ſicq́; id quod eſt intra valorẽ alimẽtorũ,per ea quę.ſ.proximè dicta ſunt, eiſdẽ tenetur reſtituere. Et cõſequenter per contrariũ iſto caſu præſupponit tacitè, ꝙ ſi talis hæres extraneus omiſſis præfatis proximioribus fuerit inſtitutus in teſtamẽto ſolẽni, licèt teſtator in foro cõſcientię peccet:nõ tñ ipſe hæres retinet illicitè:etiã illud qđ illis proximis pro ſua neceſſitate.ſ.alimentorum debuerat eis relinquere.
14 †Crederẽ tñ, ꝙ cùm hæres teneatur exonerare conſcientiã defuncti,vt in c.ſi.de ſepul.ꝙ ex hoc capite hæres ille teneretur in foro cõſcientię defunctum exonerare:eo ꝙ cõtra conſcientiã,vt eſt iã dictum,vniuerſaliter inſtituit illum.i.etiã in eo quod per eũ talibus proximis pro ſua neceſſitate.i. ad eorũ alimenta relinquendũ eſſet: & ob id poſſet denuntiari eccleſiæ,vt reſtituendo illud exiret de peccato in exonerãdo conſciẽtiam defuncti, qđ puto verum.Et hæc hactenus quo ad iſtum articulum : nunc autem ad præ-

Taxãtur Albe. & Iaſ.in vno pũcto.

Subuentio.

Euincũtur duo notãda ex verbis Petri ð Ancha.

Atten.



Redit ad premiſſa.

premiſſa erit regrediendum . Et non ſolùm tranſuerſales teſtatoris etiam eidem cõiunctiſsimi, vt ſunt frater ac ſoror(prout eſt iam dictum) non ſunt per eum neceſſariò inſtituẽdi:verùm neq; deſcendẽtes ex eo qui tempore mortis ipſius non obtinet primum gradum vel locum.l. poſthumorum, in prin.ff.de iniuſ.rup.&.l.illud.§.1.ff. de bono.poſſe. contra tab.&.l.gallus, §.in omnibus, ad ſi.in verſi.& certè.ſ. de libe.& poſth.vbi eſt text.optimus, & in.§.etiam , &.§.videndum, eiuſdẽ legis, & in.§.ita demum, inſtit.de hęred . quæ ab inteſtato deſc . Concludo ergo cum continuatione gloſſæ declarata vt per Ioannem de Imo . & cum notabili textuali.ſ.ex ea elicito. Et ſic ꝙ iſte titu. loquatur principaliter de hæredib⁹ extraneis.i.de his qui per teſtatores non ſunt neceſſariò inſtituendi : ſiue prorſus extranei : ſiue tranſuerſales quotocunq; gradu conſtituti : ſiue deſcendentes aut aſcendentes,non obtinentes primum locũ vel gradum , vt proximè dixi : quãuis (vt etiam dixi ) incidenter ac minus principaliter loquitur etiam de filijs & deſcendentibus ſubintrantibus locum eorum . Aliam etiam generaliorem cõtinuationem ponit Rapha. Cuma.hîc:videnda erit per eum.Pręterea iuxta præmiſſa aduertat᷑, quòd ſub iſto titu. coniunctim & promiſcuè comprehẽduntur ambo tituli qui in 2.libro inſtitu. digerunt᷑, ſeu ordinantur ſeparatim ac disiunctim, videlicet titulus de hæred. inſtitu. & titul. de hære.qua.& diffe. & ſic iſte titu. loquitur de hæredibus qui poſſunt , itẽ & de his qui debent inſtitui:& conſequenter de qualitate hæredum inſtituendorum : & prætereа loquitur de modo vel ratione inſtituendi illos.Et ita in vtrũq; ſenſum vulgarizãt hunc titu.leges parti.vt apertè liquet ex rubri.vel ſumma declaratoria titu.3.par. 6. vbi iſtud optimè explicat᷑ : & ꝓbat᷑ itidẽ ex tex. in prin.inſti.de hæred. inſti.vnde fuit deſumpta præfata declaratio poſita in dicta ſumma. ll. part.6.

Quibus præludiorum vice ad huius tit . cum præceden . continuationem præhabitis,regredior ad ponendam & enucleandam deſcriptionem vniuerſalis inſtitutionis directę,vt impleam pollicitationẽ, quam.ſ.in prin. de hac re emiſi : eamq́; hoc modo in præſentiarum deſcribere pretium o-
15 peræ erit. [† Heredis inſtitutio nihil aliud eſt, quàm diſpoſitio ſeu ordinatio prima ſeu immediata vniuerſaliter concepta de proprijs bonis diſponẽtis in teſtamẽto per eũ liberè facta: qua teſtator deſignat perſonã quę loco viceq́; illius poſt mortẽ ipſius eidẽ ſuccedat: ſicq́; eum repręſentet.]

Et in primis conteſtatũ velim apud beneuolum ac candidum lectorem idem quod ſuperius num.5.tetigi,me non ita exactè inſtitutionem definire ꝓut realiter Philoſophi & Dialectici ſolent alia entia definire: ſed dũtaxat ratione euidentioris cognitionis illã
16 me deſcribere . Primo itaq; † in hac deſcriptione ponit᷑[diſpoſitio prima] ad differẽtiã vulgaris ſubſtitutionis,q̃ eſt diſpoſitio ſcđa ſiue ſecunda inſtitutio,vt ꝑ glo.& Doct.in rub.ĵ.titu.1.de vulga.& vltra ea per eos ibidem tradita,iſtud declarat Bart.cõſilio.141. exordiẽte, Pater filio, col.2.vbi appellat ſubſtitutionẽ vulgarẽ ſcđam hęredis ſtatuitionẽ, & ſic in antecedẽs neceſſariũ inſtitutio eſt prima hęredis ſtatuitio:& hoc mõ eã denominat Hiſpano ſermone l.1.tit.3.6.par.iũcta l.1. in prin.tit.5.ea.par.ſ. [eſtablecimiẽto de heredero.]Adnotandum tñ eſt iuxta hoc, ꝗ licèt verbum , inſtituo , ſuapte natura in dubio referatur ad primũ gradum,ad eumq́ue propriè adaptetur

Reſoluit q̃ dicta ſunt circa continuationem iſtius rub.

Aduertẽtia.

ll.parti.

Hęredis inſtitutionis deſcriptio.

ll.partã

tur.l.prima in princip.ĵ. iſto titu. & l.
itidem prima, in prin.ĵ.tit. proximo:
vbi id notant Doctores,ſpeciatim Io.
de Imo.1.nota.&recentiores poſt eũ.
17 † Tamen ſi ſpecialiter apponatur ad
ſecundum gradum, vt quia teſtator
primo gradu aliquem inſtituit, & eo
deficiente inſtituit alium: talis ſecun
da inſtitutio importat ſubſtitutionẽ
vulgarem. Hoc deducitur ex l. vlti.
verſ.ſed ſi quidem, & verſi. ſi autem.
C.iſto titu.de hæredi.inſti.& l.recuſa
re,§. Titius.ĵ. ad Trebel. quibus iuri-
bus hoc idem tradit Bald. conſi. 504.
nume.2.5.parte.Sed licèt id probetur
ex eadem l. fina. non tamen proba-
tur ex.§.Titius, proximè citato. Eſt
etiam in idem gl.no. hoc ipſum pro-
bans in l.gallus,§.quidam rectè, in gl.
fina.tam in lect. quas ponit ad illum
text. quàm in quæſtione notabi. per
eã ibi mota & deciſa.Ex cuius gl.prin
cipio notat Bal.ibi, & recẽtiores poſt
eũ verbũ,inſtituo,poni pro ſubſtituo,
qñ illud ex veriſimili mente teſtan-
tis refertur ad ſecundum gradum, id
eſt ad vocatum in ſecundo gradu, vt
in exemplis gloſ. ibidem: & ſic eſt ibi
gloſ.cum text. & quidem in fortiori-
bus terminis, ad id quod.ſ̃.retuli Bal.
dicere in prædicto conſi.vt illud pro-
cedat non tantùm in voluntate teſtã
tis expreſſa:ſed etiam in tacita & con
iecturata. Ad idem facit l.ſi pater filio,
in verbo, inſtituit.ĵ. titu.proximo de
vulga.& pupi.vnde notat idem Ioan.
de Imo. & idem notat ipſemet ex ſi-
mili verbo in l, poteſt quis, eod. titu.
vbi etiam Areti. Ad quod etiam facit
bonus text.in l.mulier, §. fina.ĵ. titu.
2. de condi. inſti. vbi eſt text. quem
18 Barto. expendit, † quòd ſubſtitutio
eſt propriè inſtitutio:& eundem tex.
apprimè commendat Iaſ.in l. ſi à pri-
mo,colum.penulti.ſ̃. de libe. & poſt-
hum.& in dicta l.gallus,in princi. col.
6.poſt medium, & Socin. in l.prima,
in princip. colum. 3.ĵ. titu. primo, de
vulga.& pupi.

Ad quod item eſt text. in l. ſi quis
mihi bona,§.vlti.verſicu.idemq́;ĵ. de
acquiren. hæredita. ex quo notat ibi
Bald.nec non Alexan. Are.& Iaſ.poſt
19 illum,† quòd inſtitutio & ſubſtitutio
non differunt inter ſe eſſentialiter:
ſed ſolummodo quoad gradum,& ſic
qualificatiuè ſeu accidentaliter: nam
(vt etiam eſt dictũ) verbum inſtituo,
adaptatur etiam ad ſubſtitutionem,
ſi ponatur in ſecundo gradu:facta in-
quam de eo gradu expreſſa mentio-
ne,vel etiam tacitè & per coniecturã
teſtatore de eo ſentiente,vt proximè
fuit dictum citando gloſ. in prænota-
to §.quidam rectè.Idemq́; dicendum
eſt ecõtra, ſi teſtator faciendo primũ
gradum dicat,ſubſtituo talem:quia ſi
non reperiatur alia inſtitutio, talis vo
catus ad hæreditatem per verbum,
ſubſtituo, erit inſtitutus directo, ac ſi
eſſet nominatus per verbũ inſtituo.
Text.eſt in eodem.§.vltimo ſuprà ci-
tato,vbi Bal.notat. His concinit glo.
ordina. communiter approbata in l.
ex facto,parua.ĵ.iſto titu.in gloſ. fina.
in verſicu. in ſubſtituto autem. Ad
idem eſt text. notabi. in l. ſi pater im-
puberes, cum gloſ. ordina. & ſingu.
ibi.ĵ.titu.proximo. Ex qua deducun-
tur duo ad hanc rem accommodata.
Primum,quòd verbum,ſubſtituo, po
ſitum in primo gradu trahitur ad in-
ſtitutionem:non tantum inter extra
neos:ſed etiam inter filios, qui de iu-
re hodierno debent conſequi legiti-
mam titulo honorabili inſtitutionis,
vt in §.aliud quoque capitulum, in au
thenti. vt cùm de appellatione co-
gnoſ.collat.8.Et eſt notab. productio Nota.
ad id quod.ſ̃. proximè eſt traditum:
& in id gloſ.illã cõmẽdant, & appro-
bãt Io.de Imo.Alex.& Iaſ.ibi ꝑ tex.&
quod



quod prædixi ex illo ſignare Bald. &
Doctores, ibi in prænotata l. ſi quis
mihi bona,§.ſi.probantem (vt dixi) ꝙ
inſtitutio & ſubſtitutio non differũt
eſſentia ſeu ſubſtantia. Quod eſt ve-
rũ quicquid Aret. & minus rectè(ſal-
ua ipſius pace)teneat in eadem l.ſi pa
Aduerſus Are. ꝑ vtroque Imo. & Iaſ. ter impuberes, ſuper præfata glo. Se-
cundũ ex eademmet glo. colligitur,
quòd quando cum verbo, inſtituo,
vel cum verbo, ſubſtituo, relato ad
plures hæredes teſtator iũgit eos per
dictionem reciprocã inuicem.ſ.eos
inuicem inſtituo, vel ſubſtituo, ſub
verborum compẽdio videtur feciſſe
duos gradus.ſ.inſtitutionis, & ſubſti-
tutionis:ſuo inquã ordine. Et in hoc
etiam glo.illa eſt diligenter notanda:
quam Bart. Pau.de Caſt. & alij Doct.
tenẽt, præſertim recentiores. Idem
etiam quod eſt prædictum de verbo,
ſubſtituo, relato ad filios ac in fortio-
ribus terminis tenet Ioã. de Imo.in l.
ſi pater filiũ, ſtatim ſequẽti poſt præ-
dictã l. ſi pater impuberes, poſt Iaco.
de Are. & ſequũtur Alex.& Aret.ibi,
& Iaſo.in l.gallus, in prin.col.5.qui te
nent, quòd non tantùm ab expreſſa
vulgari ſumit exordium teſtamentũ,
in quo filius eſt præteritus in primo
gradu,& ſubſtitutus in.2. ita vt ſuſti-
neatur etiam de iure authen. verùm
20 etiam † teſtamentum poteſt incipe-
re à tacita vulgari comprehẽſa in pu-
pillari expreſſa: etiam ſi ſubſtitutus
pupillaris fuerit de liberis teſtantis,
& à primo gradu per eum præteri-
Singu. not. tus:qđ illi reputãt ſingu. ad d.§.aliud
quoq; capitulũ.In quo pũcto, etſi poſ
ſet cadere dubiũ de iure cõmuni, ſe-
cundum quod rupto teſtamento ex
cauſa præteritionis rumpebãtur etiã
ſubſtitutiones in eo contentæ: & ſic
in prædicto caſu horum Doctorum,
quando filius pupillus fuit inſtitutus
in primo gradu, à quo alter filius fuit
præteritus,& idem ſubſtitutus pupil-
lariter fratri pupillo, ꝗ obijt vel viuo
teſtatore,vel poſtea, & ante aditã hæ
reditatẽ, vel abſtinuit ſe: & ſic teſta-
mentum erat nullum ob præteritio-
nem de alio ſubſtituto factam:quam
obrẽ ſubſtitutiones tam expreſſa pu-
pillaris,quàm tacita vulgaris videban
tur effectu inualidę. Tamen cùm per
authen.ex cauſa, ſubſtitutiones ſuſti-
neãtur: talis ſubſtitutus pupillariter
põt adire ex tacita vulgari præſuppo
ſita ſubſtitutionis pupillaris, ſub qua
continetur,validitate. Et quanquam
me non lateat, etiam de iure cõmuni
ante auth.ex cauſa,rẽ eſſe controuer-
ſam. Sed tamen cùm ſecundũ ius no-
uum illius authenti.res eſt expedita,
fruſtaneum eſſet diſputare (vt aiũt)
de lana caprina ſeu de fumo: ĩ illo ma
ximè caſu quãdo pupillus viuo teſta-
tore obijſſet, vel etiã in alijs caſibus.
Vide etiam ad ſuperiora quod elegã-
ter Bal. inquit argumento illius tex.
quẽ ibidẽ in epitome dicit Bald. non
eſſe alibi, in l.ſi filiusfa.ante fin.ĵ.hoc
titu. Ad idem eſt bonus text.in l. ex
facto,§.Lucius.ĵ.titu.1. de vulg. & pu
pi. quorum in illo primo puncto, ꝙ
ſufficiat relinqui legitimã iure ſubſti
tutionis vulgaris,quando ſubſtitutio
ponitur in primo gradu:& pari ratio-
ne quando redigitur ad primum gra
dum, vt putà illo effecto caduco, vel
quaſi, aut pro non ſcripto, meminit
Iaſ.in auth.nouiſsima,n.26.C.đ inof-
fi. teſtamen. ante quem Alexã.tradit
omnia per Iaſ.in hoc puncto ibi tradi
ta in l.inter cętera,ff.de liberis & po-
ſthumis. quem more ſuo Iaſ. ibi ſup- Malè audit Iaſ. de hac re.
primit, prout & aliâs plerunq; facit:
dum mutuatur ab eo quãplurima,ex
his quæ in varijs materijs cõgerit. Ne
que is in hoc eſt ſolus:nã ex recẽtiori
bus pleriq;ab eo velut à quodã peren
ni iuris fonte nõ parũ multa hauriũt:
eſt quip-

Laus Alex.

eſt quippe Alexan. Imo . omniũ neo-
thericorum poſt eum primipilus & ſi
gnifer, Doctorq; non ſatis laudatus
vnquam.

De eadẽ re.

Dicitur itidem in prædicta deſcri-
ptione, [diſpoſitio prima] alio reſpe-
ctu vel cõſideratione: videlicet, quia
inſtitutio eſt potiſsima pars teſtamẽ-
ti, vtpote caput illius, vt in l. proximè
s̃. titu. proximo de his qui in teſtamẽ-
to delen. & in l. fi. j̃. de iure codi. & in
§. ante hæredis inſti. de lega. nam etſi
aliquando iure nouo attento inſtitu-
tio eademq; diſpoſitio prima hîc ap-
pellata nõ ponatur primo loco in or-
dine ſcripturæ, prout poteſt hodie p
teſtatorem non poni ſeu omitti, vt in
l. 1. in prin. cum gloſ. j̃. iſto titu. iuncto
dicto. §. ante hæredis. & l. ambiguita-
tes, cum l. ſequẽ. C. de teſta. & innuit

L. partitę.

apertè l. 102. tit. 18. parti. 3. dum tradit
modum condendi teſtamẽtum, qui
hodie in hoc regno eſt in communi
21 obſeruantia. † ſemper tamen eſt pri-
ma in ordine intellectus: cùm ſit (vt
dixi) præcipua & capitalis pars teſta-
menti. Idq; ex eo conſtat luculenter,
22 † quòd ibi in aliqua vltima voluntate
per diſponentem condita non reperi
tur inſtitutio hæredis adſcripta, talis
voluntas non eſt teſtamentum: ſed
codicillus vt in præfata l. vlt. j̃. de iure
codi. & in l. quoties, in princi. verſi. pla
cet. j̃. iſto titu. & in dicto. §. ante hære-
dis, & in d. l. proximè, in verſicu. [Cal-
phurnius.] vbi Doctores, ſpeciatim
Ange. & Ioan. de Imo. notant, quòd
teſtamentum nõ poteſt valere quod
non habet hæredem: quod tamen di-
cunt fallere in teſtamento ad pias
cauſas confecto, in caſu decretalis
cũ tibi, de teſtamen. vbi ſecundum
omnes lect. probatur, quòd diſpoſi-
tio ad pias cauſas valet, vt teſtamen-
tũ: etiam ſi in ea hæredis mentio facta
nõ fuerit: ſed diſponens ſolummodo
commiſerit bonorum ſuorum diſtri
butionem voluntati alterius. Ratio
fallentiæ obiter poteſt conſiderari,
quia perſonæ quæ poſtea per talem
commiſſarium declarabuntur ad ſuc
cedendum, vt ſunt pauperes in eiuſ-
modi bonis, vel pia loca, vel aliæ piæ
cauſæ, cenſentur retro à principio hæ
redes ſcripti: ſecundum vnum intel-
lectum illius decreta. Vel ſecundum
alium eſt alia ratio, quia ipſemet com
miſſarius ſuſtinet vices hæredis: & ſic
talis diſpoſitio vltima quoad effectũ
non poteſt cenſeri nuda ab hæredis
inſtitutione. Et ne in præſentiarum
extrauager, quia hic non eſt locus
aptus ad diſcuſsionem intelligentia-
rum illius textus, remitto ad ea quæ
circa hoc plenè tradidi in l. ſi quis Ti
tio, in verſicu. & quatenus Barto. hîc
j̃. de lega. 2. in meis commentarijs ſu-
per illo titu. Nam quemadmodum
23 (vt ad præmiſſa redeam) † & natura-
liter & iuridicè loquendo corpus abſ
que capite non eſt in conſideratione.
l. cũ in diuerſis, ff. de religio. & ſumpt.
funerum: ita etiam teſtamentum abſ
que hæredis inſtitutione, quæ eſt il-
lius caput & fundamentum, non eſt
conſiderabile, vt poſsit cenſeri inſti-
tutio: quin potius eſt codicillus vt prę
dixi. Rectè ergo (vt in deſcriptione po
ſui) poteſt inſtitutio appellari diſpoſi-
tio prima: nõ tantũ reſpectu ſubſtitu-
tionis vulgaris, vt. s̃. fuit expoſitũ: ſed
etiam iſto, quem modò recenſui.

Ratio ad decreta, cũ tibi

De eadẽ re.

Dicitur etiã alia conſideratione [di
ſpoſitio prima] quia inſtitutio eſt im-
mediata: & ſic directa diſpoſitio, per
quam hæres inſtitutus vel ſubſtitu-
tus primo loco capit immediatè de
manu teſtatoris hæreditatem: & ſic
differt à fideicommiſſaria, quæ etſi
ſit vniuerſalis diſpoſitio: tamen eſt ſe-
cũdaria, remotaq;, vulgo obliqua nũ-
cupata, vt C. & ff. ad Treb. vbi licèt fi-
dei-



deicommiſſarius capit hæreditatem
à teſtatore, ſeu ex illius diſpoſitione:
tamen capit per medium ſeu manũ
hæredis grauati reſtituere: & ſic obli-
què ſeu per amphractum. Et iſta eſt
24 vera † & propria iſtius vocis, directo,
interpretatio, quod ſignificet primã,
& immediatam diſpoſitionem, per
quam (vt dixi) hæres capit via recta &
immediata eademq; proxima de ma-
nu ipſius teſtãtis integraliter & abſq;
diminutione: & ſic (vt eſt etiã dictũ)

Prouerbiũ, ex diametro diſtare.

eſt omnino & velut ex diametro (qđ
prouerbialiter dicitur) diſtans à ſub-
ſtitutione fideicommiſſaria, ſeu reſti-
tutione, quæ eſt ſubſtitutio impro-
pria, vt tradunt Bald. Pau. Alex. Iaſ. &
alij rub. C. de inſti. & ſubſti. &c. per
quam, vt proximè dictum eſt, etiam
ſi fideicommiſſarius capiat à teſtan-
te, capit tamen per mediam alterius
manum. i. grauati: item cum diminu
tione detractionis quartæ Treb. &
nonnullorum iurium hæreditariorũ,
quæ penes hæredem reſtituentem re
manent. l. cohæredi. §. cum filiæ. s̃. de
vulga. & pup. iuncta l. quia perinde j̃.
ad Treb. & cõiuncto etiã. §. ſed quia,
25 inſti. de fideico. hære. † Quòd etiã in
materia compendioſę, vbi directum
diſtinguitur ab obliquo, illa tria, dire-
ctum, primum, & immediatum, con-
uertantur, atq; idem importent, omiſ
ſis alijs affero nota. verba Innocentij
in cap. Rainuntius, in gloſ. vel ſubſti-

Verba Inno.

tutionis, de teſta. vbi ita inquit: Eſt
enim ſubſtitutio directa, quando nul
lo medio ſubſtitutus capit hæredita-
tem, qualis eſt vulgaris, pupillaris, cõ
pendioſa. (Huic verbo ſupplendum
eſt, quando compendioſa in effectu
habet vim directę.) Eſt autem ſubſti-
tutio indirecta, quæ alio medio ſeu p
aliud medium habetur, vt eſt fideicõ
miſſaria. hæc Innocentius volẽs quod
prædixi, directum & immediatũ ac
conſequenter primum conuerti ad-
inuicem. Ad quam rẽ vltra ipſum &
Doctores ſolitus ſum expendere tex.
nota. in l. qui liberis, §. hæc verba, in
verbo ex [teſtamẽto] iũcta gl. 2. & 3.
in princi. & ad fi. item coniunctis exẽ
plis poſitis ibi in text. item & coniun-
cta cõi Doctorũ theorica ibi dicente,
26 † ꝙ dictio, ex, deſignat cauſam proxi
mã. i. primam & immediatã per text.
nulli ignotum in l. 1. §. ex incẽdio ab
ſpeciali, vbi Bar. & Ange. ff. de incen.
rui. & naufra. & in ſenſu directo eſt te
xtus optimus in l. eo tempore, in fin.
ff. de pec. vbi deſignatur differẽtia in-
ter dictionem, ex, & propter. Ad idẽ
text. nota. in l. vna, in prin. ibi. [tamen
optima ratione.] C. ſi ſer. extero ſe
emi man. vbi notant ſcribentes ordi-
narij. Sic ergo illa dictio, prima, poſita
in deſcriptione prænotata ſupplet di-
ctionem, directa: ideoq; non fuit ibi
adiecta. Differentias autem inter dire
ctas & fideicommiſſarias ſubſtitutio-
nes congerit Ioan. de Imo. in ſępe al-
lega. §. cùm filiæ, videantur ibi per eũ.
27 † Dicitur præterea in eadẽ deſcri-
ptione [vniuerſalis] ad differentiã in-
ſtitutionis in re certa factæ, quæ non
eſt abſolutè & ſimpliciter diſpoſitio
vniuerſalis, neq; particularis: ſed poti⁹
eſt anomala ac velut. 3. ſpecies ſepara
ta ab eiſdem, prout notanter docet
Bar. in l. ex facto, longa. col. 2. j̃. iſto tit.
& in l. quoties. C. eodẽ, vbi eũ crebrio
re calculo ſequuntur Docto. licèt ali-
quando ſeu caſualiter talis inſtitu-
tio ex re certa trahatur ad veram &
propriam ſucceſſionem. i. vniuerſalẽ,
omnia bona vel quotã partem hære-
ditatis defuncti complectentem, pro
ut eſt in caſu l. 1. §. ſi ex fundo. j̃. proxi-
mæ. Quem text. allegat Bal. in l. 1. in
repe. col. 7. C. de ſacroſan. eccle. ad me
dium, ꝙ cauſa teſtati trahit ad ſe cau-
ſam inteſtati: etiam ſi prima ſit in mi-

nimo,& ſecunda ſit in reliquis bonis.
Et idem eſt ecõtra,ſi ſit cauſa ab inte-
ſtato quoad minimum:& ex teſtamẽ
to quoad reliqua omnia,quod eſt mi-
nus dubitabile,vt in l.ſi ita quis hæres
inſtitutus fuerit excepto fundo.j̃.iſto
tit.Conſonat caſui prædicti.§.ſi ex fũ
do.l.14.titu.13.partit.6. Quæ deciſio
procedit etiã in foro conſcientiæ,ſeu
poli,vt dicunt,ſecundum Abb.in.c.2.
de teſta.& ſic extraneus hæres inſtitu
tus in vna re,vel etiam in vno terun-
cio bonorum teſtatoris abſq; datione
cohæredis vniuerſailis , põt cũ bona
conſcientia retinere totam hæredita
tem: licèt non habeat in reliquis bo-
nis ſeu in reliquo hæreditatis expreſ-
ſam defuncti voluntatẽ, prout habet
in re certa pro inſtitutione deſignata.
Imò potius quoad illud reliquum bo
norum videtur habere tacitam volũ-
tatem contrariam ipſius teſtatoris, vt
j̃.latius attingam:& ſic videbatur ob
mutuam contrarietatem voluntatis
in eodem teſtamento (quia in re cer-
ta expreſsè voluit habere hæredem:
in reliquis bonis tacitè noluit hęredẽ
in re certa inſtitutũ illa habere ) totã
diſpoſitionem eſſe nullam vel ceſſa-
re:& ſic omnia bona deuolui ad ſuc-
ceſſores ab inteſtato , per l . vbi repu-
gnantia.j̃.de regu.iuris,quę propriè lo
quitur , qñ ſubeſt repugnantia vnius
actus ad ſeipſum,ſecundum Bald . in
l.1.in repeti.colum.3.in princi. C. de
ſacroſanct.eccleſ. Et probatur ex ea-
dem l. dum dicit, [in teſtamento,]
prout eſt in caſu noſtro de eadem hæ
reditate ad ſeipſam. Quod autem re-
ſultet tacita voluntas contraria de nõ
relinquendo hæredi inſtituto in re
certa reliquum hæreditatis,præter il-
lam ſolam rem in inſtitutione deſi-
gnatam,eſt regula vulgata, quæ deſu
mitur ex l. cùm Prætor, ff. de iudi. &
ex cap . non ne, de præſump . † & iſta

Extenſio ad §.ſi ex fundo, & ad l. Parti.eidem cõſonantẽ.

Dubietatis cauſa ad .§. ſi ex fundo.

poteſt eſſe.cauſa dubitationis ad ca-
ſum prædicti.§.ſi ex fundo.Idem ante
Abb.tenet Pe.de Ancha.in cap.1. eo.
titu.de teſta.nu.11.cum.2.ſequẽ.poſt
Fede.de Se.conſi.128 . idem tenet Io.
de Imo . in eodem cap.1 . quos refert
Deci.nihil vlterius addens, in cap. 1.
col.6. de cõſti . & prædictæ deciſionis
meminit Lanze.Galiau.in l.Cẽturio,
29 col.2.j̃.titu. primo. † Sed vltra eos vi-
detur mihi eam deciſionem compro
bari poſſe,ex reg.l. ius noſtrum. ff. de
regu.iuris,ita deſumpta ex illo tex. in
ductione,nam ibi dicitur. [Naturali-
ter earum inter ſe pugna eſt,&c.]Mo
dò ſic eſt,nam ſi ſecundum naturam,
ſeu iure naturali, cauſarum teſtati &
inteſtati cõcurſus prohibetur, vel nõ
eſt tolerabilis:ergo eodem iure. ſ. na-
turali , cauſa teſtati abſorbet cauſam
inteſtati,& eidem præſtat,ſeu præua-
let:quia quo iure vtriuſq; cauſæ con-
curſus prohibetur, eodem cauſa teſta
ti,reiecta cauſa inteſtati vel abſorpta,
manet valida,vtpote potior ac princi
palior & fauorabilior: & cõſequenter
eſt attractiua reliquorum bonorũ de
functi, de quibus ille ſpeciatim nõ di-
ſpoſuit:& ad ea extenditur vt in caſu
§.ſi ex fundo.l.primæ.j̃. eo . Quod ap-
paret dilucidè,quia ibi prohibetur cõ
flictus ſeu concurſus dictarum cauſa-
rum teſtati & inteſtati reſpectu eiuſ-
dem teſtatoris & eorundem bonorũ
paganicorum . Nõ æquidem vt neu-
tra cauſa valeat,vt in l.vbi repugnan-
tia.s̃.adducta.Sed vt præualeat ea quę
eſt fauorabilior,& iſta eſt cauſa teſta-
ti.Cũ itaq; eiuſmodi concurſus earũ
cauſarũ,per illum tex. vix alibi reperi
bilẽ ſit naturaliter impoſſibilis & re-
pugnans:ergo nimirum ſi etiam in fo
ro conſcientiæ deciſio illius . §. ſi ex
30 fundo,obtineat,† cùm illud forũ iure
naturali potiſſimùm innitatur, & ab
eo vti regula Lesbia(vt eſt in prouer-
bio)

Subtilis inductio.

Text.ſingu.

Prouer.



bio ) reguletur , prout notant Anton.
& Panor.poſt Inno.& antiquos ibi,in
cap.quæ in eccleſiarũ,imò in ca. quia
pleriq;.vbi Inno.in prin.& in fi.in ver
ſi.ſed de hoc,de immuni. eccle. & idẽ
Panor.in c.1.ad fi.de in integrum re-
ſtitu.Bar.in l.ſi pœnę cauſa, in prin.ff.
de condi.inde. & in extrauagante ad
reprimendum , in parte per denuntia
tionem.Bal.in authen.ad hæc , col. 2.
cum ſequen.C.de vſuris, & ibidẽ col.
5.verſ.procedo vlterius , & in l.2. pro-
pe finem. C. de iuris & facti ignoran.
& in l.cùm quis,col.4.verſic. 10. Et vl
timò probatur eo.titu.& in l.id quod
pauperibus.9.quæſtione,C.de Epiſco
pis & cleri . refertur etiam ab aliqui-
bus Ange.poſt Docto.antiquos,ibiq;
recentiores poſt eum:licèt in meo li-
bro non interpretetur illum titu . in
l.fina.§.primo.C.de neceſſarijs ſeruis
hære.inſt.Et notat Flo.in l.cũ de in rẽ
verſo,col.2..ff.de vſuris.Pet.Phili. Cor
ne . conſilio . 294. incipente ante o-
mnia,lib.primo,col.5.& conſ.137. pla
cet mihi,col.2.lib.2.& cõſ.251. in hac
conſultatione,lib.3.& voluit Bald.vl-
tra alia loca de eo.s̃. prænotata, & in
l.1.in fi.C.de vectiga.& comi . in hæc
31 verba,† [ Cõſcientia non ligat, quos
natura non obligat.]Sed(vt pręmiſſa
repetam)contra præfatam deciſionẽ
Docto.per quam producunt text . in
dicto §.ſi ex fundo,ad forum cõſcien-
tiæ videtur facere illud quod vulgo
per manus & ſcribentium & inter-
32 pretantium traditur,†legem ciuilem
etiã rationalem ſiue ratione fundatã
non obligare in foro conſcientiæ:niſi
qñ lata eſt ſuper veritate : & ſic ſuper
certo:non autẽ qñ ſuper incerto vel
præſumpto,ſecundum Bal. allegantẽ
in id Beatũ Tho.in auth.ingreſsi, col.
5.poſt med.C.de ſacroſan.eccle.& in
d.l.cùm quis, col.7.C.de iuris & facti
igno.& tradit Pe.ab Ancha.in regula

Verba not.

Mouẽ diffi cultas cõtra præmiſſa.

peccatum,imò poſſeſſor,col.13.de re
gu.iu.in.6.& Abb.poſt Ioan. And . &
& alios in c.is qui fidem,de ſponſa . &
in ca.1.7.col.de conſti.vbi adducit In
no.in prædicto cap.quia pleriq;.Et ex
hoc anguſtatur doctrina gloſ. ordi. in
c.quæ in eccleſiarum,in prin. de con
ſti.& idem etiam in conſuetudine te
net Inno.in rubri. de conſue. ad finẽ.
De qua re innumeras prope remiſsio
nes ſcriptorum in vtraq; cenſura con
gerit Tira.in opere retractus , fol. 13.
prima facie ad mediũ . Ex quibus pa-
tet idem iuris eſſe in vtroq; .i . tam in
ſtatuto quàm in conſuetudine,& ecõ
tra:vt ita in foro conſcientiæ ſtatutũ
vt conſuetudo, & è diuerſo obliget.
Quibus etiam præfata declaràtio eſt
adijcienda, quando fundantur ſuper
certo.Sic videbatur dicendum in ca-
ſu prædicti.§.ſi ex fundo,ꝙ non proce
deret in foro conſcientię,cùm eius de
ciſio fundetur ſuper incerto:nã incer
tum eſt,an is qui de ſolo fundo inſti-
tuendo quempiã hæredem in eo, nul
lo ei dato cohærede vniuerſali , velit
reliquũ hæreditatis pertinere ad eun
dem in eodem fundo inſtitutũ:an ve
lit ad venientes ab inteſtato deueni-
re.Imò videtur talis teſtator quoad il
lud voluiſſe ab inteſtato decedere, vt
s̃.fuit dictum. Sed eſto volũtas quoad
reliquum hæreditatis fuerit incerta:
tamen decidit ille tex.ꝙ vniuerſa hę-
reditas ſiue in vniuerſum pertinere
debeat ad inſtitutum in re certa:ſicq;
prænotata difficultas adhuc videtur
in oppoſitum vrgere. Ad eã tñ poteſt
33 reſponderi,† ꝙ imò diſpoſitio. §. ſi ex
fundo,ſæpe citati,nõ fundatur in præ
ſumptione:& ſic in incerto : ſed poti[9]
in fictione,vt patet ex glo. expoſitiua
ibi in parte,detracta: quæ dum expo-
nit tex.loquitur per verba fictionem
importantia,videlicet,ac ſi. Quæ ver-
ba ſeu dictiones coniunctæ deſignãt

Reſpõſio ad præfatã difficul.

fictionem.l.1.cũ gl.vbi Bar.ff.de recepta.
& tradit idẽ Bar.in l.in quartã.4.
quæſtione.j. ad l.falcid. & in l.ſi is qui
pro emptore.4.col.ff.de vſucapio. &
verba prædictæ gl.expoſitiuæ in eo.§.
ſi ex fundo,fuerũt formaliter Iuriſcõ-
ſulti, in l. ſi alterius.j.iſto tit. ad fi. ibi,
[Perinde habendum ac ſi neq; fun-
dum,neq; partem nominaſſet.] & lo-
quitur in ijſdem terminis eiuſdem §.
ſi ex fundo.Item ꝙ iſti tex.loquantur
in fictione, vel per fictionem, tenet
quanuis aliud agens, Bald. in l. vna.6.
col. C. quando non petentiũ par. &
Io.de Imo.in eo.§.ſi ex fundo, col.13.
verſi.Quarta fuit opinio, & iterũ ibi-
dem col.pe.verſ.Tertia opi.Bal.in d.l.
vna,&c. Sicq; patet horũ iuriũ diſpo-
ſitionem fundari in fictione:non au-
34 tem in præſumptione.† Quanuis enĩ
fictio ſit cõtra veritatẽ per l. inducta:
tamen diſponit ſuper certo.i. ſuper
eo quod lex habet pro certo cõperto
& explorato: licèt ſit contra naturalẽ
veritatem, vbi.i. quo caſu non cadit
legis præſumptio, quæ ſuâpte natura
non concernit niſi id quod dubiũ &
incertũ eſt:& ſuper eo cadit iuris præ
ſumptio:vel ſimpliciter,quæ vocatur
iuris tantum:vel procedẽdo vlterius
ad ſtatuẽdum ſuper ipſo præſumpto,
† quæ præſumptio vocatur iuris & de
35 iure. Quæ præſumptio non ſolum fir
mat animum iudicis, quia rem ita eſ-
ſe diſponit, vt pro veritate habeatur:
verũetiam talis præſumptio dicitur
probatio liquidiſſima, ſiue apertiſſi-
ma,vt probatur ex l. vltima, cõiuncta
gl.ibi.ff.de proba.cum gl.in l. ſi tutor
petitus.C. de pericu. tuto. & tñ quæ-
uis præſumptio ſemper fundatur ſu-
per dubio & incerto, habita inquam
ratione maioris & minoris dubij &
incertitudinis. Et hæc diſtinctio ſeu
differentia fundamentalis certitudi-
nis & incertitudinis eſt ea, quæ potiſ-
ſimum fictionem à præſumptione ſe-
cernit,& diſcriminat,ac diſterminat,
vt tradit gloſ.ordina.in l.vna, §.acce-
dit, in verbo,præſumatur, de rei vxo.
act.C. Quam gloſ. Albe. ibi dicit eſſe
bene notandam in materia præſum-
ptionis & fictionis: & ibidẽ eã notat,
& approbat Sali.in princi.in.2.textua
li.& eam commendat Iaſ. poſt plures
Docto.ab eo citatos alibi,in l.2. col.3.
C.qui teſtamen.face.poſſ. & eſt gloſ.
conſimilis in l.fi.in prin.in gl. mag.in
parte,præſumptum.ff.quod met.cau- *Aequitas, baſis ac fundamentũ fictionis.*
ſa.poſt medium. His non inconcinè
36 confert,† quòd fictio fundatur ſuper
æquitate.l.poſtliminij ius, in prin. ff.
de capti.& poſtli.reuer. & l. neq; vti-
lem,& l.deniq;.ſ.ex quibus cauſis ma
io.vbi Bar.Bal.Albe.Ange. & Rapha.
Fulgo.& tradit idem Bar. in l. ſi is qui
pro emptore,col.3.verſ.Ad ſolutionẽ
ſ.citata,& in l.per fundum poſt med.
ff.de ſerui.ruſti.prædio. qua æquitate
præmaximè nititur forum conſcien-
tiæ,vt tradunt omnes Doct.ſ.in ſimi-
37 li propoſito citati.† His accedit:nam *Conſcientiæ forum nititur potiſſimum æquitate.*
in his quæ iuris ſunt,lex verè facit,cũ
aliquid fingit: nõ autem dicitur face-
re fictè,ſecundum Barto. in l. ſi is qui
pro emptore.ſ. allegata,colũ.12. poſt
medium de vſucapio. vbi videndus
erit Iaſ.colum. 55. cum ſequentibus.
& idem tenet Bartolusmet in l.ſi ma-
ritus ſit in magiſtratu, §. primo, vbi
etiam Ange.& Rapha. Cuma. idem
tenent.ff.de adul. Et Bald. in l. patris
& filij, poſt princip.j. titu. primo de
vulga.& pupi. & illam doctrinam di-
cit ſæpe allegabilem in practica Iaſ.
in l.2.in princip.colum.5.eiuſdem ti-
tuli.Et eiuſdem doctrinæ aliâs memi-
ni eam ſubintelligendo in prælectio-
ne l.ſi is qui ex bonis, in ſolutione ad
quintam difficultatem eodem tit.de
38 vulgari.† Cùm itaque hæredem fieri
vel eſſe ſit iuris. l. hæres in omne ius,
ff.de



ff.de acquiren.hære.l. nihil.j.de verb.
ſignificatio.l.hæres & hæreditas.j. de
vſucapio.cum reliquis complicibus:
ergo lex quæ fingit hæredem inſtitu-
tum in re certa videri inſtitutum in
reliquis omnibus bonis defuncti, pro
ut eſt text.in dicto §.ſi ex fundo, verè
facit fingendo illud, non autem facit
fictè:ſicque talis hæres, qui conſequi
tur, & retinet totam hæreditatem,
cùm fuerit ſolummodo in re certa
hæres inſtitutus etiam minima: ſiue
in quantitate continua, ſiue diſcreta,
ideſt in certa ſpecie, vel quantitate
conſiſtente eſt tutus in foro conſcien
39 tiæ.† Præſertim, quia teſtator ſemper
videtur velle idem quod lex vel ſtatu
tum diſponit, id eſt in dubio videtur
ſeſe conformare cum legis vel ſtatuti
diſpoſitione, vt tenet Barto. qui in id
paſſim allegatur in l. hæredes mei,§.
cùm ita, colum. 3. vbi plenè Alexan.
col.7.j.ad Trebel. Sicque talis hæres
non videtur deſtitutus volũtate de-
functi,in reliquo hæreditatis quod ad
ſe attraxit inſtitutio ĩ re certa:idcirco
non tenetur circa id exonerare con-
ſcientiam defuncti, neque ipſiusmet
propriam quoad venientes ab inteſta
to. Præterea in idem confert, quia lex
fictionem inducens,etſi contra veri-
tatem diſponat: tamen diſponit ſu-
per certo, id eſt certitudinariè: nam
propter æquitatem, quæ (vt eſt di-
ctum) ſubeſt ad fictionem inducen-
dam, vult fictionem veritati præua-
ualere. Quid enim certius eſſe po-
teſt,quàm id quod lex certa de verita
te in contrarium intendit fictionem
inducendo, eamque veritati præfe-
rendo? & ſic in eo quod iuris eſt,ſcili-
cet in efficientia hæredis (vt ſic dicã)
vult inducere(vt ita etiam loquar) ve
ritatem iuridicam ob publicam vel
priuatã vtilitatem ex naturalis ęqui-
tatis fonte manantem contra facti
veritatem naturalem ſubſiſtentẽ ab
æquitate ſeiunctam ſiue abſtractam.
40 † Quæ æquitas eſt baſis & obiectum
iuris ſcientiæ.l. ſi ſeruum, §. ſequitur
verſicu. [Scribit enim hanc quæſtio-
nem eſſe de bono & æquo,&c.] ff.de
verbo. obligatio. æquitas nempe eſt
congruentia quædam in principijs *AEquitas quid.*
iuris naturalis fundata, prout inquit
M.Salo.in l.prima, ad finem. ff. de iu-
ſti.& iu.referens Bald. in. l. ſi defun-
ctus, C. de ſuis & legi. hæ. qui tamen
in meo libro aliter loquitur, & bene
etiam ad rem noſtram. Vtcunque ſit
prædicta verba Salo.ſunt apprimè no
tanda & elegantia. Qua certitudinis
legalis ratione expẽſa & gloſ. & Do-
ctores communiter fundantur in a-
ſtruendo,prout affirmant,quòd con-
tra fictionem iuris ſiue à iure inductã
non admittitur probatio aliqua, vllo
41 vnquam caſu.† Ratio eſt in promptu, *Regula Infallibilis.*
nam cùm lex ex propria certitudine,
quam habet contra veritatem facti,
omnino intendit fingere ſeu per fi-
ctionem ob præfatam naturalẽ æqui-
tatem diſponere, non eſt quid debea
mus contendere de hominis proba-
tione in contrarium admittẽda, quæ
nullius momẽti hoc caſu poteſt eſſe.
Quod autem probatio contra fictio-
nem omnino reijciatur, eſt gloſ.ordi-
naria in l.ſi duo ſunt hæredes, gloſ. fi.
ff.de acquiren.hæredi. quam ibi Do-
ctores ſequuntur communiter: cui
§. præcedente, in verſ. præterea conſi-
derandum, licèt Iaſ. in prædicto conſi
lio nihil alleget, ex his quæ ibi dedu-
xi: ſed ſolummodo illud infert ex his
quæ ſuperius eodem conſilio prædi-
xerat, ad roborandum iſtam conclu-
ſionem in terminis propèmodum ſi-
milibus terminis noſtris, de quibus
agimus.

Ad ſupradicta cōfirmatio ſatis apta.

109 Rurſus iuuat præmiſſa. † Nam pri-
mogenitus non poteſt renuntiare iu
ri primogenituræ in fauorē tertio ge-
niti, omiſſo ſeu prætermiſſo ſecundo
genito, q medius eſt inter eos in ipſi⁹
ſecundogeniti præiudicium, vt vide-
tur voluiſſe Bald. conſi. 389. incipien.
conſuetudo eſt. &c. col. penulti. lib. 2.
† Quinimo etiam ſi ipſe teſtator eſſet
Rex, non poſſet priuare filium primo
genitũ regno, & dare illud ſecũdoge
nito, ſecundum Iaſ. in l. nemo poteſt,
prima lectu. in textualibus. j. de legat.
1. vbi in id adducit multas Doctorum
authoritates, & poſt eum Franciſ. de
Ripa ibi, qui videndus erit ſuper hac
re. Cui deciſioni confert maxima illa
iuridica, & protrita, quæ habet, † q li-
cèt renuntiatio per quempiam facta
ſibi noceat: non tamen nocet alij prę
ter eum. l. ſi poſt mortem, §. vlti. j. de
bonorum poſſe. contra tab. & l. 1. C.
de cōmunium rerũ alienatione, per
quæ iura iſtud tradit Bart. in l. pe. col.
2. verſ. Secundo caſu, C. de pactis. &
eſt communis Doctorum concluſio
poſt eum ibidem, vt patet ex traditis
per Alexan. Riminal. Iaſ. Deci. & re-
centiores ibi.

De ijſdem.

Cōmunis.

Confert etiam præmiſsis, id quod
notanter tenet Bal. conſ. 215. inci. pro
ponitur, quòd inueſtiturę, lib. 2. vbi lo
quens in hærede vendicante rē feu-
dalem per defunctum prædeceſſorē
alienatam, dicit, † quòd quando factũ
prædeceſſoris defuncti tendit ad frau
dandum hæredem legis beneficio,
tali caſu hæres pōt contrauenire eiuſ
modi facto prædeceſſoris defuncti.
Quæ verba ſunt memoranda in pro-
poſito de quo agimus, vbi (prout eſt di
ctũ) vocati ad talia vincula, ſeu maio-
ratus ſuccedunt ex legis vel principis
aut vtriuſq; diſpoſitione, coniuncta
etiã voluntate ſtabilientiũ. Et revera,
ſi facti cōtingentia conſilij Bal. ſuperi⁹
memorati accuratè & aduertēter in-
ſpiciat, deciſio ſua optimè aptat rei
nſæ. i. caſui de quo agimus, in quo fa-
ctũ defuncti, eiuſdemque vltimi poſ-
ſeſſoris, qui rem maioratus vel vin-
cul

De rebus præfatis.

culi contra fas ac de facto alienauit,
tendit ad fraudandum ſucceſſorem
in maioratu,beneficio legis ſiue prin-
cipis qui cōceſsit facultatem ad con-
dendum maioratum,vel legum Tau.
ad vinculādum certa forma tertium
bonorum. Et propè finem prædicti
conſilij ſubdit idem Bald. expreſſius
113 in re propoſita de qua tractamus, † q,
ſicut inueſtituræ intermediorum ſuc
ceſſorum,quæ per eos de eodem ma-
ioratu denuò fierent de alijs non vo-
catis ad maioriam,non præiudicāt vl
terioribus deſcendentibus reſpectu
inueſtituræ antiquæ quæ eos voca-
uit:ita neq; prȩiudicat alienatio facta
de rebus eiuſmodi maioratus vel vin
culi ſeu feudi, quominus talis ſucceſ-
ſor deſcēdens,eas vt de feudo vel ma-
ioratu aut vinculo,in quibus ſuccedit
iure ſanguinis poſsit vendicare,quod
(vt prædixi) confert multum rei no-
ſtræ. Et de iſto puncto latius trado in
ſequenti relectione. §.vltimi.l.3.ff.iſto
titu.in. 16. fundamento pro conclu-
ſione illatiua:& in præfato arti.princi
pali vlterius non putaui inſiſtendum
ratione quam inferius ſubdam.

Ad idem de ſuperioribus.

Hic tamen non abs re ſubiungen-
dum eſſet, an præfatam reuocationē
alienationis de eiuſmodi rebus poſsit
facere ſequens in gradu in vita ipſius
met prȩdeceſſoris alienantis. Et qui-
dem iure communi attento, articu-
lus iſte eſſet dilatabilis, ex his quæ
fuſiſsimè atq; eleganter tradit Iaſ. con
ſilio. 56. cuius thema, magnificus. &c.
volu. 3. per totum, vbi per multa ad-
ducta per eum concludit, q, talis re-
uocatio alienationis poſsit fieri per fi-
lium etiam in vita ipſius patris alienā
tis eiuſdemq; poſſeſſoris vltimi maio
ratus ſeu vinculi, cuius eſt res illa alie
nata: vbi omnino videndum eſt: quia
tangit etiam præcedentem articulū
incidenter, & addit nonnulla ex his
quæ.s̃.tradidi, & profectò illud conſi
lium hucuſq; non videram,in quo lo-
quitur & doctè & maturè. Et idem vi Atten.
detur tenere Bal.in præallegato cōſi.
389.col.penul.verſ.hîc incidit dubiū.
2.libro.Illud tamen (vt id non omit-
tam)intelligendum eſt, quādo res ſic
alienata, eſſet prohibita expreſsim
alienari per eū qui primo ſtabiliuit,&
inſtituit maioratum, prout eſt in ca-
ſu de quo agim⁹, vbi regulariter iſtud
ſolet caueri,& quidem diſtrictim, ne
dicam anxiè:ſecùs autem ſi non eſſet
prohibita expreſsim alienari, ſed dun
taxat tacitè,vt quia res eſſet ſubiecta
reſtitutioni ex diſpoſitione teſtatoris
per fideicōmiſſariam reſtitutionem,
aliâs ſubſtitutionem factam ab eodē
de ſequentibus poſt mortem præde-
cedētium gradatim & ordine ſucceſ-
ſiuo:quo caſu per ll. prohibetur alie-
natio expreſsim quæ per teſtatorem
fuerat tacitè prohibita faciendo præ-
dictam ſubſtitutionem. l. Marcellus.
§.res quæ,ff.ad Treb.authen.res quæ,
C.co.de legat.nam iſto caſu non poſ-
ſet fieri reuocatio alienationis in vita
alienātis per ſucceſſorem in gradu ſe-
quentem,ſecundū Pau. de Caſt. hoc
modo declarātem in l.peto,§.fratre,ff.
de lega.2.& in l.cùm pater.§. libertis,
per glo.ibi eo,titu. & in l.filiusfa.§.di-
114 ui,col.2.de legat.primo.† Sed quia ex
communi ſtylo facultatum Regiarū, Atten.
quæ hiſce temporibus conceduntur
ad confectionem & inſtitutionē præ
dictorum maioratuum, datur pote-
ſtas conſtruentibus illos, eiſdē appo-
nēdi omnia vincula & clauſulas quæ
cunq; ac quaſcunq; apponere volue-
rint:& quanuis nō daretur ſaltē quo-
ad meliorationem tertiæ bonorū par
tis,eam haberet per l. Tau.s̃.ſæpius ci
tatam & ex communi inter nos ob-
ſeruantia, & quotidiana nota confi-
cientium eiuſmodi inſtrumenta ma-
iora-



ioratuum & meliorationum ad eorū
inſtar nexarum ſeu vinculatarum, vt
vocant,teſtatores & donantes qui ea
inſtituūt,vel interviuos,vel in ſuppre
mis eorum iudicijs apponunt clauſu-
lā prohibitionis alienationis rerū eo-
rundem maioratuum aut vinculorū:
& ſubiungunt,quòd non ſolùm facta,
verùm etiam attemptata earū aliena
tione per poſſeſſorem vltimum alie-
nantem, ſequēs in gradu admittatur
protinus ad talem maioratum vel vin
culum:& ex conſequenti ad tales res
alienatas petendas,ac ſi is qui eas alie-
nauit naturaliter obijſſet. Quo caſu
i.ponendo de prȩfata attemptatione
per talem clauſulam reſiſtitur initio
alienationis:& conſequenter impedi
tur ipſo iure tranſlatio dominij in em
ptorem vel donatarium: quam ob rē,
non inſiſto vlterius in hoc puncto,cō-
tentus dūtaxat admonere ac memo-
riæ lectoris mandare, quòd etiam in
in caſibus,in quibus in eiuſmodi ma-
ioratu vel vinculo nō reperiretur ap-
poſita clauſula prȩfata,quȩ apponi ali

Quō præcedentia poſſunt hodie pcedere.

quando cōſueuit(vt eſt dictum) quòd
ſtatim res ſic alienata.i.poſt ipſius alie
nationem trāſeat quoad dominium
in ſequentem in gradu:talis alienatio
proculdubio de iure communi eſſet
reuocabilis per immediatum ſequen
tem ſucceſſorem ad tale vinculū vo-
catum,etiam in vita vltimi poſſeſſo-
ris qui alienauit, vel qui renuntiauit
maioratui in præiudicium vocati ſe-
quenti loco ad illum,per ea quæ.s̃.ad-
duxi,& quæ tradit Iaſ.præallegato cō-
ſilio. 56.& eſt etiam de intētione ſcri-
bentium, præſertim Pau. de Caſt.in
eodem.§.libertis, declarādo vt per eū
ibi & in alijs locis.s̃. recitatis, vbi ipſe
idem tradit per modum limitationis
ſuprà relatæ: vltra quem alios etiam
recitat Iaſ.eodem conſi. 56. Si autem
(vt prædixi) ſupradicta clauſula fuit
appoſita in conſtructione ſeu inſtitu-
tione maioratus vel vinculi,iſtud du-
bium & præcedens ceſſarent: ob eāq;
rem.s̃.teſtatus ſum me in his vlterius
nolle inſiſtere. Nam ſi clauſula prædi-
cta (quæ quāquā vt prædixi apponi ſo
let) ſit appoſita, diſputatio iſta ceſſat.

Sed redeundo ad ius commune in
hoc articulo,adijciendum eſt conclu
ſioni quam.s̃.firmaui in primo pūcto,
quòd illa concluſio videtur eſſe con-
tra id quod.s̃.retuli tenere Iacobi. de
San. Georgio in ſua inueſtitura, in gl.
ſuper illis verbis, Et cum pacto de nō
alienando,col.10.& Matthȩ.de Affli. Vt ſuprà nume. 56.
deciſ.112.abhinc.12.char.ſecunda fa
cie illius poſt princi. Sed vt ex ipſorū
dictis apparet loquuntur in feudo an-
tiquo hæreditario, vel in feudo nouo
non hæreditario:aliâs nō procederēt
ea quȩ per eoſdem traduntur ibidem
per ea quæ ſuperius tradidi pro con-
cluſione quam in hoc puncto tenui.
115 † quæ quidem procedunt in maiora-
tu antiquo non hæreditario:ſed in eo
qui iure ſanguinis deuoluitur,nō ha-
bita(principaliter inquam) conſidera
tione ad ſucceſſionem in bonis allo-
dialibus ſeu liberis:licèt in conſequē-
tiā ſic,vt.s̃.fuit dictum nu. 108. & ſta-
tim ſequitur, prout ſunt cōmuniter
hodie maioratus qui in hoc regno ſta
biliuntur,ſiue fundātur. Et quia in eo
rum quibuſdam, aliquando ponitur
(vt ſuprà tetigi) verbum hæredibus,
cum illis verbis,filijs nepotibus & de-
ſcendentibus,quæ ſunt vocabula ſan
116 guinis & deſcendentiæ naturalis, †
quomodo & quibus caſibus illa de-
nominatio hæredum non faciat ta-
les maioratus hæreditarios,vide nota
biliter Iaſ.in prænotato conſil. 56. in
principio, item &.2.col.verſicu. Nec
prædictis, & iterum colum. penulti.
verſi. non obſtat. Et reuera (vt prædi- Attē. aduertenter.
xi) vt plurimum non ſunt hæreditarij

principaliter:quanuis quoad inciden
tem.i.ſecundariam ſeu conſequutiuã
conſiderationem, ſic: quando inquã
ſucceſſor in maioratu ſanguinis anti-
quo agnoſcit,ſiue adit bona allodialia
ſeu libera vltimi poſſeſſoris eiuſdẽq;
patris,in cuius locum ſuccedit in ma-
ioratu vel vinculo. Quo caſu procul-
dubio non cẽſentur maioratus hære-
ditarij, niſi ſecundum quid & ſecun-
dario,vt iam dictum eſt: quæ conſide
ratio ſecundaria a cremota nõ habet
mutare, neque alterare naturã feudi
117 vel maioratus ſanguinis: † cùm cauſa
naturalis præponderet accidentali,
in l.3.ad finem principij.ff.de tutel.&
l.non putauit,§.ſi quis emancipatum,
primo reſpon. ff.de bon. poſſe. cõtra
tab.& l.filio quem pater, ff.de libe. &
poſthu.& l.cùm pater, ff. de iure dot.
quam gloſ.dicit facere in argumentũ
contra, ſed non bene: nam in ea l.cũ
pater,gloſ. adducit dictam l.3.pro cõ-
cord. Sed quia ſuprà vltra illos Docto.
fuit per me adductus text. in oppoſi-
tum in l.filiusfa. §. cùm pater. j. de le-
ga.1.verſ.ad præmiſſa facit,& c.opor-
tet ad illum reſpondere: quia prima
inſpectione ille videtur fortis text.cõ
tra id quod de iure communi fuit.s.
concluſum. Nam ibi fuit facta prohi-
bitio alienationis per teſtatorem pri-
mum ex iuſta & legitima cauſa,atq; à
iure approbata,vel per eundem teſta
torẽ appoſita,vel à iure ſubintellecta:
& tamen hæres alienantis qui ſucceſ
ſerat primo teſtatori,qui ꝓhibuit alie
nationem, nõ poteſt reuocare talem
alienationem factam contra prohibi
tionẽ poſitam & cautã per primũ te-
ſtatorem. Nam ſiue illam prohibitio-
nem expreſſam cõſideremus.ſ. ne res
ſubiecta reſtitutioni ex eius diſpoſi-
tione poſſit alienari,appoſita,vel ſub-
intellecta legitima cauſa. Et hoc caſu
manifeſtè liquet, quòd ſucceſſor alie-

Vide infra in verſi. In vita aũt,vbi hoc limitat.

Redit ad reſpondẽdum ad text.in d. §.Cùm pr.l. filiusfa.de lega.1. attẽtis his quæ in parte prefata fuerũt tradita iure cõmuni conſiderato.

nans facit contra l.priuatam, quæ eſt
voluntas teſtatoris pro lege à iure ha-
bita,ac tanq̃ lex ſeruari iuſſa, §. diſpo-
nat,cũ alijs in auth.de nup.coll.4. Itẽ
etiam facit contra l. cõem, de qua in
§.Diui,prædictæ l.filiusfa. Siue etiam
conſideremus prohibitionẽ tacitã ex
fideicõmiſſaria ſubſtitutione reſultã-
tẽ [ipſo iure] de qua in l.Marcellus.§.
res quę.ff.ad Treb.& auth.res quę.C.
cõia de lega.idem eſt dicendum, quia
cùm res ſit ſubiecta reſtitutioni ex di-
ſpoſitione tacita teſtatoris: quia etiã ſi
idem teſtator vlterius.i. vltra fideicõ-
miſſariam ſubſtitutionem ab eo factã
non prohibeat eam rem alienari, tñ
ex iuris diſpoſitione fundata in volũ-
tate teſtatoris prẹſumpta, prohibetur
alienari per illa duo iura proximè alle
gata,propterea dixi.s.proximè ipſo iu
re,in hoc enim(vt.s.etiam fuit dictũ)
differt materia illorũ iurium à mate-
ria prædicti.§.Diui. Nam illa loquun-
tur in ꝓhibitione alienationis tacita,
reſultante ex fideicõmiſſaria ſubſtitu
tione,vt modò dixi: ſed deciſio. §. Di-
ui,& eius materia,in prohibitione te-
ſtatoris expreſſa,cũ cauſa,vel ab eo e-
nuntiata, vel à iure ſubintellecta, vt
in nonnullis caſibus à iure ſubintelli-
gitur: igitur alienans eiuſmodi res vin
culatas quas vocãt.i. reſtitutioni ſup-
poſitas,ſemper facit cõtra legis prohi-
bitionem diſpoſitiuã fundatã in taci
ta voluntate defuncti:& ex conſequẽ
ti facit actũ prohibitum: licèt vt eſt di
ctũ.s.nu.113.in verſ.illud tñ hoc caſu
in vita alienãtis nõ põt fieri reuocatio
ſcd̃m Pau. ibi allegatũ in tribus locis,
& tñ vt.s.eſt dictũ nu. 117. vt ad illud
redeã,in terminis vtriuſq; prohibitio
nis expreſsę & tacitę,inquit tex. cum
gl.in d.§.cũ pater,& ibi Bar.Bal. Ang.
de Peru.itẽ & alter Ang.de Peri. Pau.
đ Caſt.& Raph.Cu.nec nõ Io.đ Imo.
notant,ꝙ filius illius,qui fuit grauatus
ab

In quo diſſideat diſpoſitio. §. res q̃ legis Marcellus ad Treb. Et auth. Res quę. C. cõia de legat. ex parte vna, à diſpoſitione §.Diui.l.filiusfa.de leg.1.ex alia.



ab auo ipſiusq́; patre non alienare,ſed
in familia relinquere: ſi nihilominus
talis grauatus alienauit extra familiã
contra vtranq; prohibitionem & le-
gis & teſtatoris,ſi per eundem graua-
tũ eiuſq́; patrem qui alienauit ſit inſti
tutus, & adijt ex tali inſtitutione,non
poteſt talem alienationẽ infringere
vel reuocare: ſed ita demũ,ſi fuerit ex
hẹredatus vel repudiaſſet,vt ibi habe
tur in text.& glo. & per oẽs(vt.s.dixi)
prædictos Doct. Et illum text. in pro-
poſito de quo agimus,reputo ſummè
difficilem,& qui reddat rem omnem
de qua.s.tractauimus valde tenebro-
ſam,& apprimè inuolutam, iure inq̃
communi attento & conſiderato. Et
demiror Iaſo.allegaſſe illum in prædi
cto conſ.56.poſt prin. generaliter in-
ter alia iura probantia, illud vulgare,
& protritum,ꝙ hæres non poteſt con
trauenire facto defuncti,de quo.s.ple
nè attigimus, & poſtea in proceſſu
eiuſdem conſilij,vbi diſputat vtrunq;
articu.non aduertiſſe ad eũdem text.
probantem contra oĩa quæ.s.cõcluſi,
& confundentẽ illa de iure cõi in pri-
mo articu.s.principaliter diſcuſſo: &
per eundem Iaſ.ibidem tractato inci-
118 dẽter. Neq; ad iſtius difficultatis ſolu-
tionẽ,† põt eſſe in conſideratione cõ
fectio vel non confectio inuentarij:
cùm ille tex.ſit de iure.ff.quo hẹredis
inuentarium nondum fuerat adinuẽ
tum,neq; cognitum,vt patet ex l.fin.
in princi.& per diſcurſum totius l. C.
de iure delib. Omiſſis alijs,tandẽ, tan-
dẽ nõ videtur hac in re,aliud dici poſ-
ſe,q̃ id quod.s.retuli dicere ibidẽ An
ge.de Peru.& Raph.Cu.limitãdo eũ-
dem tex.vt loquatur vbi filius qui ve-
lit alienationẽ factã per patrem retra
ctare, eſſet inſtitutus in maiore por-
tione, q̃ ſit ipſius portio legitima vt
ibi text. vult clarè, inquantum in ver.
[ſed ſi cum duos,] coniuncta gl. pro-

Difficultas non parua q̃ ſubeſt ĩ hoc puncto,ſecũdum cõſiderationẽ iuris cõis ex prædicto.§.cũ pater.

Reſolutio.

batur quod dixi,ex quo ibi vnus ſolus
filius fuit in ſolidum inſtitutus, & alij
duo filij (nam tres duntaxat filij erãt,
non plures) fuerunt exhæredati,ob id
q́ue non poteſt cõtrauenire alienatio
ni factę per patrem de tali re prohibi-
ta per auum in fauorẽ iſtius filij ipſius
filij eiuſdemq́; patris, ad quem ex vo-
luntate, & vocatione aui erat deuol-
uenda iure antiqui fideicõmiſſi. Sed
ſi in ſola legitima ad eũ ſpectante de
bonis patris,qui eiuſmodi rem reſtitu
tioni ſuppoſitam alienauit, eſſet inſti
tutus,bene poſſet ad talem reuocatio
nem alienationis admitti,vt ibi tenẽt
Ange.& Rapha.quos.s.retuli verſ.re-
deundo rurſus,vbi omnino vide quæ
adieci ad declarationem huius rei &
applicationẽ ad iura iſtius reg. & hoc
modo reſtringendũ eſt id quod.s.cõ-
cluſi de iure cõi,in articulo reuocatio
nis alienationis quæ debet fieri poſt
mortem patris prędeceſſoris qui rem
de maioratu,vel vinculo alienauit.&
hæc eſt not.reſtrictio cõcluſionis præ
cedentis, quæ vult,ꝙ ſucceſſor in ma-
ioratu põt indiſcriminatim reuocare
rem alienatam per prædeceſſorẽ de
eodẽ maioratu poſt mortẽ ipſius,vt ſi
talis ſucceſſor ſit filius alienantis, ita
demũ poſsit petere eiuſmodi reuoca-
tionẽ,ſi fuerit inſtitutus in ſola legiti-
ma,vel exhæredatus per patrem à bo-
nis ipſius liberis.ſecus ſi fuerit inſtitu-
tus in ſolidum, quia non poterit con-
trauenire. idẽ ſi pro parte, quæ ſit ma-
ior ſua legitima etiã pro illa portiũcu
la excedente legitimã nõ põt,ſed pro
parte in qua alius fuit cohẹres inſtitu-
tas bene põt agere ad reuocationem,
quia in ea nõ reprẹſentat perſonã præ
deceſſoris,vt.s.tenui cõtra Raph. Cu.
& iſta ſunt vera, attenta diſpoſitione
iuris cõis,ſed non procedunt attentis
clauſulis maioratuũ ſeu vinculorũ ho
diernorum, ſcd̃m quas tota vniuerſi-
E 2 tas

Reſtrictio not. ad id q̃d ſuprà fuit in iſto arti. cõcluſum đ iure cõmuni.

Atten. morẽ hodiernum ſeruari ſolitum in maioratibus vel vinculis.

tas bonorũ debet ad vnum ſolum de
uenire, item quia de cõi ſtylo ordinã-
tium maioratus & vincula ( quæ vo-
cant) meliorationũ, eſt, ꝙ facta de rebꝰ
eorũ alienatione res alienata ſtatim
ipſo iure, tranſeat in ſequentẽ ſucceſ-
ſorẽ ſucceſſiuè ad talẽ maioratũ, vel
vinculũ vocatũ: imò iubetur per ſtabi
lientes idẽ eſſe, etiã ſi alienatio, ne di-
cam fiat, ſed etiã ſi attentetur fieri: &
ſic reuocatio eiuſmodi alienationis,
de talibus rebus factæ, hodie fit indi-
ſtinctè & abſolutè propter clauſulas
inueſtiturarum hodiernarũ, vt eſt iã
Atten.
dictũ. In vita aũt ipſius alienantis cõ-
tra expreſſam prohibitionẽ factã per
primum diſponentẽ põt fieri reuoca-
tio per quemcunq; ſucceſſorem im-
mediatũ, qui fuiſſet vocatus ſtatim de
ficiente .i. mortuo ipſo prædeceſſore
alienante per modum ſubſtitutionis
fideicõmiſſariȩ, ſi talis reuocans non
eſſet filius alienantis. Si verò ſit filius,
non poſſet reuocare rem alienatã cõ
tra expreſſam prohibitionẽ, patria po
teſtate durante: ſi autem eſſet eman-
cipatus poſſet, & idem eſt per ll. ſo. &
Tau. ſi matrimonium cõtraxiſſet, ex
quo inducitur emancipatio legalis ȩ-
quipollens emancipationi hominis,
in omnibus & per oĩa, vt inquit præfa
ta l. Tau. Et hoc procedit de iure com
Practica hodierna.
muni per text. in d. §. cùm pater. Sed
attẽtis hodiernarũ inueſtiturarũ clau
ſulis, idẽ eſt in hoc caſu, quod in ſupe-
riori: nã abſolutè & indiſtinctè facta
per prædeceſſorẽ eiuſcemodi rei vin-
culatæ alienatione, ipſo iure fit tranſi
tus dominij eiuſdẽ rei ſic alienatæ in
ſucceſſorẽ quẽcunq; ad talẽ maioratũ
vel vinculum per ſtabilientẽ vocatũ.
Et de hoc arti. non ita per alios (quod
ſciam) diſcuſſo, ſatis ac ſuper tradita
ſuperius abundent.

Redit ad cõtinuandã interpretationẽ.
Redeũdo ergo (veluti è lõgo itinere
emẽſo) ad interpretationẽ prædictorũ
verborũ [quæ loco viceq́; ipſius ſucce
dat. &c.] in quantum ibi in prin. huiꝰ
interpretamenti dicebã illa verba eſ-
ſe poſita, in hac deſcriptione quã mo-
dò verſamꝰ, ea de cauſa: quia hæres re-
prȩſentat perſonã defuncti, adijcien-
dũ non abs re eſt, hinc etiam deduci,
ꝙ omnia pacta & cõuẽtiones, quȩ ſu-
per re ſua natura tranſmiſsibili inter
partes fiunt, & de quibus inter eas cõ
uenit, trãſeunt ad hæredes actiuè, &
nẽm eorundem verborum deſcriptionis.
119 paſsiuè, † ratione eiuſmodi legalis re-
prȩſentationis đ hȩrede ad defunctũ:
quãuis đ eis nulla fuerit facta mẽtio. l.
ſi pactũ, ff. de proba. & in l. iuriſgentiũ
§. pactorum. ff. de pactis, cũ pluribus ſi
milibus & concor. agglomeratis per
An. Tira. in opere retract. fo. 342. pag.
2. poſt prin. glo. ſextȩ. Id tamen eſt in-
telligendũ pro ea parte, pro qua quis
eſt hæres, ſiue ex teſtamẽto ſiue ab in
teſtato: pro ea etenim ſola reprȩſen-
tat defuncti perſonã, cui ſuccedit: pro
alijs verò partibus, pro quibus nõ eſt
De reprȩſentatione legãli, hæredis ad defunctũ
hæres, cenſetur extraneus. Glo. eſt or-
di. de qua etiã fuit facta ſ. mentio in l.
Gloſ. ordi.
2. §. pe. ff. de præto. ſtipula. gl. mag. an-
te fi. ibi dum dicit, ſed huic poteſt di-
ci: & ibidẽ Bar. col. 2. & reliqui Docto.
ordi. tranſeunt cũ gl. illa. & eam dicit
ſingu. Io. de Imo. in l. fi. §. pe. ĵ. de lega.
2. & ibi addit dictionẽ præciſã (oĩo) ꝙ
pro qua parte nõ eſt hæres, cenſetur
extraneus oĩo. i. omni reſpectu, quoad
120 eam partẽ, in qua nõ eſt hæres, † & eã-
dẽ gl. cõmendat Phi. Cor. in l. fi. col. 2.
Carpit Cor.
C. de imp. & al. per eã intelligens illũ
tex. ſed non rectè, quia ille tex. non lo
quitur abſolutè de defuncto & hære-
de, prout gl. prædicta, & Doct. cõiter
eam ſequentes loquuntur: ſed loquit
de patre & filio: & ſic habito reſpectu
ad ius ſanguinis ſeu filiationis: non au
tem ad cauſam hæreditariã. Et pro gl.
Ad l. fi. C. đ impu. & alijs in allegatione quȩ fit cõmuniter de illa.
prædicta eſt bonus text. in l. ſi adulta,
vbi notat Sali. C. de hæred. act. & ibi
gloſ.



gloſ. ad idem adducit alia iura. Facit
etiã text. in ſæpe allegata. l. cùm à ma
tre, cum glo. C. de rei vendi. vbi Bart.
& alij poſt eum notant. Ad idem bo.
text. in l. ſi ita quis. §. ea lege, ſecundũ
Iaſ. ibi. 4. notab. ff. de verbo. obli. & ibi
dem etiam notat illum Claud. ad fin.
Ad idem notat Ange. de Peru. tex. ibi
in l. licèt ſucceſſores, C. ad l. falcid. De
qua re videndus eſt Lanze. Galia. in l.
2. §. ex his. aliâs & harum, colũ. 2. ff. de
verbo. obliga. & Iacobi. à Sanct. Geor.
in opere feuda. cognomento, inueſti-
tura, in princi. col. 3. verſic. tertiò mo-
ueor. Et de prædicta glo. cum quibuſ-
dam ex his remiſsionibus feci. ſ. men-
tionem in §. hîc non abs re ſubiungẽ-
dum eſſet, nume. 98. & ea quæ hîc ad-
didi iungenda ſunt eiſdem.

De eadẽ reprȩſentatione.
Sed antequam ad alia faciam tran
ſitum circa iſtum articulum reprȩſen
tationis defuncti per hæredem gene-
raliter faciendæ, quoad totam in quã
materiam quarumcunq; vniuerſaliũ
diſpoſitionum, aliâs ſucceſsionũ, pro
huius rub. pleniore ornamento, pla-
cuit in præſenti adnectere aliqua, cir-
ca quandam repræſentationẽm ex-
traordinariã & exorbitantẽ. Nã deſcri
ptio hæredis inſtitutionis, quã in prȩ-
ſenti verſamus, & per gloſſemmata
121 exponimus, † procedit habita conſi-
deratione ad ſucceſsionem, & reprȩ-
ſentationem ordinariam de hærede
ad defunctum: quæ eſt regularis re-
prȩſentatio vt in prædicto authen. de
iureiuran. à mo. præſt. in prin. colla. 5.
& in l. hæres, & hæreditas. ff. de vſuca
pio. Sed operȩpretium eſt modò vide
re, an aliquo caſu poſsit fieri reprȩſen
tatio de patre per eius filium in vita
eius cui eſt ſuccedendum, vel in cu-
ius locum eſt ſuccedendum, id eſt
aui, eodem patre prædefuncto, & auo
poſtea mortuo: vt eſt exemplum in
quæſtione caliginoſa primogeniturȩ
ſeu maioratus: quæ eſt. Si quis maiora
tus poſſeſſor habeat duos filios, pri-
mogenitum videlicet, & ſecundo ge
nitum: & ex filio primogenito præde
functo in vita poſſeſſoris, eiuſdemq́;
aui, idem auus poſſeſſor habeat nepo
tem: an talis nepos ſubintret, & ſubro
getur in locum patris, & eum repræ-
ſentet in vita aui, vt eo auo poſtea
Quæſtio vetuſiſsima, & caliginoſiſsima, & velut aqua tenebroſa in nubibus aeris, vt alibi inqt gl. Decre. in alio tũ propoſito, vt infrã ſubditur
mortuo talis nepos admittatur ad ma
ioratum vacantem poſt mortem aui
excluſo patruo. i. filio ſecundogenito,
nec ne? Sicq́; deciſio illius arduiſsimi
dubij extat in hoc puncto repræſen-
tationis: nã ſi illa iſto caſu locum ha-
bet de nepote ſuperſtite ad patrẽ præ
defunctum in vita aui, & ſic dum vi-
uebat ille de cuius maioratus ſucceſ-
ſione agitur, excluditur patruus per
eiuſmodi nepotem: aliâs ſecus. Et qui
dem non ideo articulum iſtum attin
Conteſtatiũcula ad lectorem.
gimus, vt nobis ſit cordi cum pluribꝰ
Doctoribus illuſtribus ſaxum Siſiphi
(vt aliâs dicitur) euoluere: præſertim,
quòd hodie in iſto regno quæſtio iſta
alioqui cõtrouerſiſsima ſit deciſa, per
l. 40. Sarabri conditam. Sed enim ſu-
mus huius intentionis vt ex Doctorũ
dictis hincinde aliqua in medium af-
feramus ad dilucidiorem eiuſdem le-
gis intelligentiam, nec non ornamẽ-
tum: cùm illius materia ſit nobilis, &
in ſucceſsionibus nobilium aſsiduè
frequentetur.

Et in primis præſeferendũ eſt, ꝙ at-
tento ſolo iure cõi, quæſtio illa cõpa-
rari poteſt aquæ tenebroſæ in nubibꝰ
aëris, prout aliâs de alia q. extra noſtrũ
propoſitum inquit gloſ. in cano. nõ ſa
tis. 86. diſt. Eſtq́; huius. q. adeò diffici-
lis deciſio & exitus ꝙ Bald. de Peru. o-
mnium iuris interpretum (abſit inui-
dia dicto) qui vnquam fuerunt acutiſ
ſimus & oculatiſsimus, in l. cum anti-
quioribus, C. de iure delibe. cenſuerit
(vt ipſius verbis vtar) ad Apollinẽ eſſe

recurrendum: & poſt multa alia loca vbi quæſtio iſta per Docto. verſatur, quæ remiſsiuè deſignatur per Alexã. & Iaſ.in l.Is poteſt,ff. de acquiren. hæredi. Hanc q. vltra eos diſcutit ſeriosè, ne dicam anxiè Lu.de Pe.in l.vna, C. de Tyro.lib.12.& in l.1.C.de priui. eorum qui in ſacro pala.mili.eo.lib.& in l.nepotes, C.qui nu.libe.lib.10.& in l. ſi quis,C.de profe.& med.lib.eodẽ, & Pau.de Caſt.conſ.164.incipiẽ. in præſenti cauſa,per totũ.2.par. vbi admodum eruditè ac ſubtiliter loquitur in hac quæſtione,& Alex.Imo.in quæſt. per eum diſputata Sigiſmundus.3. dubio princi.& præpo.Alex. poſt Iacob. Alua.ibi in c.vno de feudo.Mar.Soci. cõſi. feudali impreſſo ad calcem lect. ordi.quod etiam repetitur conſi.252.122 vol.2.Et quanquam (prout ex eorum ſcriptis apparet) plures viri præſtantiſſimi fortibus rationibus & fundamẽtis prope adamãtinis inclinent, & cõcludant pro patruo contra nepotem ex filio primogenito mortuo in vita aui, vltimiq́; poſſeſſoris maioratus vel vinculi: tamen alij Doct.tenentes cõtra patruum pro nepote, ſunt plures numero: ſicq́; opinio crebrior ſiue magis communis ſcriptorum ſuper iſto articu. videtur eſſe pro nepote: quæ quidem opinio potiſsimum innititur prędicta ratione repręſentationis, prout perſpicuè tradit Pau.de Caſ.in prænotato conſi.poſt Old. in alio cõſilio per eum ibi relato. Et ſecundum hanc opi. reſultat vnum mirabile, peregrinum,& exorbitans à recto, & regulari iuris communis tramite: videlicet, quòd non tantum ſuperſtes ſucceſſor in maioratu poteſt repręſentare defunctum immediatũ prædeceſſorem in cuius locum actu ſuccedit: verùm etiam poteſt repręſentare eundem quoad ſpem quam ille habebat ſuccedendi prædeceſſori proximo, id eſt patri, eidemq́; remoto. i. auo quoad ſucceſſurum nepotem in locum patris prædefuncti in vita aui: & ſic eſt mirabilis repræſentatio ſucceſſoris remoti, id eſt nepotis, quoad ius in ſpe ante mortem eius, ideſt aui, cui ſperabatur poſſe ſuccedi per filium prædeceſſorem immediatum in vita illius. i. aui defunctum, per quam ſpem repræſentat eundem patrem prædefunctum, qui innitebat' ſola ſpe mortis patris, eiuſdemq́; aui quoad ipſum nepotẽ veriſimiliter euenturæ, vtpote ſenioris & longęui, qui & naturaliter, & iuris præſumptione præſumitur prædeceſſurus. Quam opinionem magis communem (vt prædixi) amplexa eſt prædicta l.40. Tau.

Remiſsiões opportunę ẽtractãtibus hanc quæſt.

Hoc ſuppoſito,† ſciendum eſt, idẽ fuiſſe ante illam l. Tau. prius diſpoſitum per l.parti.ſ.l.2.titu.2.parti.2. Sed quia lex nona, titulo primo, eadẽ partita ſentiebat in fauorem patrui in illis verbis [Verdaderamente es llamado Rey aquel que con derecho gana el ſeñorio del reyno. E puede ganarſe por derecho en vna deſtas quatro maneras. La primera es, quando por heredamiento hereda los reynos el hijo mayor.] Sequitur & facit, [y algunos delos otros que ſon mas propinquos de los reyes al tiempo de ſu finamiento,] & ſic quatenus ibi conſideratur proximitas gradus ſucceſſoris vel debentis ſuccedere poſt regem defunctum vltimum regni poſſeſſorem, videtur decidere pro filio ſecundo genito, eodemq́; patruo contra nepotẽ, eundemq́ue filium filij primogeniti in vita aui vltimi poſſeſſoris maioratus, de cui' ſucceſsione tractatur prędefuncti: cùm filius, id eſt ſecundo genitus ſit patri in primo gradu, & nepos ex alio filio primogenito præmortuo ſit in ſecũdo. Et ad id illuſtrãdum, ſuperuenit noua deciſio prædictæ l.

L.partitæ.



L.40. Tau.

ctæ l. Tau. diſponens, quòd nepos omnino admittatur per repręſentationem ad patrem prædefunctum in vita aui, qui nepos nunc per eãdem repræſentationem cenſetur eſſe proximior auo ratione maioris ætatis olim paternæ. Superuenit etiam alia ratione, vel reſpectu eadem lex Tau. nã eſt ponderandũ, q; prædicta l. par. primo loco.ſ.citata, videlicet.l.2.tit.15.2.parti. loquitur ſolũmodo in regnorũ ſucceſſionib': & ſic in maiorijs ſupremis: ſed extenditur per Pau.de Caſ.in præallegato cõſ.164. ad ſucceſſiones quorumcunq; maioratuum inferiorum, etiam eorũ qui non ſunt dignitatũ: & iſtud perſpicuè approbat prædicta l. Tau.in ſua generalitate: dum inquit, [Muerto el tenedor del mayoradgo] iunctis alijs verbis eiuſdem l.& ſic includit ſupremos maioratus.ſ. regnorum. Item inferiores his.ſ.Comitatuũ & Ducatuum,& Marchionatuũ, qui ſunt maioratus dignitatum & Iuriſdictionum. Itẽ & maioratus iurisdictionum duntaxat. Item & alios infimos, qui non ſunt iuriſdictionales, ſed concernunt tantummodo, emolumentũ bonorum vinculis & prohibitionib' alligatorum. Et iſta extẽſio quæ fit (vt dixi) de maiorijs regijs ad inferiores, eſt ſatis conſona iuri. Argu.tex. notabilis in.§.vltimo, inſtitut.de ſatiſda. & in l.prima.§.ſed etſi quæ leges, C. de vete.iure enucle.& in cap.vno in fin. de ſacra vnctione. Inſuper prædicta l. Tau. declarat de tranſuerſalibus, in quibus poterat ſubeſſe dubiũ. Tum propter legem nonam titu.5.ſuprà allegatam.2.partita, quæ (vt ſuprà induxi) expendit gradus proximitatem. Tum etiam, quia ſecundum iuris cõmunis terminos res erat dubia, vt patet ex his quę Socinus in præallegato conſilio tradit, vbi tamen idem concludit, quod in hoc propoſito tranſuerſalium in eadem l. Tau. diſponitur. Rurſus præfata l. Tauri declarat prædictam l.2.titu.15.2.parti. circa reſeruationem quam facit in vltimis verbis de voluntate diſponentis circa inſtitutionem maioratus primariam: videlicet, quòd ſi diſponens velit, poſſit diſponere econtrario: ſcilicet quòd in præfato propoſito nepos præcedatur à patruo, prout aliâs non ſemel vidi in quibuſdam maioratuum diſpoſitionibus diſpoſitum & cautũ: tam in maioratibus inſtitutis ante l. Tau. ſæpe allegatam, quàm poſtea in quibus videtur placuiſſe diſponenti talis prælatio ſecundo geniti, eiuſdemq́ue patrui contra nepotem eundemq́; filium filij primogeniti viuente eodẽ auo prædefuncti, propter maioritatẽ ætatis ſecundo geniti, aut ob alia interiora ipſius inſtituentis motiua, vt nõ deſinam mirari, quare Docto. ſequentes partem nepotis, non limitent illã opinionem, niſi maioratus eſſet iuriſdictionalis, & ſic haberet adminiſtrationem cohærentem: ſicq́; vbi eſſet opus regimine rerũ maioratus, & patruus eſſet ætatis prouectę & maturę ad regẽdũ vel adminiſtrandũ, nepos aũt eſſet ætatis teneræ & imbecillæ, prout ſæpius ex facto accidit: nã iſto caſu proculdubio crederem opinionem quę ſtat pro patruo veriorem: & ad hoc fortè habuerũt reſpectũ Alex. & Iaſ.in d.l. is poteſt; dũ ibi ſequũtur diſt. Bald.alibi. Et adhuc magis miror conditores legis prænotatæ Tau. ita abſolutè, generaliter, & indiſtĩctè, approbaſſe prædictã opinionẽ, quæ ſtat pro nepote, & prædictum caſum non reſeruaſſe, vel excepiſſe: cùm fuiſſet reipuplicæ ſummè vtile ad id aduertere, vt de ſe eſt notiſsimum: ſed fortè fuit omiſſus, quia fuiſſet valde difficile, & penè impoſsibile diſtinguere & limitare ætates patrui & nepotis.

De eadẽ.l.

Attẽn.

Ad eadem l.

Ad eandem.

Atten.

Redeundo itaq; eò vnde digreſsi fuimus, ex traditis per Doct. circa iſtũ artic. in varijs locis tã ordinarijs q̃ extraordinarijs prædicta l. Tau. recipit declarationes ſequentes.

Prima decla ratio ad d.l. Tau.

Prima quam modò dixi, eam ponere ad finem, qñ aliud eo caſu eſſet per ſtabilientem eiuſmodi maioratũ prouiſum vel diſpoſitum: & ſic ſalua permanente inueſtitura primæua, vt modò dixi. Et reuera modeſtè ſe habuit lex illa, in præſeruando voluntatem diſpoſitiuam primi ſtabilientis hoc caſu: cùm rei ſuæ vnuſquiſq; legem, quã velit à primordio dicere valeat. l. in re mandata, C. man. l. in traditionibus, ff. de pactis. l. prima & .2. C. de donat. quæ ſub modo. cum l. quotiens, eodẽ titu. paſſim omnibus nota & obuia: & cap. verum, de condi. appo. Nec nõ lex illa videtur habuiſſe conſiderationem, quòd licentiæ regiæ quibus ſolent eiuſmodi maioratus creari & in eſſe deduci, expreſsim diſponunt concedendo, quòd talis conſtructor maioratus poſsit in eius inſtitutione apponere quaſcunq; conditiones, modos, & vincula velit apponere: meritò ergo & opportunè lex illa fecit mentionem de primo inſtituẽte: quia ſucceſſor ſequens poſt illum non poſſet inter viuos, neq; in vltima voluntate, talem facere moderationem, vel declarationem: cùm non poſsit diſponere in præiudicium nepotis, quem lex illa prætulit filio ſecundo genito vltimi poſſeſſoris maiorat⁹ eiuſq; patruo, argu. l. nemo poteſt. j. de lega. 1. iũctis his quæ. ſ. tradidi. §. rurſus iuuat, nu. 109. Et huius rei ratio per eadem fundamenta eſt in promptu, ſignanter ex eo quod Bald. tenuit, prædicto cõſilio. 215. ad finem volu. 2. ſ. adducto in §. confert etiam præmiſsis, nu. 112. videlicet, quia nullus ſucceſſor in maioratu poſt primum ſtabilientem illum, poteſt apponere aliquod grauamen perſonis vocatis ab illo ſtabiliente ad ſucceſsionem eiuſdem maioratus cùm (vt ſæpe fuit dictum) capiant de manu primi, vt in dicto. §. ſi de falcidia. l. vnum ex familia, cum ſimili. Pari ergo ac fortiori ratione (vt dixi) non poteſt auferri ab his quos lex Tauri vocat, vt ſunt nepotes ex filio primogenito in vita aui præmortuo, excluſo ſecundo filio inſtituentis primi, id eſt illius qui maioratum primitus ſtabiliuit ſeu conſtruxit, eodemq; patruo eiuſdem nepotis, ratione admodum efficaci, & ad terminos noſtros affabrè adaptabili, per Iuriſconſultũ poſita in l. ſi arrogator, ante fi. ff. de adoptio. ſ. ſæpius allegata, videlicet, quia habet maioratum ex legis, non autẽ hominis prouidentia. Quæ ratio punctim adaptatur rei de qua agim⁹, quia nepos ex filio præmortuo protinus poſt mortem aui vocatur authoritate prædictæ l. Tau. quando inquam primus inſtituens nihil contra hoc diſpoſuit, vt etiam l. illa dicit in fi. Itaque deciſio ipſius eſt temperanda, niſi per ſtabilientem maioratum aliter eſſet prouiſum circa iſtum articulum ſucceſsionis. Inde eſt, quòd pater ipſius nepotis, idemque filius primi inſtituentis in vita ſua non poteſt cedere iuri ſuo in præiudicium nepotis, & fauorem fratris minoris ſecũdo geniti, etiam maioris nepote, vt penè in his terminis eleganter decidit Bal. conſi. 389. incipien. conſuetudo eſt, col. pe. lib. 5. cuius. ſ. memini, in glo. illorum verborum, quæ loco viceq; ipſius, eodem §. rurſus iuuat, nu. 94. Et hæc eſt prima reſtrictio prædictæ l. Tau. quam (vt dixi) ipſamet ponit in fi. & declaratur per ea quæ. ſ. proximè ſunt tradita: & eſt iuri communi affabrè concina, & adamuſsim conſona.

Secunda declaratio ad eãdẽ l. Tau.

Secunda eſt, vt lex illa non procedat in caſu, quo iſte nepos eſſet filius cuiuſdam filij primogeniti, vltimi poſſeſſoris maioratus, quem filium primogenitum pater præmortuus ſuſceperat ex concubina, poſteaq; ſuſcepit aliũ filium minorem ſecundo genitũ ex legitimo matrimonio cum alia fœmina contracto, qua defuncta, duxit vxorem cõcubinam, ex qua filiũ prædictum primogenitũ naturalẽ ſuſtulerat: ſiue etiam poſt mortem vxoris legitimæ eiuſmodi filium naturalem aliter fecit fieri legitimũ, putà p principis reſcriptum, vel aliâs: eo nanq; caſu, cùm ſecundum cões Docto. ſentẽtias filius ex matrimonio legitimo natus, quãuis minor, in eiuſmodi ſucceſſionibus præferatur etiam maiori legitimato, prout tenet Panor. in capi. licèt vniuerſis, de voto, poſt Io. An. in regula ſine culpa, in Mercu. de regu. iuris lib. 6. & Alexan. in l. gallus. §. & quid ſi tantum, col. penul. ſ. de lib. & poſth. vbi etiam cæteri moder. & idẽ Alexan. in add. ad Bal. in l. quoties, C. de rei vendi. vbi etiam in lectura de eadem re tradit Iaſ. poſt Bal. Salice. & Pau. ibi, nu. 40. & Præpoſitus Alexan. in cap. per venerabilem, §. quod autẽ. 21. colum. Qui fi. ſint legitimi, verſic. ſed quoniam incidens, cum pluribus ſequẽtib⁹, à fortiori talis filius ſecũdo genitus præferri debet nepoti nato ex primogenito filio poſtea legitimato, argumento l. ſi viua matre, §. in nepotibus, C. de bo. mater. vbi probatur quòd nepos nõ debet eſſe deterioris, & pari ratione per contrarium, neq; potioris conditionis: quàm filius idẽque pater ipſius: & hoc caſu (vt dixi) reſtringitur ſecundariò lex illa Tau. & vide quæ trado. j. amplia. 2. vbi tandem idem concludo, quod hîc.

Tertia declaratio reſtrictiua ad eandem l.

Tertiò eademmet l. Tauri reſtringitur, vt locum non habeat, quando ex fœmina ætate maiore vel natu grandiori ſuſceptus eſt maſculus, qui fuit ſuperſtes eidem fœminæ matri ſuæ, viuo patre eodemque nepotis auo prędefunctę, ex quo auo eodemque patre ſuperfuit etiam filius ſecundo genitus poſt prædictam fœminam idemque frater eiuſdem fœminæ, & patruus quoad nepotem: eo enim caſu talis filius fœminæ, idemq; nepos non admittitur contra prædictũ patruum, & ſic filium minorem ſecundo genitum: quãdo inquam ex diſpoſitione ſtabilientis talem maioratum fœmina non poſſet in illo ſuccedere, maſculo ſuperſtite, vt tradit Cynus & Doct. poſt illum in auth. poſt fratres. C. de legi. hære. & Bald. in l. prima. ff. de ſena. Pau. de Caſt. conſi. 221. in antiquis. Quorum deciſioni confert id quod tenet Matth. de Mateſi. nota. 130. adducens Ioan. And. in rubri. de teſta. & referens plures Docto. ita cõſuluiſſe, & ſemetipſum cum ijſdem, in cauſa eius propria. Sicq; tenet, q liberorũ vel deſcendentium maſculorum appellatione, non continent ne potes maſculi per fœminã vel ex fœmina deſcendentes, vt in exẽplo not. per eũ ibi poſito. Quod dictũ authore tacito repetit Fran. Cre. ſing. 20. Et hoc aptatur ad prędictam l. 2. parti. de qua. ſ. eſt habita mentio, quę loquitur in ſucceſsione reg. in qua (vt eadem l. diſponitur) maſculus etiam minor natu, præfert fœminę ętate grãdiori. Eſt ergo in caſibus ſimilibus ponderãda qualitas maiorat⁹ quoad perſonas ad quas ex lege, vel cõſuetudine vl diſpoſitione inſtituẽtis ſolet, aut debet deuolui, allegat Bal. in d. l. 1. de ſena. tex. opti. in ſimi. in c. 1. §. hoc autẽ notãdũ, in tit. de his qui feu. da. poſſ. qui eſt primus tit. lib. feudalis, vbi à feudi ſucceſſione nõ ſolũ remouẽt filiæ: ſed & earum filij maſculi. Quẽ tex. allegat etiã Bar. in l. liberorũ, col. pe. de ver. ſig. &

Ad. l. partit.

Bal.conſi.76.volu.3.&vlterius inquit Bald. in eadem l.prima, quòd iſtud facit ad quæſtionem arduiſsimam, quæ fuit quondam inter Regem Angliæ, & Regem Fran.ſuper ſucceſsione regni Fran.vt ibi per eum. Adhęc vidédus eſt etiam text.in cap. vno de ſucce.feu.& de gradi.ſucce. in feud. poſt princip.verſicu.ad filias,ex quo probatur quòd maſculus ex fœmina deſcendens(de quo nunc agimus)item & fœmina ex maſculo deſcendens parificatur quoad non ſuccedendum in materia ſucceſsionis, in qua maſculi debent admitti venientes per ſexum virilem,vel per lineam rectam maſculinam. Et de hoc ſecundo puncto. ſ. de deſcendentibus per lineam rectã maſculinam vocatis ad aliquam ſucceſſionem vel prælegatum vigore alicuius ſubſtitutionis fideicõmiſſariæ, videndus eſt Soci. in declaratione gloſ. ordi.ibi,in l.gallus.§.Nunc de l. Velleia,& vide omnino Ioan. And.in addi. ad Spe.in loco.s.citato. ſ.in rub.de teſta.ad quid allegat dictum.§. hoc autem notandum poſt Richar. Malum: Doctorem antiquum. Redeundo itaque ad præmiſſa, poteſt à ratione illorum ceſſante dici, quòd ſi eſſet talis maioratus qui ex ſui natura, id eſt primæua inſtitutione, ſimpliciter, & indiſtinctè deferret ad maiorẽ natu, etiã fœminã: & talis fœmina primogenita obijſſet in vita tenentis maioratũ relicto filio maſculo, talis filius admitteretur contra patruum, eundemque filium ſecũdo genitum poſſeſſoris maioratus. Et circa primum articulum huius tertiæ declarationis adnotandum eſt,quòd talis maſculus ex fœmina natus (in caſu inquam ſuperius memorato, vbi fœmina ſtante maſculo in medio, etiam minori natu,non ſuccedit in maioratu) licèt nõ præferatur patruo in terminis prædictis: tamen non ſtante patruo pręfertur omnibus alijs fœminis etiam natu maioribus deſcendentibus ex poſſeſſore maioratus cui ſucceditur in illo,ſecundum And.de Iſer.in cap. primo.§.Et quia,qui feu.da.poſſ. vbi col. 9.refert eum Præpoſitus Alexán. & ibi Prępoſitus in id adducit text.in c. primo de benefi.fe. quam rubri. non habeo in meo libro: ſed rectius allegat idem And.de Iſer.text.in cap.primo de feud. fœmi. vbi in verſicu. illi qui dicunt, vult idem, quòd refert Præpoſitus eum dicere vbi ſuprà, & iterum inferius,in verſicu.[per conſtitutionem.] Sed vtrobique loquitur in genere. Ideo notãdum eſt id quod in ſpecie ad rem noſtram dicit Præpoſitus vbi ſuprà eum citaui poſt Andream de Iſer.

Atten. nota. parificationem.

Res expedita.

Atten.

Quarta, quòd eadem l. Tau. procedat in maioratibus, tã ſuperioribus q̃ inferioribus, hoc eſt dignitatum, vel aliorum bonorum, quæ olim fuerũt libera,& diuiſibilia, ſed poſtea fuerũt vinculata per modum ſucceſsionis maioratus vniuerſalis. Sed tamen in vinculis particularibus certæ partis bonorum,tertiæ puta,vel quintæ partis,lex illa non videtur procedere, neque habere locum: quia cùm in his ſuccedatur iure quodam & titu. particulari, & ſic impropriè & abuſiuè vocentur ſucceſsiones, ex quo non ſunt vniuerſales.l.id tempus.§. primo ff.de vſucapio. non cadit in eis repręſentatio: ideoq; nõ videtur cõprehẽdi ſub ſimplici & abſoluta appellatione maiorat⁹ de qua loquit̃ p̃dicta l. Tau. vt colligitur ex dictis per Alex. conſi. 129.vol.5. poſt Bar. in d.auth. poſt fratres. Sed iſtud recipit duplicẽ difficultatẽ. Prima eſt,q̃a tales ſucceſſores particulares.i.in partib⁹ bonorũ eiſdẽ relictis cũ vinculis & reſtitutionibus nihilominus vocant̃ in iure hęredes. l. in con-

4. reſtrictio ad eádem l. Tau.

Atten.

Obex.



ventionibus, aliâs conuentionalibus.ff.de verbo.ſigni.iuncta d.l.id tempus.§.1. Sed hoc non obſtat, quia præterquam q̃ in d.§.1.tales legatarij cenſentur hęredes improprijſſimè:& ſic non debet eorum haberi conſideratio,vt comprehendantur ſub appellatione hæredis vel maioratus, loquũtur etiam prędicta iura in hærede ſimplici. ſ. reſpectu dũtaxat habito ad ſucceſſionem bonorum: non autẽ reſpectu ſucceſſionis ſanguinis, de qua in hac tranſmiſsiua repręſentatione nepotis ad patrem in vita aui prædefunctum,contra patruum ad præſens agimus: ideoq; illa iura & conſimilia nõ poſſunt trahi ad rem iſtam.

Solutio.

Secũda difficultas adhuc magis vrget, vt in caſu præfato meliorationũ particularium,id eſt de bonorum partibus,cum vinculis reſtitutionum relictarum habeat locũ repręſentatio de nepote ad patrem defunctum viuo auo relinquente & fideicommittente vel vinculãte,vt dicunt: quę eſt iſta. Quia virtus vel efficacia qualitatis perſonalis. ſ. maioriæ ad filium primogeniti per patrem præmoriẽtem tranſmiſſa prętextu ſanguinis,ob quã præfertur patruo, militat etiã in vinculo ſeu maioratu particulari de quo agimus,vbi res debẽt deuenire in maiorem deſcendentem, prout eſt de intentione Præpoſiti Alex.in c.vno, de feu. marchie .s.citato, in reſponſione ad.19.argu. pro patruo,& in fi. verbis illius diſputationis, vbi indiſtinctè loquitur, etiam quoad vincula particularia.

Alter obex ſine reſpõſo.

123 † Sed quicquid in iſto puncto ſit de iure cõi, hodie tamen videmus in tribunalibus ſuperioribus idem ſeruari in vinculis ſeu maiorijs particularib⁹, quod in vniuerſalibus: vbi inquã ex diſpoſitione meliorantis vel vinculãtis totum vinculũ indiuiſum, vel maioratus particularis debet peruenire in vnum ſolum deſcendentem maiorem gradatim & ſucceſſiuè de vno in alium: quo caſu cùm ſit eadẽ ratio in minori, quæ eſt in maiori, hoc eſt in particulari, quæ in vniuerſali, idem iuris ſeruandum. Et ita pronuntiatũ eſt non ſemel in his terminis pro nepote ſuperſtite patri præmortuo in vita aui contra patruum ipſius: hocq; eſt vſitatum; ac ex facto ſæpe euenit in diſpoſitionibus quæ fiũt de certis bonis vinculatis, prout prædixi, vt per viam iuris patronatus laicorum perueniant gradatim in perſonam ſuperſtitem de familia cum onere ſuſtinendi & adminiſtrandi capellanias,quas vocãt,& quas erigit,creat,& inſtituit idem teſtator meliorans & vinculãs eiuſmodi bona. Et fortaſsis prædicta practica inoleuit,quia aliâs videretur quoddam mõſtrum ſeruari vnũm in vniuerſalibus & aliud in particularibus maiorijs: præſertim data (vt dixi) in vtriſq; rationis paritate,quando(vt ſuprà dixi)talis res debet gradatim deuenire in vnam ſolam perſonam per viam maioratus: cõſiderato inquam ſolo iure ſanguinis,à iure ſuccedendi abſtracto: ſicq; reſtrictio iſta vertitur in ampliationem eiuſdem l. Tau.

Obſeruãtia hodierna vigẽs in maioratibus particularibus, quę vincula vulgo appellantur.

Quinta & fina. vt lex illa nõ procedat in caſu,vbi duo requiſita ſimul & inuicem concurrerent. Primũ videlicet,q̃n patruus eſſet maior ætate ipſo nepote,prout ſæpe contingit eſſe, & vt plurimum. Secundum quòd eſſet in poſſe.maioratus. Ita cõcludit Deci. cõſ.443.per totum,cuius initiũ eſt, in caſu ad me tranſmiſſo è regno Portugaliæ. Sed p̃fectò haud poſſum nõ mirari de prædicta cõſultatione, nec poſſum aliud mihi perſuadere, quin Deci. vidẽs rem dubitatiſsimã eſſe de iure cõi, quod in illo regno in hac quæſtione attẽditur, adhæſit poſſeſſori ex regula

Reſtrictio præfata vertitur in extẽſionem.

regula protrita fauente poſſeſſori in
re dubia. Nam aliud requiſitũ. ſ. q; pa-
truus fuerit maior, nihil eſt : cùm per
raro eueniat eum eſſe minorẽ filio ex
fratre, quãuis nonnunquã id accidat,
prout & illum caſum Barto. conſide-
rat in d. authen. poſt fratres: ſed (vt di
xi) eſt de raro contingentibus, quę nõ
ita cadunt in conſideratione. l. nam
ad ea, cum ſequenti. ff. de ll. & tradit
Salice. per illum text. in l. ſi maior, C.
de legi. hære. Et licèt in cauſa illa fue-
rit pronuntiatum ſecundum conſi-
lium Decij: tamen non per rationes
ipſius, vt accepi à quibuſdam Luſita-
nis: ſed ex alijs motiuis, quæ nõ expe-
dit in medium afferre, ne videar extra
uagari ad tranſplantandas iuris alle-
gationes alienas: quibus plumis verſi-
coloribus, proh pudor, quàmplurimi
ſeſe hodie venditãt, & membranas de
liniunt: quæ res doctis viris eſt ſatis in
uiſa, & prouocat nauſeam: quanuis
aures indoctæ plebeculæ demulcere
videatur: neminẽ nomino, conſciẽtia
tamen ſua vnumquenq; conueniat,
vt aliâs canon inquit.

Prima ampliatio, etiã ſi nepos ex filio primogenito prædefuncto ſuperesset poſthumus nondum natus ĩ vita aui vltimi poſſeſſoris maioratus.

Viſis itaque prædictis reſtrictioni-
bus lex illa Tauri declaratur primò
extenſiuè, vt procedat etiam in caſu,
vbi mortuo filio primogenito in vita
patris, eiuſdemque aui quoad nepo-
tem poſthumum poſſeſſoriſque ma-
ioratus, vxor talis filij ſuperfuiſſet gra
uida ex prædicto filio primogenito,
eodemq; prædefuncto, & poſthumus
maſculus naſceretur ex ea, etiam poſt
mortem aui: quia eo caſu talis poſthu
mus, nihilominus admitteretur ad eũ
dem maioratum, contra patruum eũ
demque filium ſecundo genitum aui
poſſeſſoris olim maioratus, quaſi talis
poſthumus natus fuiſſet viuo auo, vt
traditur in iuribus notiſſimis, haben-
tibus pro iam natis poſthumos naſci-
turos. Ita concludit tractatus Ioannis
de Lecirier, de primoge. lib. primo. q.
vlti. Ad quod etiã facit inter alios tex.
optimus in generali dicto, quod in pri
mis verbis illius ponitur, in l. antiqui,
in prin. ff. ſi pars hære. pe. cuius verba
ſunt, [Antiqui libero ventri ita proſpe
xerunt, vt in tempus naſcendi omnia
ei iura integra reſeruarent: ſicut appa
ret in iure hæreditatũ, in quibus qui
poſt eum gradũ ſunt agnitionis, quo
is eſt qui in vtero eſt, non admittunt,
dum incertum eſt an naſci poſsit.] In
quibus verbis eſt tex. ille omniũ opti
mus ad rem noſtrã, ęquiparando quo
ad bona libera prælationẽ in gradu,
quam poſthumus obtinet, reſpectu
aliorum agnatorum, de qua text. ille
loquitur, prælationi primogenituræ,
quam nepos ex patris perſona, qui in
vita aui prædeceſsit, ſaltem ſpe obti-
net contra filium ſecundogenitum
aui, eundemq; patruum ipſius. Et cer-
tè quando poſthumus ex filio maiore
præmortuo naſceretur in vita aui, ita
quòd ius primogenituræ in ſpe ad eũ
tranſmiſſum cœpiſſet aſſumere ali-
quod fundamentum in vita aui: res eſ
ſet indubia. Tamẽ in hoc caſu, quãdo
is qui eſt in vtero naſceretur, etiã poſt
mortem eiuſdem aui: tũc ſubeſt plu-
ſculum dubij. Sed ſecundũ inductio-
nem. ſ. factam idem in hoc eodem ca-
ſu probatur ex dicta l. antiqui in prin-
ci. in verbis. ſ. proximè recitatis: & re-
ctè intuendo eadem ratio reſeruatio-
nis videtur eſſe in vtroq; caſu, id eſt ſi
ue mortuo patre, poſthumus naſcat
in vita aui, ſiue poſt mortẽ ipſius aui:
quia quocunq; tempore (debito inq̃
& legitimo) poſthumus naſcatur, in
tale tẽp9 naſcẽdi iura integra eidẽ re-
ſeruãt, vt ibi melius q̃ alibi iſtud expli
catur. Nam quemadmodum ibi poſt-
humo naſcituro. i. ante eius natiuita-
tem, ſola ſpe competit prælatio in
gradu, reſpectu agnatorum defuncti
remo-



remotiorum, & ſibi reſeruatur ius prę
lationis quoad bona libera ex ſucceſ-
ſione obuenientia, vt ibidem dicitur.
Sic etiam in pũcto de quo agimus cõ-
petit eidem poſthumo in ſpe ius pri-
mogeniturę tranſmiſſum in eundẽ à
patre prædecedẽte, & illud ſibi reſer-
uatur. Neq; enim plus, neq; minus iu-
ris habet poſthumus, quoad præla-
tionem ſuccedendi in primogenitu-
ra ſiue maioratu reſpectu patrui, ſi na
ſcatur in vita aui, quàm ſi eo mortuo.
Quia ſecundum receptam Doct. ſen-
tentiam hoc caſu loquentium, nepos
poſthumus ſemper habet ius ſpe, ſiue
potentia, ad ſe tranſmiſſum ex perſo-
na patris prædefuncti in vita patris
ſui eiuſdemq; aui, quod ius ſibi cõpe-
tens ratione ſanguinis fortiſſima, &
immarceſſibili reſeruat ſibi integrũ
& illibatum per eãdem l. antiqui, per
quam iſtud dubium ſpeciatim decidi
tur dilucidius q̃ alibi. Nam etſi idem
deduci poſsit ex l. fi. ff. de colla. bono-
rum: non tamen ita dilucidè. Quem
text. in d. l. antiqui, in princip. iuncta 124
l. intelligendus eſt. j. de ver. ſig. allegat
Socin. in l. Gallus, §. ſi eius. ſ. de libe. &
poſthu. col. 1. ad id quod Bar. & Doct.
ibi tenẽt in intell. illius tex. videlicet
q; poſthumus natus poſt mortẽ teſta
toris eſt ſuus, & habet prærogatiuas
ſuitatis, etiam ſi nunquam fuerit in

Atten.]

poteſtate. Cuius cõis intellect. & aſſer
tionis rationem colligit Socin. ex prę
dictis duabus legibus tracta declara-
tione ad eãdem rationem per modũ
ſimilis. Nam dicit, quòd ſicut iura ſui-
tatis ipſius poſthumi retinentur in
ſuſpenſo, reſeruãturq; ipſi poſthumo
in tẽpus naſcẽdi, ſiue quo naſcetur, q;
nunquã fuit in poteſtate patris tẽpo-
re mortis ipſius, neq; tẽpore natiuita-
tis eiuſdẽ poſthumi, vt in d. ll. cũ l. fin.
ff. de colla. bo. Ita ius & ſpes poſtlimi-
nij in caſu illius. §. ſi eius, reſeruat iura
ſuitatis ipſi reuerſo ab hoſtibus: quan
uis non fuerit in poteſtate: quia tunc
tẽporis fictione iuris cẽſetur naſci, vt
ibi dicit gl. Et ita ſaluat cõem intelle.
Bar. & Docto. ad eundem. §. ſi eius idẽ
Soci. ab ſpiculis Fran. de Are. Sicq; So
ci. parificat poſthumũ naſcentẽ poſt
mortẽ patris, capto reuertenti poſtli-
minio ab hoſtibus: & ante eũ prius fe
cit hanc æquiparationem Bar. in. §. &
quid ſi tm̃, col. pe. verſ. induco ad quæ

[illegible] iuris poſt liminij ad poſthumi nati uitatem.

ſtionẽ ſolẽnem eiuſdẽ l. gallus. Quod
affabrè concinit ad cõprobationẽ &
declarationem rei de qua agimus, hu
iuſmodi facta adaptatione. Nam quẽ

Adaptatio adrẽ de qua in præſentiarũ agitur.

admodum ſi nepos eſſet iã captus ab
hoſtibus tempore mortis filij primo-
geniti cõtingentis in vita aui, & poſt
mortem eiuſdẽ aui idem nepos redi-
ret poſtliminio, reintraret locum pa-
ternum, & præferretur patruo, argu.
eiuſdẽ. §. ſi eius: ita etiam poſthumus
nepos præferatur patruuo cùm fue-
rit natus etiam poſt mortem aui, vt. ſ.
eſt cõcluſum. Ex qua lege antiqui, in
princi. notat Bal. ibi. 2. lectu. † reſerua-
tionem iuris multum operari, & ius

Ad eandem l. antiqui.

integrum conſeruare: eſt nanq; (vt id
Baldo addam) peculiaris natura reſer
uationis, ius illius pro quo vel ad cuius
profectum talis reſeruatio fit, conſer-

Ius reſeruationis.

uare: non autem acquirere ius de no-
uo. l. penulti. ibi, [ſine præiudicio,] ff.
de aqua quotidia, & æſti. & in l. & ſi

Abſq; prę iudicio.

quis. §. pleriq;. ff. de reli. & ſumpti. fu-
ne. l. 3. §. primo. ff. quib. modis pigno.
vel hyppo. ſol. & l. pe. ff. de libe. ho. ex-
hiben. l. idem fiet, ff. de teſtamen. tu-
te. ibi, [ſine litis præiudicio.] Et l. ſi

De eodem.

quis legauerit, ff. de lega. primo. & tra
dit Cæpo. conſi. 25. colum. penul. vbi
idem dicit. ſ. quòd reſeruatio nihil iu-
ris de nouo tribuit: ſed ſubintelligi-
tur in ipſa reſeruatione illud præſup-
poſitũ, ſi de iure cõpetat ipſum ius re
ſeruatũ: & ibi adducit Ange. & alia de
quibus

Practica circa reſeruationes quæ ſolẽt fieri in calce ſententiarum diffinitiuarum.

quibus ibi per eum. Ad quod etiã videatur Socin.conſi.287.col.2.nu.2.& Deci.conſi.516.col.5. ad med.& ideo quotidie practicatur in fine ſententiarum diffinitiuarũ,ſaltem ad dubitationẽ tollendam,ꝙ reſeruatur ius conditionaliter. ſ. reſeruato iure ſi parti cõpetit,&c. Sic in propoſito lex reſeruat poſthumis iura eis competentia cõditionaliter.i.ſi naſcãtur,vel in tẽpus naſcendi,vt lex illa antiqui inquit, & ſic poſthumi habent,vel eis cõpetunt, illa iura in ſpe. Cũ itaq; (vt præmiſſa repetam)ius prælationis ratione primogenituræ,ſeu ius ipſum primogenituræ(ſecundũ receptiorẽ ſententiã)trãſfundatur de filio primogenito in eius filiũ,ſi talis primogenitus moriatur in vita aui: ergo pariformiter transfunditur reſeruatiuè(vt ſic dicã)in filium nondũ natũ,ad ipſius cõmodũ: & ſic tale ius reſeruatur ſibi contra patruũ in tẽpus naſcendi. Quòd aũt illud ius transfundatur in exiſtẽtem in vtero, res videtur indubitata ex regula vulgatiſſima, quæ habent, ꝙ is qui eſt in vtero,perinde haberi debet, ac ſi extra vterũ in rebꝰ humanis eſſet.l. qui in vtero.1.2.ff.de ſta.ho.& prædicta l. intelligendus,de ver. ſig. vbi in quam de ipſius cõmodo tractatur,vt in ea.l. qui in vtero.2. iſtud varijs modis exẽplificatur. Et eſt lex.3.tit.23.4.partit.

125 L par.cõcordans cum l. qui in vtero.

†Hinc videmus ꝙ poſthumus põt hæres inſtitui.l.placet.ſ.delibe. & poſthu.cum concord.per gl.ibi traditis. Nec non ei poteſt dari ſubſtitutus.l. gallus,per totam,eodem titu.& l.vlti. C.de inſti.& ſubſt.& vice verſa, idem poſthumus poteſt dari ſubſtitutus,vt poſt natiuitatẽ ipſius ſuccedat hęredi poſt mortem ſuam.l.ſubſtitui liberis, ff.de vulga.& pup. Poteſt etiam ei legari.l.qui quartam,§.ſi quis,& l.qui filiabus,in prin.& §.ſi quis ita.ȷ̃.de lega. 1.Poteſt itidem ei donari.l. Diui Conſtantini,verſi.[Pactis]C.de natu.libe. quem in notab.propoſito ad idem citat Guido Papæ, deciſio. Delphi.267. vnà cum text.in l.ſi inter virum.ff.de pactis dota.quæ tamen nihil probãt: ſed probant alia iura ibi per eum adducta, quæ loquuntur in pacto vallato ſtipulatione: & decidunt quòd pactũ & ſtipulatio poſſunt acquiri poſthumo qui naſci ſperatur. Quam concluſionem prius tenuit Bal.cuius ipſe Guido non meminit ibi conſi.215.volu.2. ſuperius citato: & præſupponit idem Bald.aliud tamẽ agens, in l. pro hæreditarijs,ad fi.C.de hæredi. actio. Ad quod videndus eſt etiam Bellamera conſi.17.& idem Guido conſi.60. incip.ad dubia elicita.3.dubio,& cõſ. 176.incip.pro diffinitione.4.dubio, & Io.Fab.in.§.poſt mortem inſtit. de inuti.ſtipu.& in l.fi. C. de pactis. Præterea eidem poſthumo in vtero exiſtenti competit reſtitutio in integrum.l.etiam la minuta, ff. de mino. quam in ſuo caſu dicit Bald. non eſſe alibi, in rub.extra de in integrũ reſti. ad fin.& in cap.1.2.notab. de præſcriptio. Item poſthumo competit actio nego.geſtorum & tutelæ varijs reſpectibus.l. cùm pater,ff.de nego. geſtis. vbi nato poſthumo datur ſibi actio neg. geſt. Sed eo non nato datur hæredi ſequenti actio tutelæ contraria. Item eſt ibi text.ꝙ tutor poteſt ei dari per patrem in teſtamẽto. Ad idem §. cũ autem,inſti. de tute. Cõpetit etiã ſibi bonorum poſſeſſio carbo. vt per totum tit.ff.de ventre,in poſſe.mittẽ. & in l.17.ti.6.par.6. & clarius in l.3.ti. 6.lib.3.foro ll. Nec nõ mater nomine ventris,mittitur in poſſe.lega.l. communi diuidundo.§. ſed etſi, ff. cõi di. & tam directò (vt eſt prædictum) põt ei relinqui,ꝙ̃ per fideicõmiſſum. l. cũ inter,C.de fideicommiſ.liber. Poteſt etiam dari curator ventri, nomine ipſius



ſius poſthumi qui naſci ſperatur.l. pe. §.ſi à prætore.ſ.de excuſa.tu. Quæ iura & remedia quanuis poſthumo nõ poſſint ante natiuitatem eiuſdẽ actu competere, competunt tamen ei reſeruatiuè,& in ſpe, ſiue potẽtia, & ſic ſuſpenſiuè & conditionaliter in euẽtum naſcendi,& vſq; illuc reſeruãtur eidem per d.l.antiqui, per quam probantur,& ſuſtentantur omnia prædicta,& aperitur intellectus ad conciliãda multa iura prima inſpectione inuicem aduerſantia. Præmiſsis etiã concinit quod Bald.tenet in l. vlti.ad fi.C.de teſta.mili.dicens,ꝙ poſthumꝰ antequã naſcatur ſuccedit etiã in his quæ ſunt dignitatis hæreditarię,& ea adminiſtat per curatorem.

126 Nonnullæ fallentię ad d.l. antiqui.

† Sunt tñ nonnulli caſus in quibus,qui in vtero eſt nõ habetᷣ pro nato,vel ex eo qđ dãnum nullum partui infertur, ſi natiuitas expectetur. Vel quia ex diſpoſitione legis vel ſtatuti, vel etiam conſuetudinis protinus & abſq; dilatione aliquis ſit admittendus ad id quod ex tali lege,conſuetudine,vel ſtatuto defertur. Vel quando verba l.partui minimè conueniunt,vel in computatione annorũ, vbi attenditur natiuitas: non autem exiſtẽtia in vtero. Hæc omnia exemplificat And. Alcia.in d. l. intelligendus,in verſ.quod tamẽ,vſq; ad verſi.verum & quanuis, de verbo. ſignifi.Sed in hoc caſu vltimo vbi agimus de computatione ætatis, vel annorum poſthumi, quod ſolummodo ſit ab ipſa natiuitate, non autem à tẽpore conceptionis, vel exiſtentiæ in vtero vltra Alcia.qui non adducit niſi Bald.in capi. cùm in cunctis, de elect. addo text. ex quo iſtud notat idem Bald. in l. 1.in verbo[Natu,]ff. de mino. Hoc facit ad id quod gratia exercitamenti poſſet hæſitari. An ſi duo naſcantur ex eodem vtero inter quos non poſſet cõſtare de præcedentia natiuitatis,& tamen per ſubtilem indaginẽ poſſet dignoſci quòd vnus fuiſſet conceptus in vtero ante aliũ,an illud ſibi poſsit proficere, vt valeat dici primogenitus? Et certè per illã l. 1. deciditur, quòd non. An autẽ poſſet liquere de anteriore conceptione vnius ad alium nec ne, conſulendi eſſent Phyſici. Quibus deductis(vt præmiſſa repetam) non eſt mirum ſi ius primogenituræ quod eſt ius prælatiuum,cùm ſit ius ſanguinis dignitati maioratus quodammodo per viã hæreditariam cõiunctum & cohærẽs ac velut vnitum (quia vt plurimũ ſuccedit per ipſum primogenitũ, vel deſcendentẽ ab eo ipſius loco;etiã in bonis allodialibus ſeu liberis ipſius vltimi poſſeſſoris maioratꝰ defuncti,quæ vltra maioratũ antiquum fuerãt aliũde quæſita per eundẽ poſſeſſorẽ maioratus vltimum,vt.ſ. etiam nõ ſemel eſt dictũ)trãsfundatur in talẽ poſthumũ ante ipſius natiuitatẽ, & reſeruetᷣ eidem integrũ & illibatũ atq; omni ex parte minimè diminutũ in ipſiꝰ natiuitatis eiuſdẽ poſthumi,quouis tempore cũ naſci cõtigerit,ſiue poſt mortem aui,ſiue in vita,præmortuo ſemper in vita aui filio primogenito ipſiꝰ patreq; huius nepotis poſthumi. Cũ hoc ſit merè fauorabile tali poſthumo. Ad idẽ etiã cõfert text. in d.l. 1.in prin.de ventre in poſſ.mit. vbi ad verbũ dicitur, [ſicuti liberorũ eorũ ꝗ iã in rebus humanis ſunt curã pręror habuit:ita etiã eos qui nondũ nati ſunt propter ſpẽ naſcẽdi nõ neglexit.&c.] Sic itaq; patet iura & remedia quę poſthumis per ll.conceduntur,quoad effectũ eſſe à iure repoſita ac reſeruata in tẽpus naſcẽdi,ſeu natiuitatis eorũ, & interim eis ſolum aptitudine, ſiue conditionaliter competere: ſcilicet ſi illi naſcantur, quæ ſui natura eſt conditio tacita. l. interdum, ff. de ver-

verbo.obli.l.1.in fi.j.de condi. & demonſt.preſertim, quòd ll.multotiens, eam deſignant ſpeciatim, vt in l.poſthumo nato, C.de bonorum poſſe. cõtra tab.& in l. poſthumo nato, C. de colla.ſumpto argumen. à cõtrario ex illis verbis abſolutorum ablatiuorum in ijſdem legibus poſitorum.

2. dubia, & eãdẽ reſoluitur in reſtrictionem vel fallen.

Producitur ſecundò eadem l.Tau. præferens filium primogeniti defuncti ſecundo genito poſſeſſoris maioratus, poſt primogenitum defunctũ deſcendentis, etiam ſi talis nepos eſſet legitimatus, vt colligitur ex traditis per Alexan.in prædicta diſputa. Sigiſmundus. quarto dubio principali, vbi diſputat ad vtranq; partem affatim & curioſè: ideo volẽti tenere hãc declarationẽ ampliatiuã incũbit on⁹ vidẽdi & diſcutiẽdi fundamẽta vtriuſque partis, & ſatisfaciendi his quę pro reſponſionibus ibidem per eum afferuntur ad fundamenta in cõtrarium adducta: & per contrarium idem incumbit ei qui vellet tenere eandẽ opinionem pro patruo contra eundẽ nepotẽ legitimatum. Et reuera opinio quæ eſt pro eiuſmodi nepote, habet ſcabroſas difficultates: & ideo alia opinio fortè obtineret in deciſiuis: præſertim ob id quod fuit.ſ.tactum, allegando plures Doctorum remiſſiones ſecunda reſtrictione, quam ſignaui ad prædictam l. Tau. & ſic iſta extenſio tandem tandem verti debet in fallentiam. i. in illam eandem reſtrictionẽ ſecundam, de qua fuit.ſ.diſcuſſum.

3. Etiã ſi filius primogeniti idẽq; nepos aui natus fuiſſet ex ſecundo matrimonio patris ipſius eiuſdemque filij primigeniti.

Tertiò ampliatur prædicta l. Tau. vt procedat, etiam ſi filius primogeniti idemque nepos aui, natus fuiſſet ex ſecũdo matrimonio patris ipſius, eiuſdemq; filij primogeniti: & ſic fuiſſet natus ex tertio matrimonio quoad ipſum auum, id eſt cõputato primo matrimonio, ex quo auus ſuſcepit vtrũq; filium primogenitum, item & ſecundo genitum, eundemque patruum quoad nepotem. Nam primo genitura non conſideratur reſpectu matrimonij: ſed reſpectu prioris natiuitatis. i. ſiue ex primo vel ſecundo vel tertio matrimonio quis naſcatur, vt colligitur ex deciſione Bal. in l.ſi quis prioris, §.talem, C.de ſecun.nupt. vbi loquitur in terminis fortioribus, ſcilicet etiam ſi lex diceret, vel inſtitutio maioratus dictaret, quòd primogenitus ex primo matrimonio ſuccederet in maioratu: quia nihilominus eo caſu iſta l.Tau. quæ ad legis partitæ.ſ. allegatæ approbationem, & declarationem ſuperuenit, eodem modo eſt intelligenda, vt nepos poſt patrem, eundemq; filium aui primogenitum prædefunctum in vita aui ſuperſtes, ſiue ſit ex primo matrimonio quoad patrem: & ſic ex ſecundo matrimonio reſpectu aui: ſiue ſit ex ſecundo matrimonio reſpectu patris, & ſic tertio quoad auũ, ſemper admittitur in excluſionem patrui, etiam ſi vt eſt dictũ in præallegata l.parti. vel in maiorat⁹ inſtitutione diceretur ſpeciatim, q; ad talem maioratum admitteretur filius maior, vel primogenitus ex primo matrimonio naſciturus. Nam tali caſu ſecundum vel tertium matrimonium diceretur primum: nã quẽadmodum Bald.& Salice. in dicto. §. talem, per text.ibi, in verbo [ſecundo toro] tenent, quòd ſecundum matrimonium reſpectu tertij cenſetur primum (Pro quibus Fran. de Ripa. in rubri.j.titu.primo, de vulga. & pupil. col.2.poſt princ.allegat canonem cleros.21.diſtin.in verbo [Patriarcha] & glo.penulti.in cap. cùm Vinctonẽ, de elect.) Ita etiam & à fortiori ſecundũ matrimonium dicitur primum, quando ex primo filius non eſt ſuſceptus, ſed tantùm ex ſecũdo: quaſi primum matrimoniũ fuerit ineffectuale ob





non ſuſceptionem filiorum ex eo, vel fortè ſuſceptorum & præmortuorũ, per rationẽ Bald.quam.ſ.adduxi: quæ eſt, quòd primogenitura non conſideratur reſpectu matrimonij, ſed natiuitatis filij, ex quocũq; matrimonio primo, ſecundo, vel tertio, aut vlteriori primus filius naſcatur.

4. dubia tñ.

Videbatur præterea eadem l. Tau. amplianda non ſolùm ſi filius primogenitus in vita patris defunctus reliquiſſet filium maſculum, & ſic nepotem quoad auum poſſeſſorem maioratus, de cuius maioriæ ſucceſſione tractat: ſed etiam ſi reliquiſſet filiam fœminam: nam illa videretur pariformiter prout & maſculus admittenda contra patruum per prædictam l.2. titu.15.parti.2.in illis verbis, [Y porende eſtablecieron que ſi fijo varõ, y no vuieſſe la fija mayor heredaſſe el reyno.] Sequitur & facit [Y aun mandaron que ſi el hijo mayor murieſſe antes que heredaſſe, ſi dexaſſe hijo o hija q̃ dexaſſe (aliâs quedaſſe) de ſu muger legitima que aquel o aquella lo vuieſſe, y no otro ninguno.] Sed eſt ſummè aduertendum, vtpote res importantiſsima, quòd illa litera videtur ſubintelligenda ex litera eiuſdem l. ſ.proxima, in quantum dicit, [Tuuieron por derecho que el ſeñorio del reyno no le vuieſſe ſino el hijo mayor varon deſpues de la muerte de ſu padre. &c.] & ſic cùm filio primogenito mortuo in vita patris ſuperſit filius ſecundus, qui quidem (vt.ſ. dixi de matrimonio ſecundo in ſimili) poteſt nũcupari filius primogenitus maſculus, ex quo reperitur ſupereſſe primus tẽpore mortis patris quoad effectũ ſuccedendi: & cùm primogenitus mortuus fuerit viuo patre, & non reliquerit ex ſe maſculum, habetur pro nõ nato, vt in c.nam & ego, de verb. ſignifi. & conſequenter talis filius ſecundus poteſt dici primogenitus. Nam quẽadmodum poſtremus dicitur, quem nemo ſequitur: ſic etiam dicitur primus is quẽ nemo antecedit.l.ex duobus, in princi.ff.de vulga.& pup. ſicq; primogenitus dicitur qui eſt vnigenitus, ex quo nemo eum antecedit, neque poſt eum aliquis ſequitur, vt in c. Ioſeph, eo.titu. de verbo. ſigni. vbi gl. adducit eandem l.ex duobus, & alias. Et ſic illud quod dicitur in eadẽ l.par. in prædicta.2. clauſula, quòd filia filij primogeniti in vita patris prædefuncti ſuccedat in regno, & nemo alius, intelligatur de alio quem ipſamet filia potuiſſet excludere, data paritate qualitatis & terminorũ inter eos, vt quia illa eſſet amita.i.ſoror fratris filij primogeniti prædefuncti: & iſta eſſet filia eiuſdem filij primogeniti quę nititur tranſmiſſione: nõ autem voluit illa lex per prædicta verba excludere patruum maſculum, & ſic ſecũdo genitum fratrem minorem primogeniti eiuſdem patris cõmunis per iſtam fœminam neptem vltimi poſſeſſoris ipſius maioriæ. Et hoc eſt de intentione communi Doctorum tractantium prædictam q.arduiſſimam, quã decidit eadem l.Tauri, & tetigi ſuperius, vbi citaui tex.& remiſsiones poſt illum in c.vno, poſt principiũ, in parte, [ad filias,] de ſucce.fra. & de gradi. ſuccedentium in feudo, vbi tex.dicit, quòd in caſu in quo nõ poteſt admitti niſi maſculus, & non fœmina, vt eſt in illa materia feudali, & pari ratione in materia maioratus non poteſt etiã admitti maſculus ex fœmina deſcendens in præiudicium alterius maſculi: quemadmodum, & à fortiori, neq; ecõtra admitti in tali caſu poteſt maſculus ex fœmina deſcendens, vt ibi eſt tex.in illis verbis, [Proles enim fœminini ſexus, vel ex fœminino ſexu deſcendens, ad huius ſucceſsionem

Atten. quæ ſequũtur in intell. huius l.parti. quia ſunt reconditæ eruditionis, & in praxi importantiſsima.

aſpirare non poteſt]vbi ſpeciatim no-
tat Præpo. Alexan. quòd ſexus fœmi-
neus & ex eo deſcendens excluditur
à feudi tranſmiſſione. ſ. paſsiua, hoc
eſt vt in talem prolem fœmineam e-
tiam ex maſculo deſcendentem, vel
maſculinam ex fœmina progenitam
feudum non poſsit facere tranſitum.
Ratio eſt aperta, & quidem naturalis
vltra eum: vulgata tamen apud Phyſi
127 cos, & Iureconſultos,† quia actus acti
uorum debent eſſe in ſubiecto ſeu pa
tiente habili & diſpoſito. quã poſuit
*Actus agentiũ in ſubiecto diſpoſito.*
Ariſto. libro. 2. de anima, & probant
quamplures leges in diuerſis iuris ma
terijs loquentes: & præſertim his in
quibus diſponitur, actum data incapa
citate eius cum quo ſit non valere, vt
ſunt omnes ll. reprobantes actus inſti
tutionum, legatorum, & fideicõmiſ-
ſorum, factos in fauorem ſpuriorũ vel
aliorum incapacium in ijſdem & alijs
materijs, tam ſimilibus, quàm diſſimi
libus, vbi ex ſexcentis legibus in titu.
de his quibus vt indig. C. & . ff. poteſt
ea maxima deduci. Canoniſtæ ſolent
allegare ca. venerabilẽ, verſ. [ſunt em̃]
de elect. pariformiter poſſent allega-
re alia complura & allegat' etiam ca.
ad diſſoluendum de deſpo. imp. & l.
manumiſſiones, de iuſtit. & iur. Cùm
itaq; fœmina (vt ad præmiſſa redeam)
ex ſeipſa. i. ex ſui natura (ita dicam) ge-
nuina & peculiari, ſit incapax & inha
bilis ad talem ſucceſsionem: ergo ap-
paret de notorio defectu in cauſa ſu-
ſcipiente: & ſic eſt impoſsibilis tranſ-
miſsio de maſculo in fœminã, vel de-
ſcendẽtẽ ex ea, propter contrariã qua
litatẽ vtriuſq;. ſ. agentis. i. maſculi, de
tranſmiſsione cuius agitur, & ſuſcipiẽ
tis. i. fœminæ in quam talis tranſmiſ-
ſio prætẽditur fieri, quibus ſeparatim
ineſt cõtraria qualitas, quæ eſt habili-
tas in agente, & inhabilitas in ſuſcipiẽ
te. Sicut enim filius naturalis & legiti
mus ante agnitionem hæreditatis pa
ternæ ad eum delatæ nõ poſſet eã in
filium ſpurium tranſmittere, quia eſt
incapax ſucceſsionis illius, neq; poſſet
eum inſtituere, id eſt neq; ex teſtamẽ
to neq; ab inteſtato poteſt ei ſuccede
re. Sic à ſimili in propoſito, & quidẽ à
fortiori, eſt dicendum: eſt nanq; do-
ctrina notabilis, & ad rem noſtram
128 ad amuiſsim quadrãs,† ꝙ vbi qualitas
in filio requiſita non reperitur, vel nõ
cadit in nepote, non idem iudicatur
de nepote quod de filio, vt notat pul-
chrè Bar. in l. liberorum, col. 6. verſic.
quæro pone, ff. de verbo. ſig. Ad idem
eſt bonus text. in l. pen. §. ſi pupillæ. ff.
de ritu nupt. & in l. ex pluribus, ff. de
admi. tut. ibi allega. in gl. Et ſi fortè q.ſ
*Obex tacitus.*
quã dixerit, ꝙ iſto caſu illatio recta nõ
fiat: quia in feudo ſeu feudi ſucceſsio-
ne fœmina perpetuò excluditur, vt
in prædictis capitulis feudorum. s̃. ad-
ductis expreſsim cauetur: ſed non ita
in regni ſucceſsione, neq; in alijs infe-
rioribus maioratibus regulariter, in
quibus ita demum vel eouſq; fœmi-
na excluditur, ſi vel quouſq; maſcul9
non ſuperſit: vt inquit prędicta l. part.
Quod etiam videmus caueri in omni
bus alijs maioratibus, ſiue fiant inter
viuos, ſiue in vltima voluntate.

*Diſſolutio.*
Sed huic obiecto reſponſio eſt prõ-
pta: videlicet, quòd maſculo in me-
dio exiſtente, tam inhabilis eſt fœmi-
na, quàm eſſet ſi abſolutè & perpetuò
fuiſſet excluſa, vt idem iuris ſit in ex-
cluſione particulari reſpectu certæ &
particularis ſucceſsionis, quod eſt in
vniuerſali excluſione reſpectu ſucceſ
ſionis vniuerſalis. Argumen. l. quæ de
tota, in princip. ff. de rei vendi. cum
alijs. Imò iſte caſus, quando primoge-
nitus maſculus relinquit filiam fœmi
nam, eſt expeditior, quàm ſit caſus e-
contrario: ſcilicet quando filia primo
genita reliquiſſet maſculum, vt præ-
ſuppo-



ſupponit Præpoſitus Alex. vbi. s̃. (& li
129 cèt nõ explicet) videtur velle,† quòd
iſto caſu, id eſt vbi fœmina primoge-
nita reliquiſſet maſculum, ſubſit inha
bilitas reſpectu cauſæ agentis vel effi
cientis, & in primo econtra, vbi ma-
ſculus primogenitus reliquiſſet filiã
fœminam, ſit defectus reſpectu cauſæ
recipientis, & primus defectus eſt for
tior iſto. Sed non eſt opus in propoſi-
to quo de agimus hac ſpeculatione,
ex quo in vtroq; caſu habemus effe-
ctum, hoc eſt vtrobiq; ſubeſt impedi-
mentum in ſucceſsione talis maiora-
tus. Et iſte eſt verus & aptus intellect9
ad præfatam l. parti. qua (vt dixi) regu-
lari debent cæteri maioratus inferio-
res, qui ſecundum eorum primæuam
inſtitutionem incedere debent eodẽ
tramite & ordine: ſcilicet quòd ſtan-
*De eadẽ re clarius agitur circa intell. eiuſdẽ l. par.*
te filio maſculo filia fœmina non ſuc-
cedat. Et apertius ea quę ſuprà in hoc
articulo ſunt tradita declarando, dici
103 mus, quòd dum lex illa † poſt verba
ſuperius recitata dicit, [Y no otro al-
guno.] per quæ verba videt' ꝙ neptis
ex filio maiore prædefuncto ĩ vita pa-
tris eiuſdemq́; aui quoad nepotẽ ſit p̃-
ferenda patruo eidẽq; filio ſecũdo ge-
nito, vt ceſſet talis abſurdus intellect9,
qui eſſet ꝙ maioritas patris trãſmitte
retur in filiam eandemq; neptem cõ
tra patruum maſculum: & ſic quòd
fœmina conſequatur ex tranſmiſsio-
ne patris maſculi prædefuncti illud
quod ex propria perſona ſtante ma-
ſculo patruo conſequi non poſſet per
eandem l. partitæ. Dicẽdum eſt ꝙ illa
verba generalia [Y no otro alguno] in
telligenda ſunt ſanè: ſcilicet referen-
do ea ad vtrunque caſum ex præmiſ-
ſis, videlicet quòd quatenus dicunt
[Y no otro alguno] intelligantur hoc
modo. Quòd ſi filius maior ſucceſsiſ-
ſet viuente patre, & ſupereſſet ſecun-
do genitus, & talis maior reliquiſſet
filium, talis filius præferretur patruo,
eidemq; filio ſecundo genito. Si verò
idem ſecundò genitus eſſet fœmina,
& itidem filius primogenitus mor-
tuus in vita patris reliquiſſet filiam,
eademq; neptem, talis filia præferre-
tur amitæ, id eſt ſorori patris ſecundo
genitæ, vt ſuprà fuit dictum: & ſic ver
ba illa, [Y no otro alguno.] debent di-
uerſimodè referri. Itaque ſi filius pri-
mogenitus prædeceſſerit in vita pa-
tris relicto filio, & ſuperſit ſecundo
genitus, id eſt frater patris minor, tali
patruo nepos præferatur. Si autem fi-
lius maior prædefunctus relinquit fœ
minam, iſta præfertur alij fœminæ ſe-
cundo genitæ, id eſt amitæ, ſi qua ſu-
pereſt: non autem filio ſecundo geni
to, id eſt patruo, ob euitandum pręfa-
tum inconueniens, maximum quip-
pe & intolerabile, & abſurditatẽ mõ-
ſtrificam quam ſuprà tetigi: ſcilicet
quòd neptis & ſic fœmina exiſtens in
ſecundo gradu admittatur cõtra ma-
ſculum exiſtentem in primo diſponẽ
te prædicta l. parti. quòd ſtante ma-
ſculo fœmina non ſuccedat in regno:
præſertim cùm linea talis primogeni
ti prædefuncti nondum cœperit ha-
*Attẽ. aduertenter.*
bere vim actualem. Sed poſtquam fi-
lius filij idemque nepos poſt patrem
prædefunctum ſuperſtes ſucceſsiſſet
ei, id eſt in ſui locum actu, & re ipſa, &
reliquiſſet filiam, non eſt dubiũ quin
talis filia præferretur patruo: nam vſ-
quequo finitur linea primogeniti,
etiam in fœminis nõ fit tranſitus hoc
caſu ad aliam lineam ſecundo geni-
ti: ex quo inquam linea primogeniti
re ipſa & actu cœpit habere efficaciã
præſentaneam, ſeu fundamentũ ipſo
primogenito actualiter ſuccedente.
Tex. eſt de hoc admodum notandus
in materia huic ſatis finitimæ, videli-
cet feudali, in ca. vno, ad finem, de na-
tura ſucceſſ. feu. in vſi. feudorum.

Ad eandẽ l. par. aduertẽtia.

Et ne id prætermittam, ad eãdem l. parti corollæ vice nõ abs re erit duo adijcere, ad pręmiſſorum aptiorẽ reſolutionem declaratoriam. Primum ꝙ verbis inueſtituræ ſeu inſtitutionis maioratus (quæ præ omnibus eſt attẽdenda, vt. s̃. eſt dictum) deficientibus in ſenſu claro, & ſic dubijs exiſtẽtib⁹, circa admiſsionem & repulſionẽ maſculorum reſpectu fœminarum, & ẽcontra, attendenda ſunt accuratè verba l. par. de qua ſermo eſt habitus.

Si autem non appareat de primæua ipſius maioratus inſtitutione, vel appareat, ſed in hoc caſu vel articulo nihil diſponat. i. de prælatione inter nepotẽ & patruum, an, & quomodo procedere valeat, vel debeat, vel teſtes ſuper ea re producti nihil declarent circa hoc, vt quia neſciũt ſpeciatim dicere, quæ fuerit forma, vel regula (quoad hanc rem attinet) quã conſtructor voluerit ſeruari in ſucceſsione maioratus: ſed fortaſſis ſolummodo deponunt, ꝙ illa bona fuerunt habita, tenta, & poſſeſſa per longiſsima tempora pro bonis maioratus vel de maioratu. His nanq; caſibus indiſtinctè recurrendum erit ad deciſionem prædictæ l. Tau. quadrageſimæ in ordine, ꝙ nepos pręferri debeat patruo, dubio inquam omnino ſubſiſtẽte, ac præſuppoſito: niſi ſubſit aliqua reſtrictio ex his quæ. s̃. fuerunt poſitæ. Sic itaq; prædicta l. par. & item l. Tau. eius cõfirmatoria, declaratoria, & amplificatiua, ſolummodo procedũt, & locũ habent duntaxat non cõſtito de voluntate eius qui maioratũ inſtituit: & ſic ea exiſtente dubia circa prædictos articulos prælationũ perſonarum in ijſdem ll. tactos. Aliâs autem ſeruatur ad vnguẽ tenor inueſtituræ, ſiue cõſtructionis maioratus, vt etiam in fin. verbis eiuſdẽ l. Tau. cauetur, &. s̃. fuit dictũ. Et cùm hiſce temporibus inueſtituræ & tenores maioratuũ latè pateant, vix eſt opus deciſione l. Tauri.

De ijſdẽ rebus alia aduertentia.

Secunda aduertẽtia eſt, ꝙ licèt ante editionem eiuſdem l. Tau. (vt. s̃. eſt dictũ) magna & controuerſa fuerit cõcertatio ſcribentium inter ſe, quis pręferendus eſſet in ſucceſsione maioratus, fili⁹ne filij primogeniti in vita aui, eiuſq; patris prædefuncti? an verò fili⁹ ſecundo genitus, idẽq; patruus, & adhuc hodie eadem quæſtio duret, in regnis vbi prædicta l. Tau. non ſeruatˀ vt in Portugalia, & alibi, vbi ius cõmune in hac re ſeruatur. Si primogenit⁹ deceſsit in vita patris ipſius, eiuſdẽq; aui, & fuit occiſus pro principe aut ꝓ patria, republicaue, putà in bello iuſto, filius iſtius primogeniti eiuſmodi interempti, extra omnem controuerſiam opinionũ confligentium in hac q. excluderet patruũ à iure primogenituræ auo mortuo: quia primogenitus eo modo interfectus cenſetur viuere ad vtilitatem filij ipſius, eiuſdẽq; nepotis perſonam ſuam repręſentantis. Et hoc caſu proculdubio procedit magis cõis opinio Doct. quæ eſt in fauorem nepotis cõtra patruum à qua ſumpſit ortum prædicta l. Tau. Hoc reperio tenere ſingu. Nico. de Mil. in reper. ſuper verbo, mortuus pro republica. Quod eſt memoratu dignũ, neq; alibi legi niſi ibi, & apud Ro. cõſ. 29. vnde puto Nico. excerpſiſſe: & nihil aliud pro fundamento allegat Nico. niſi tex. illum vulga. in §. 1. inſti. de excu. tu. vbi tex. opti. in ratione generali, quam ponit inquiens, [Hi em̃ qui pro republica ceciderũt in perpetuũ per gloriam viuere intelliguntur.] Ex tranſlatione etiam Theophili, aliâs è Theophilo in Latinum verba ſimilia ſunt, [Nam qñ hi pro republica perierunt per rerum geſtarum gloriã ſemper viuere intelliguntur.]

Tertia & vltima aduertentia.

Vltimò pręmiſsis adijcere non erit





incongruens, ꝙ quando in cõſtructione maiorat⁹ expreſsè caueretur, ꝙ in eo maior natu ſemper ſuccederet: eo caſu, patruus ætate maior indiſtinctè ſuccederet, ſecundum Bar. in authen. poſt fratres. C. de legi. hære. & ſic Bar. loquitur qñ prærogatiua ætatis modum ſuccedẽdi reſpicit. Sin verò reſpiciat vel deſignet ordinem inter ipſos deſcendentes: tunc ſecus ſecundum Pau. de Caſt. in ſæpe citato. s̃. cõſ. 164. vol. 2. Abb. conſ. 95. 2. volu. Barba. cõſ. 2. lib. etiam. 2. Et hæc conſideratio eſt memorabilis, ac indelebili nota digniſſima. Et hæc obiter & vtcunq; tradita ad pręfatum propoſitum anomalę & extraordinariæ repręſentationis ſucceſſoris ad defunctum quæ in hac quæſtione ad amuſſim verificatur, in præſenti ſufficiant.

Nunc autem (velut poſtliminio) ad inſtitutum regrediens. i. ad proſequẽda ſcholia per me tradi cœpta, ad pręfatam inſtitutionis definitionem ſiue deſcriptionem. Dicitur inſuper in eadem in vltimis verbis poſt verbum præcedens, [ſuccedat, & eum repræſentet.] eo ꝙ hæres inſtitutus poſt aditam ab ipſo hæreditatem, repręſentat perſonam defuncti loco eiuſdẽ ſuccedendo. Qua ſumpta occaſione, è re erit, in præſenti aliquid attingere, circa iſtam repræſentationẽ, quæ fit de perſonis hæredum ad perſonas defunctorum quibus ſuccedunt. Et licèt hæc expoſitio potuerat etiam cadere ſub verbis præcedentibus: ſcilicet [eiuſque loco ſuccedat] quæ in idem tendunt ad quod verba prædicta vltima [& cum repræſentet] ea tamen ſegregaui: quia ibi interſerui de quadam repræſentatione anomala & extraordinaria ſeu exorbitante in materia maioratus, cui non concinebat, quod hic erat tractandum, videlicet circa continuationem materiæ, quã incepi tradere in illa gloſ. quę incipit. Redeundo ergo. &c. num. 119. videlicet de repręſentatione communi & ordinaria, ac generali, quæ eſt ea quã hæres facit de defuncto cui immediatè ſuccedit in bonis ipſius liberis. Sed tamen hæc repræſentatio recipit nõnullas difficultates, quibus ſolutis res apparebit clara & expedita: quarũ prima concernit caput teſtamenti, hoc eſt ipſam inſtitutionem, quæ eſt prima cauſa eademq; remota eiuſdẽ repræſentationis, cùm ipſius cauſa proxima & immediata ſit aditio hæreditatis, ex qua illius reſultat acquiſitio. l. cùm hæredes, in prin. ibi, [Adita hęreditate. &c.] ff. de acquirẽ. poſſ. cũ alijs. Cæteræ autem principaliter concernunt ipſam repræſentationem.

Tradit̃ materia repræſentationis, de ſucceſſore vniuerſali ad defunctum.

Prima igitur difficultas ſic formatur. Inſtitutio quę fit per teſtatorem, cũ conferatur in tempus quo non eſt dñs futurus. i. poſt mortẽ, quanuis fiat tẽpore habili. i. in vita eiuſdẽ teſtãtis, nõ videtur eſſe valida: quia diſpoſitiones etiã tẽpore permiſſo factę, ſi in tẽpus prohibitũ conferantur ſunt nullius momẽti. l. qđ ſponſę, C. de donat. ante nup. l. ſi res, ff. de iure do. l. Titio cũ morietur, ff. de vſufru. l. Stichus, ff. de manu. teſt. tradit gl. ordi. in propoſito nota. in cano. licet ergo. 8. q. 1. De inſtitutione patet, quia facta de reb⁹ alienis non valet, vt in authẽ. ingreſsi s̃. citato. C. de ſacroſan. eccle. ad fin. & l. conficiuntˀ, §. ſi poſt, cum gl. j̃. de iure codi. & gl. in §. liberis, inſtitut. de pup. ſubſti. de quibus videtˀ diſponere poſt mortem teſtando de rebus proprijs in tempus quo nõ ſunt futuræ ſuæ. Hãc difficultatẽ, quæ generalis, & anteſignana eſt in tota materia teſtamentaria mouit gl. in l. illa inſtitutio. j̃. iſto titu. & neſciuit ſoluere, obq; eam rẽ reprehenditur per Doct. ibi qui ſequũtur reſolutionẽ Bal. ibi. quæ fundatur

in repręſentatione.Soluit.n. ipſe,ne-
131 gando præſuppoſitum gloſ.Et ſic † q́
dominiũ rerum hæreditariarum per
mortẽ teſtantis eiuſdẽq; domini non
perditur:ſed tranfertur in hęreditatẽ
iacentẽ,quævicem defuncti ſuſtinet.
Quæ res lati⁹ explicabit̃ in inferiori-
bus:pręſertim in reſponſione ad quar
tam difficultatem.

Secunda difficultas.Repręſentatio
videtur impoſſibilis,non.n.poteſt hę
res repręſentare perſonã defuncti, ni
ſi per fictionem:nã q́ hæres & ſic ſuc
ceſſor vniuerſalis directus cenſeatur
per imaginẽ quãdã referre defunctũ,
non poteſt vllaten⁹ eſſe niſi per fictio
132 nem,† quæ fictio non poteſt hîc cade
re,cùm ſemper debeat eſſe de poſſibi
li:licèt contra veritatẽ.l.adoptio.ff.de
adop.l.Si filiusfa.contra ſenatus con-
ſultum,ff.ſi cer.pet.l. Si pater,ff.de his
quę in frau.credi.§.minorem,inſti.de
adop. ergo non videtur potuiſſe legẽ
133 iſtud fingere.† Comprobatur,ſiue de
claratur,quia fictiones p legem intro
duci debent:non tantũ ſuper poſſibi
libus de natura, vt in pręd ictis ll.verũ
etiam ſuper poſſibilibus de iure.Gloſ.
eſt ordina.in l.talis ſcriptura.ff.de leg.
1.ſecundũ Bal.in.c.cùm conſuetudi-
134 nis,de conſue.† Sed ad ſenſum patet
(quæ eſt euidentior probatio cęteris,
vt inquit Azo.in ſumma.C. ad l. acq.
& Bal.in.l.contra negantem,in fi.eo.
tit. bonus tex.in.§.vlt.inſti. de gradi.)
q́ defunct⁹ non poteſt referri per vi-
uũ,quærere nãq; rationẽ,vbi habem⁹
ſenſum,nihil aliud eſt,q̃ infirmitas in
tellectus, ſecũdũ Auerro. Ariſtotelis
cõmentatorẽ,cuius meminit Bal.in l.
teſtiũ,in fi. C.de teſti.& in l. actor qđ
aſſeuerat.1.col.C.de proba. & in l.ex
ecutorẽ, col. pe.C. de execu.rei iudi.
& alibi ſæpe.Per quã gloſ. in d.l. talis
ſcriptura,dicit Bal.not.in l. Paulus,ff.
135 de ſta.ho.† q́ fictio nõ trahitur retro
ad tempus,à iure prohibitum. Sed ſi
hæres vel ſucceſſor vniuerſalis p ima
ginẽ vel fictionẽ cenſeretur defunct⁹,
vel idem cũ defuncto, talis repręſen-
tatio vel fictio traheretur retro ad tẽ-
pus vitæ ipſius defuncti: quod eſt im-
poſsibile de iure,cũ viuentis nulla ſit
hæreditas.l.qui ſuperſtitis.ĵ.de acqui.
hæredi.& l.fi.C.de pactis,& l. ſtipula-
tio hoc modo concepta,ff.de ver.ob.
l.quidã in iure, §.1. eodẽq; vltimo.ff.
de dona.& l.pactum.C.de colla.cum
alijs.igitur &c.

Ad hanc difficultatem reſpondet̃,
q́ imò de iure eſt poſsibile mortuũ re
pręſentari p viuũ,vt in authẽ. de iure
iuran.à morien.pręſti.in prin.colla.5.
vbi tex.inquit,[vna quodãmodo cen
ſetur eſſe perſona hæredis & defũcti,
&c.]& ſic quo ad repræſentationem
hæres cenſetur idẽ cum defuncto. Et
quia iſta repręſentatio habet iuris ef
fectum,& ad illũ tendit ſcopũ: ideo il
lud non attẽditur nec eſt in conſide-
ratione,q́ videat̃ prima inſpectiõe de
natura impoſsibilis,vt tenet Bar.in d.
l.Si is qui pro emptore, col. 15.verſic.
quintò principaliter,ff.de vſucap.vbi
dicit,q́ lex poteſt fingere ſup his quę
ſunt meri facti æquitate ſuadente, &
ꝓpter iuris miniſteriũ vel effectũ po-
nit tritũ exẽplũ in eo qui fingitur re-
tro mortuus priusq̃ ab hoſtib⁹ cape-
retur,ſecundũ l.Corneliã. Itẽ in eo q
fingitur retro occiſus, & moritur ho-
die naturaliter,vt in l. huic ſcripturæ.
§.pe.& l.ait lex, ff.ad l.Acq.& ſic vult,
q́ fictio poteſt habere locum circa ea
quę ſecũdum naturam non poſſunt
euenire, nõ vt ex huiuſmodi fictione
ſequantur effectus naturales:cùm il-
lud ſit impoſsibile,vt pote naturæ re-
pugnans. Sed vt propter aliquam na-
turalem æquitatem emergenten ſe-
quantur ex tali fictione ciuiles effe- Apta,& cõpetẽs declaratio.
136 ctus,† cũ in his quæ iuris ſunt,lex ve-
rè



rè faciat ſecundum veritatem iuridi-
cam,non per fictionem, vt in alijs ter
minis, & aliud agens tenet notanter
idem Bart. in ea.l.ſi is qui pro empto-
re,col.10.verſ.pone ergo,& idem in l.
ſi maritus ſit in magiſtratu, §. primo:
vbi etiam Ange.& Rapha.Cu.ff.ad le
gem Iul.de adul. & hoc dicit eſſe alle
gabile Iaſ.ĩ ea.l.ſi is q pro emptore. co
lũ.55.cũ multis ſeq. Sic igit̃ in rè præ-
ſenti de qua agimus dicendum eſt,ſe-
cundum exemplum generale, & de-
claratorium prædictæ repręſentatio-
nis iuridicæ ſuprà poſitum in verſ.præ
cedente.Redeũdo ergo, &c. nu.119.
de qua re.ĵ.erit latius diſſerendum.

Deinde obijcitur contra eandẽ re-
præſentationem hoc modo. Ex iuris
cenſura, præſumptiuè inquam loquẽ
do,ſaltem his temporibus, in quibus
hominum ætates tendũt in decliuiũ,
137 † homo non producit ętatem vltra c.
annos.l.vlti.C.de ſacroſan.eccle. l.an
vſusfructus,ff.de vſufru.Sed ſi ſucceſ-
ſio vniuerſalis & repręſentatio à iure
approbentur,prout approbantur, &
ſic hæres poſſit prout poteſt per rela-
tionẽ imaginariã & fictitiã repræſen-
tare defunctũ,ſequeretur,& ſequit̃,q́
ius præſumeret, aut præſupponeret,
q́ homo poſſet vltra quingentos an-
nos viuere:cùm hæres hæredis atten-
ta eadem iuris cenſura fingatur,& re-
pręſentetur primi teſtatoris hæres, e-
tiam in infinitum.l.fina. C.de hæredi.
inſtitu.& l.3.cum ſequenti.ff.de peti.
hæredi.l. hæredis appellatione. ff. de
verbo.ſignificatio. Sed illud eſſet na-
turaliter impoſsibile, præſertim hiſce
temporibus,vt dixi.igitur,&c.

Ad hoc reſpondet̃, prout ad præce
dentem difficultatem fuit reſpõſum,
videlicet negando,quòd lex fingat tã
to tempore eum viuere, vt inde pro-
ducatur effectus naturalis: ſed bene
fingit, vel poteſt fingere tanto tem-
pore eum viuere, vt producantur ef-
fectus ciuiles & iuridici, de quibus.ſ.
eſt tactum, & inferius etiã tangetur.

Rurſus obijcitur ſic.Rerum domi-
nium vacantium non tranſit in ali-
quem ſine apprehenſione reali ſeu a-
ctuali.l.in laqueum.ff.de acqui.re.do.
l.fina.ff.pro derelicto.§ illud,inſtit.de
rerum di. cum alijs: ſed res hæredita-
riæ ſunt res vacantes à dominio, cùm
dominus ſit mortuus, & ſic per natu-
rã ſubſtractus à dominio, quia mors
omnia ſoluit,in authen. de nup. §.de-
inceps,in prin.colla. 4. ergo eiuſmodi
res deberent potius concedi occupã-
ti antequam hæres apprehendat.l. 3.
in prin.ff.de acqui. rerum do. & cõſe-
quẽter ſola & nuda hæredis aditione
non videtur poſſe fieri prædictam re-
præſentationem de hęrede ad defun-
ctum, neque per hæredem prædictas
res hæreditarias acquiri, ſi ab alio inte
rim fuerint apprehenſæ vel occupa-
tæ.&c.

Reſpondet̃ cum Bar.qui iſtud elegã
ter declarat, & eũ ſequuntur ibi Do-
cto.cõmuniter in rubri.ĵ. de acquirẽ.
hęre.quòd imò talium rerũ dominiũ,
id eſt hæreditariarum, non vacat per
mortem domini earundem:ſed trãſit
in quandam perſonam fictam & ima
ginariam, quæ ſuſtinet vicem perſo-
næ defuncti, & habetur loco cuiuſdã
dominæ vniuerſalis, & comprehen-
dit ſub ſe omnia iura, actiua, paſsiua
realia,perſonalia,mixta,& in rem ſcri
pta, quæ defuncto competierant: &
ſic cùm nullo tempore vacent, neq;
acquiruntur occupanti, neque requi
ritur, quòd hæres ea bona actualiter
apprehendat,vt eidem acquirantur:
ſed ſufficit ſola ipſius aditio. d.l. cùm
hæredes,in princip. ibi adita hæredi-
tate, omnia rectè in nos tranſeunt. ff.
de acquiren.poſſ.vbi Pau. de Caſt. id
notat,& declarat, & idem Pau. tenet

conciſis tamē verbis, in l. hæres & hę-
reditas, ff. de vſucap. qua ſimplici hæ-
redis aditione ſubſequuta, idē hæres
repræſentat perſonam defuncti, pro
parte inquam qua eſt hærçs, ſi non
eſt hęres inſolidum, vt eſt ſuprà dictũ:
& ſic non poſſunt res hæreditarię va-
cantes interim per aliquem apprehē-
di: aliâs talis apprehendens teneretur
crimine expilatæ hæreditatis, vt in to
to tit. ff. de cri. expi. hæreditatis, & C.
eodem. & facta aditione per hæredē
aboletur nomen ipſius hęreditatis, vt
s̃. etiam eſt dictum per glo. in l. prima,
§. veteres, ff. de acquiren. poſſ. & in l.
hæres per ſeruum, ff. de acquiren. hæ-
re. & text. in prin. inſtitu. de hęre. qua.
& differentia. Quo freti fundamento
Doctores in varijs locis (pręter ea quę
ordinarij tradunt in dicto §. veteres)
decidunt plures quęſtiones. Et ne hîc
immorer interſerendo res peregri-
nas, & ab inſtituto meo ſemotas, affe-
ram nonnulla loca, ad quę cùm expe-
dierit poteſt recurri. Videndus eſt ita
que Decius conſi. 309. viſo pũcto, col.
1. vbi in hanc rem refert plura Doct.
conſilia. & Areti. conſi. 161. colũ. 3. &
Phi. Cor. cõſ. 206. incip. viſo vol. Soci.
conſi. 74. volu. 3. & vide quod decidit
Philip. Deci. poſt Benedi. Capram. per
eum ibi adductum in l. quoties dupli
ci, ad finem. ff. de regu. iuris, ante quē
idē tenet Bal. cuius ipſe nõ meminit
conſi. 48. incipiente, ex verbis prædi-
ctæ renuntiationis, volumi. 3. Et quia
deciſio eſt dubia, & contra mentem
Alexã. & aliorum ab eo allegatorum
in dicto. §. veteres: ideo videnda ſunt
quæ ad Decium addidi ſuper eadem
l. quoties, manu propria. Item & ex
propria intentione.

Rurſus contra eiuſmodi repręſen-
tationem hęredis de defuncto poteſt
hoc modo obijci. Actiones perſona-
les, nec non obligationes paſſiuę in-
hęrent oſſibus perſonæ, & virtuti ſeu
potentiæ perſonali vtpote paſſiones
perſonales animæ infixæ, & ei inſepa-
rabiliter coniunctæ. l. quis ergo caſus,
cum gloſ. vlti. in princip. ff. de pec. tex.
& gloſ. ordina. in l. 3. gloſ. prima. ff. pro
ſocio, & glo. in. l. 3. §. ſi quis prius, ff. de
aqua plu. arcen. & per dictas ll. & has
gloſ. inter Iuriſconſultos ſæpe iacta-
138 tur illud quod Philoſophus dicit, † ac
cidentia non migrare de ſubiecto
in ſubiectum. & ad id illam l. quis er-
go caſus, allegat Chriſtopho. Por. in
princip. inſtit. de teſtamē. fina. verbis.
Cùm itaque talia iura perſonalia co-
hæſerint perſonæ quæ deceſſit, cen-
ſentur fuiſſe inſeparabilia à perſona,
& tanquam qualitates à perſona iner
radicabiles, videntur perijſſe, vnà cũ
perſona ipſius defuncti: & ex conſe-
quenti, non videntur poſſe ad hære-
des ipſius tranſire vel transferri. l. vna
§. ne autem, C. de cadu. tollen. vbi Bal.
eleganter & philoſophicè loquitur,
poſt Auerro. Auice. & alios Philoſo-
phos. Ad idem bonus tex. in l. nemo
eſt qui neſciat. ff. de duo. reis, vbi Bald.
allegat cap. quoniam Abbas, de offi.
de leg. ad idem l. inter artifices. ff. de
ſolu. & cap. vlti. ad finem de offi. de le-
ga. quibus iuribus etiam probatur ma
xima prænotata. Sed reſpondetur cõ-
cedendo pro vero & indubitato præ-
fatas qualitates perſonales: ſi eas in-
quam fateamur qualitates naturali-
ter è perſona in perſonam non eſſe
migrabiles, prout in oppoſitione ſu-
perius ſignata dicitur. Tamen in pro-
poſito, de quo agimus, licèt tales qua-
litates in hæredem non faciant verũ
& naturalem tranſitum: tamen ſub-
eſt fictitia quædam & imaginaria re-
pręſentatio, quæ operatur quandam
quaſi continuationem de defuncto
in hæredem quo ad omnia iura hære
ditaria. &c. eo modo quo fuit. s̃. decla-
ratum,

Reſpõſio ap primè declaratoria huius materiæ repræſentationis. Et vi. in ſequenti pagi. in ver. & ex his.



ratum, videlicet nam primò fit tranſi-
tus in ipſam hæreditatem iacentem:
deinde de illa in hæredem adeũtem,
nam hæreditas repræſentat defun-
ctum, & ipſamet repræſentatur ſubſe
quenter per hæredem poſtea adeun-
tē: & ſic iſta ſecũda repræſentatio .i.
ſecundaria eſt prioris cõſequutiua, li-
cèt præſtantior: vt non abs re dixerit
Pau. de Caſt. in dicta l. hęres & hæredi
tas, ff. de vſuca. s̃. allega. quē etiam. s̃. ci
taui, quòd eſt vna repræſentatio, illa
ſcilicet quæ fit de hærede ad defun-
ctum. Quia tamen conſiderata prin-
cipaliter, & per prius ea quæ eſt de hæ
reditate ad defunctum, vidētur duæ,
ſcilicet ipſamet, & alia quæ fit de hęre
de ad defunctum per medium hære-
ditatis aditæ, ſed prima tanquam præ
ambula ad iſtam, confunditur cũ ea:
quia aditio facta per hæredē, ex quo
reſoluit nomen & effectum hæredita
tis, abſorbet primam & præambulam
repræſentationem de hæreditate ad
defunctum, & hæres immediatè ob
aditionem ab eo factam dicitur de-
functum repræſentare, & à iure fingi
eundem cum illo: & iſte eſt effectus
vltimatus repræſentationis. Et quia,
139 † quum habemus effectum non cura
mus de modo, vel de medio, per quē
vel quod peruenitur ad talem effe-
ctum vel finem. l. ſi mater. C. de inſti.
& ſubſtit. l. mulier, in princi. ff. ad Tre-
bel. ergo iſta repræſentatio vltimata
& effectualis, quæ fit de hærede ad de
functum ſolum eſt attendenda, alia
autem præambula de hæreditate ia-
cente ad defunctum: quanuis inte-
rim, id eſt dum hæres adit, certis re-
ſpectibus ſit conſiderabilis: tamen ſe-
quuta poſtea hæredis aditione, abole
tur, & reſoluitur. Et ita intellexit for-
tè Pau. de Caſt. vbi s̃. dũ voluit repræ-
ſentationem eſſe vnam.

Atten. hanc cõſiderationem ex ſuperioribus conſequutiuam.

Et ex his contra id quod eſt dictũ
in prin. iſtius reſponſionis põt inferri
ꝙ iuridicè loquendo tales obligatio-
nes actiuę & paſſiuę nõ poſſunt cēſe-
ri qualitates perſonaliſsimę inſepara-
biliter cohęrentes perſonę prędeceſ-
ſoris: & conſequenter tranſmiſsibiles:
imò ſunt ſubſtãtiæ quędã. i. iura incor
poralia: & licèt ſint perſonalia, tamen
quia cõpetunt habito reſpectu ad res
ipſas, quas quis poteſt perſequi agen-
do, & ſic actiuè cõpetunt: item etiam
ad res ad quas quis paſſiuè eſt obliga-
tus: ideo talia iura ſunt in hęredes trãſ
miſsibilia, velut in repræſentantes
in ſolidum vel pro parte (diuerſis in-
quam reſpectibus) prędeceſſorũ per-
ſonas, acſi illi adhuc viuerent, & ſic re
pręſentatio fit per veram perſonam. i.
hæredem de perſona teſtatoris ficta,
quem iura fingunt adhuc viuere, per
iuris fictionē repræſentatiuam facta
tranſlatione illorum iurium in ſucceſ
ſorē, in quē illa transfunduntur, quo-
rũ reſpectu vel relatione repręſenta-
tio eiuſcemodi inducitur: & in his ſtat
iſtius materię ſpeculatio. Ex quibus lu
culenter depromitur, prædictã repræ
ſentationem quæ fit de hærede ad
defunctum, eſſe poſsibilem, iuridicã,
& valde neceſſariam atq; vtiliſsimã,
in eaq; voluntatum vltimarũ (vniuer
ſaliũ inq̃ & directarum) robur, cardi-
nem, nec non efficaciã cõſiſtere, hoc
ſemper ſuppoſito, ꝙ iſta repræſenta-
tio fit quo ad iura ſuapte natura ad hę
redes tranſmiſsibilia. i. quę cũ perſona
defuncti nõ extinguũtur. Glo. ordi. in
l. hæres in omne ius. ff. de acqui. hær.
& in prædicta l. cùm hæredes, in prin.
gloſ. 2. ff. de acquiren. poſſ. nam reſpe
ctu iurium intranſmiſsibiliũ, quæ cũ
perſona extinguũtur, non eſt poſsibi-
lis, neq; conſiderabilis, prout apparet
ſenſui: & iſta ſunt iura quæ perſona-
liſsima propriè dicuntur: cætera aũt
iura trãſmiſsibilia vocant̃ ſimpliciter

Notandę declarationes.

perſonalia: non quia non tranſeunt
ad hæredes, quia imò tranſeunt: ſed
quia aſſumunt initium in perſonis ip-
ſorum principalium contrahētium.
l.quæcunq; gerimus, ff. de act. & ob.
l.ſtipulatio iſta,§.alteri,ff.de verb. ob.
& ſic vocantur perſonalia ad iurium
realium differentiam, non autem re-
ſpectu intranſmiſsibilitatis: quia imò
regulariter tranſmittūtur ad quoſcū-
que hæredes eo quem prædixi modo.
Et hæc repræſentatio nullatenus fieri
poteſt, niſi præambula hæredis inſti-
tuti vel ab inteſtato ſuccedentis adi-
tione verbali, vel actuali, ad perfectio
nem effectualem ipſius ſucceſsionis,
quæ ex tali aditione inſurgit: aliâs ſuc
ceſsio prædicta manet caduca, vel
quaſi: & ſic prorſus ineffectualis &
nullius momenti.l.ſi nemo, ff.de reg.
iuris. cuius verba ſunt, [ſi nemo adijt
hæreditatem, omne ius teſtamēti ſol-
uitur.] Ad idem l.ſi nemo,la.1.ff.de te
ſta.tute.& l.eam quam, C. de fideicō.
l.ſed etſi plures.§.ſi ex aſſe, ff.de vulg.
& pup.verſi.[neq; enim.&c.] Et iſtud
eſt expeditiſsimum, quando hæres re
pudiat: ſed dum deliberat, pendet va-
lor ſucceſsionis, tam teſtamentariæ,
q̃ legitimæ: quia ius adeundi quouſq;
ſit ad actum deductum, realem inquã
vel verbalem, non eſt conſiderabi-
le, neq; dicitur eſſe in bonis talis hære

Ius adeundi nō eſt in bonis hęredis.

dis, vulga. l. pretia rerum, verſic. [Eſt
enim abſurdum.] ĵ. ad l. fal. quæ licèt
omnibus ſit nota, non tamen reperi-
tur alibi, prout Bald. teſtatur in l.2. C.
de iuris & fa.igno.& de illius intel.tra
dit Bar.in l.qui duos, in prin.col.pe. ff.
de rebus dub. Quemadmodū & ipſæ
res hæreditariæ, priuſquam hæres a-
deat, in nullius bonis ſunt. l. prima.§.
id verò, ff. de rerum di. intelligendo
iſtud vt.ſ̃. non quòd omnino vacent,
ſe quia ſunt penes hęreditatem iacen
tem, ſub qua omnia iura ſunt recon-
dita, ex vi quadam iuridica & compre
henſiua, vt ſuprà dixi, dum citaui Bar-
to.in rubri.de acqui.hære. Et ſic cùm

Notabilis declaratio.

dicitur res hæreditarias in nullius bo-
nis eſſe, intelligitur: ſcilicet viuentis
naturaliter: nam ad tales viuentes re-
fertur illa vniuerſalis negatiua [nulliꝰ
in bonis ſunt] non verò ad perſonam
fictam.i.hæreditatem iacentem. Eſt
ſiquidem ius adeūdi, ius quoddã quę-
rendi, & velut inſtrumētum aliquod
ipſius acquiſitionis. Barto. in l. is po-
teſt, col.4.ad medium.ĵ. de acquiren.
hære. Acquiritur ergo, ipſa hæreditas
per tale ius adeundi ad actū facti rea-
lis vel verbalis deductum, veluti per
medium quoddam inſtrumentale, &
acquiſitiuum, & in antecedēs neceſſa
rium ipſa inſtitutio, item & legitima
ſucceſsio, per quas hæreditas datur, re
cipit confirmationē validitatis. Nec
in hoc puncto reperitur quicquam
innouatū per ll. huius regni: licèt quo
ad particulares diſpoſitiones in teſta-
mento comprehenſas fiat innouatio
per l.ordina.primam de los teſtamen
tos libro. 5. cuius legis aditioniſque
materiam ad præſens non attingo:
quia eſſet extrauagari ad titul. de ac-
quiren. hæredi. in cuius rubri. de his
redundanter diſſerui. Et per hæc vt-
cunque ſit expedita interpretatio de
ſcriptionis inſtitutionis hæredis, ex
qua etiam ſatis colligitur ipſius prin-
cipalis effectus.

Deinde, & non impertinenter
quoad hunc titu. quæritur, vnde vel
à quonam iure inſtitutio hæredis ori-
ginem duxerit? Et ad iſtius dubij eno-
dationem, ne per ignotos terminos
progrediamur, præmittendum eſt,
Doctores communiter in locis. ĵ. al-
legandis loqui promiſcuè & mixtim
tam de hæredis inſtitutione, quàm
de factione teſtamenti, nec non de
ſimplici ſucceſsione: & propterea
illa



illa quæ poſt hæc in hoc articulo tradi
dero, generaliter, ac promiſcuè adap-
tari debent & ad hæredis inſtitutio-
nē, & ad factionem teſtamenti, & ad
quamcunq; ſucceſſionē, ſeu ſucceſsio
nis ſpeciem. Quo ſuppoſito, quanquã
hic articulus eſſet dilatabilis, tamē re-
ſolutiuè rem ipſam perſtringendo, ſe-

Cōis ſententia caſuū cōplexiua.

quor cōem Docto. ſententiã cōplexi-
uam.i. omnium caſuū cōprehenſiuã,
140 quæ habet † ius ſuccedendi, & facul-
tatē teſtandi: & conſequenter ipſam
hæredis inſtitutionem vniuerſalē eſſe
de iure gentium, ſubſtantia, inuentio
ne, & introductione: ſed approbatio-
ne ſiue confirmatione ſolennitate, ac

De. 2. parte cōcluſionis traditur infrà in verſi. ſecūda pars num. 143.

forma vel modo eſſe de iure ciuili Ro
manorum, & ſic poſitiuo. Et huius cō
cluſionis primam partem tenet Bart.
poſt Ray. ibi, etſi eum nō referat, ſed
alij referunt in l. interdum, colū.3.in
prin. ff.de condi.inde.& hãc vt cōem
ſentētiam tenet Ludo.Ro. & moder-
niores ſcd̃m Phi.Cor.& Iaſ.in l.ſi teſta
mentum per illum text. quem tamen
Bar.vbi.ſ̃.non allegauit.C.de teſta. &
in l.ſi non ſpeciali, eo.tit. & eſt bonus
text.in l.lege obuenire, ff.de verb.ſig.
& ſpeciatim Cor. inquit in d.l.ſi teſta-
mentum, poſt prin. ꝙ iſta eſt commu
nior ſententia, quam effectu & re ipſa
(expeditius tamen loquēs) tenet Pau.
de Caſt.in l.teſtandi. C. eo. vbi dicit
idem quod prædixi, teſtamentū quo-
ad inuentionem & ſubſtantiam eſſe
de iure ciuili: cū omnes gentes vtant̃
teſtamēto. Sed teſtamenti ſolennita-
tes, & virtus, & efficacia ipſius per quã
in hæredē tranſeunt iura actiua & paſ
ſiua, & per quã hæreditas priuſquam
adeatur, itē & hęres poſt eã ab ipſo adi
tam, repręſentant perſonã defuncti:
diuerſimode tamē, vt prædixi. ſ. hære
ditas ſtatim poſt mortem, & ante hæ-
redis aditionē: & hęres poſt aditã, ſunt
de iure ciuili, & ſic poſitiuo. Pro quo
Phi Cor.in d.l.ſi teſtamentū, citat prę
fatã l.lege obuenire, & dicit etiam ad
hoc facere id qđ aliâs dicit̃, verbū hæ
res eſſe ciuile & directum.l. verbis ci-
141 uilibus.ĵ.tit.1.† Et ita etiã dicit eſſe in

Ad canonē ius quiritū 1.diſt. & vi. etiã eūdem Cor.in l. 1. col.1. C. de hære. inſtit. in ſequente pag. allega.

telligendum canonē ius quiritum. 1.
diſt. dum dicit, ſucceſsiones inteſtato
ris eſſe de iure ciuili: & tamē, ſcd̃m eū
dē Cor. credēdū eſt, ꝙ olim apud oēs
gētes viuus ſuperſtes ſucceſſerit (pro-
ut hodie ſuccedit) in bonis propinqui
abinteſtato defuncti: cū illa ſucceſsio
(vltra eum) deferatur iure ſanguinis
& naturæ.l.fi. C. quorū bo. Sicq; vult
Cor. ꝙ ille text. intelligatur ſolū quo-
ad virtutē tranſmiſsiuam iuriū hęredi
tariorū in hæredem: item & quoad re
pręſentationē, ſiue virtutem repręſen
tatiuã, qui ſunt effectus ſucceſsionis
inuenti de iure ciuili. Quod etiã ſecū
dum eundē Corneū tenent Anto. &
cōiter alij Canoniſtę, in rub. extra, de
teſta. & ſecundū prędictam cōem ſen
tentiam procedit quod Bart. dicit in
hæreditate, loquens in rub. ĵ. de acqui
ren. hære. col.2. ante med. verſ. ſecun-
do quæro. quē ibi Alex. ſuſtinet, & de-
clarat, col.1. ex notatis ꝑ eundē Bar. in
prædicta l. interdum, & ibidem ſubiū
git ſtatim verſ. conſiderata tamen hæ
reditate, idem effectu quod prædixi,
tenere Pau. de Caſt. in d.l. teſtandi, &
in eadem rub. Rapha. Cu. tenet idem

Cómunis.

cum communi opinione: quã etiã te
net Rapha. Fulgoſi. in d.l. ex hoc iure,
colum.8. dicens ita Doctores tenere:
& ibidem Iaſ. colum. 7. ad finem, ſu-
per gloſ. in verſicu. diſtincta, nu. 46. &
in dicta l. interdum, nume. 4. dicit
hanc opinionem eſſe communem
& ſequendam: & Martinus Lauden.
in tractatu primogeni. 2. colum. &
Paulus de Caſtro quem iſti non affe-
runt in eadem lege ex hoc iure, co-
lum.10. verſiculo, Item quid de ſuc-
ceſsione hæreditaria in repeti. vbi
inquit

inquit q; ſucceſsio facti eſt de iure na-
turali.i.gentium per canonem ius na
turale prima diſtinct. Iuris autem ſuc
ceſsio quæ fit iure hæreditario, per
quam quis repręſentat perſonam de-
functi,& ſuccedit vniuerſaliter nõ tm̃
in rebus corporalibus: ſed etiam in o-
mne ius ipſius defuncti, vt in l.hæres
in omne ius.ĵ.de acquiren. hęre.& in
eum transfunduntur omnia iura de
functi,eſt,vel fuit inuenta, de iure ci-
uili:ſicq; in effectu & re ipſa Pau. de
Caſt.ibi tenet idem quod.ſ̃. retuli eũ
tenere in d.l.teſtandi. Sed reperio Io.
Bapt.de Sãcto Seue.in repeti. l. ſi qua
illuſtris,col.34.C.de Orphi.referentẽ
Bar.alibi.i.in d.rubr.velle, q; ſucceſsio
ab inteſtato,ſaltem inter collaterales,
142 eſt de iure ciuili.† Sed Barto.quem ci-
tat,aliò tendit,& generalius loquitur:
quia non refert ſe ad perſonas, ſed ad
ipſam hæreditatem. Sic ergo neq; id
Contra Io. Bapti. de Sã cto Seue. quod explicitè Bapti.dicit,neq; id qđ
præſupponit, eſt verũ, niſi intelligat,
vt in ſuperioribus dixi. Ad quod eſt vi
dendus Cor.in l.1.col.1.C.de hęre.in
ſti. vbi quoad effectũ tenet idẽ quod
prædixi tenere Bar.in di.l.interdũ, &
Pau.de Caſ.in locis ſuprà memoratis,
& declarat optimè prædictum Cano.
ius Quiritum, & vide eundem in l. ſi
teſtamentum.C. de teſtamen.ſ̃. alle-
Prædicta cõmunis opi. tenenda. ga. Et prædicta cõis opi.eſt tenenda &
amplectenda,quicquid Bar. velit in d.
l.ex hoc iure,col.2.& in l. qui à latro-
nibus,ff.de teſta.Pręmiſsis adde Ang.
conſi.88.incipient. præmitto primò,
poſt prin.& melius conſ. 126. incipiẽ.
teſtamenti factio,& Alex. conſi. 208.
incipien.perſpectis accuratè, vol.2. &
conſ.65.incip. Quoniam omne datũ,
col.3.vol.6.vbi idem volunt,aſtruen-
tes q; formæ teſtandi ſunt de iure ci-
uili, & ſic poſitiuo: ideoque poſſunt
augeri & minui:& poteſt eis derogari
per ſtatutum & conſuetudinẽ. Et ſe-
cundum hanc reſolutionẽ concilian-
tur multa iura prima inſpectione inui
cẽ pugnantia,& deciſiones Doct.quę
illis innitũtur.Et vltra præmiſſa id qđ
Bart.tenet(cui conſonat vt dixi cõis
opi.)in præfata l.interdum,probatur:
quia etiã ſecundũ vetus teſtamentũ
(vt Bar.ibi inquit, dũ dicit, vt legitur
in veteri teſtamento de antiquis pa-
tribus:ſed nihil allegat in ſpecie)defe
rebãtur hæreditates, vt patet Nu.27.
c.& Gene. 21. & trãſcribitur in cano.
dicat aliquis.32.quęſtio.4.&.c.non o-
mnis.& tangit gl.in l.quotiẽs, in prin.
ĵ.eo.cuius hiſtoria fuit per acc.deſum
pta ex cap.27.lib.pręfa. Gene.& apud
Dioge.Laër. de vitis Philoſophorum,
referuntur multa teſtamenta eorun-
dem Philoſophorum antiquiſsimo-
rum.Probatur etiam in l. cũ ratio na-
turalis,in prin.ff.de bo.damna. & in l.
fi.ibi,[& lex ipſa naturę ſucceſſores fa
ciãt.]quam.ſ̃.adduxi.C.quorũ bono-
rum,& in §.primum itaq;, ibi tanquã
hæc pars ſecundum naturam eis de-
beatur,in authen.de hęre.& fal. coll.
1.& notat Bal. in l.qui contra, ante fi.
C.de inceſtis nup.per eandẽ l.cùm ra
tio.Et licèt iſtę remiſsiones tractẽt ſo- Atten.
lummodo de ſucceſsionibus aſcendẽ
tium & deſcendentium inuicem: ta-
men quia ſucceſsio tranſuerſalium,
cùm procedat ex iure ſanguinis, & ſic
à vinculo naturali, præallegata poſ-
ſunt ad eam trahi: quanquam in iſta
ſucceſsione non vigeat ratio neceſsi-
tatis legalis obligatoriæ: quę tamen
in alijs ſucceſsionibus viget. Sed ad
prædictam conſiderationem de qua
tractamus, id eſt de fonte & origine
ſucceſsionis,quoad id inquam, vt in-
uentione cenſeatur eſſe de iure vel
ratione naturali, id eſt gentium,
idem dicendum eſt in ſucceſsioni-
bus tranſuerſaliũ ab inteſtato, quod
in alijs aſcendentiũ & deſcendentiũ.
Et



Antiquitates apud Ditem Cretẽ. relatæ circa ſucceſsionẽ teſtamentariam & apud Q.Cur. Et circa ſucceſſionem teſtamentariã
reperitur notabilis antiquitas apud
Ditem Cretenſem belli Troiani Cro
nograhũ Græcum,in prin.ipſius ope-
ris & alia apud Q.Curt.in hiſto.Alex.
Magni ante fi. vbi poſtquam dixerat,
quòd Alexander interrogatus cui vel
let regna ſua relinquere, reſpondit
optimo.Subijcit idem Cur.credidere
quidam teſtamento Alex.diſtributas
fuiſſe prouincias. Sic ergo atteſtatur
expeditè đ Alexãdri teſtamẽto, quãq̃
& aliâs ſat clarè patebat ex prædicta
interrogatione,& ſubſecuta reſpõſio-
ne ipſiuſmet Alex.vt per gl. in l.iube-
mus,ad fi.de teſta.de qua fuit.ſ̃.plenè
dictum. Crederem tamen (vt id obi-
ter dicam) q; eo ipſo, q; diſtinctio do-
miniorũ fuit per gẽtes adinuẽta, ſuc
ceſſiones etiã fuerint adinuentę:aliâs
dominia per ius gẽtium diſtincta (de
qua diſtinctione & ſeparatione habe
tur in prædicta l. ex hoc iure)iterũ cõ-
funderentur: niſi per ſucceſsiones
tranſirent in hæredes vniuerſales. Di
ſtinctio ſiquidem præfata dominiorũ
eſt de iure gentiũ ſecundario, de quo
loquitur eadẽ l. ex hoc iure, licèt ſub-
ſtantia ipſius dominij fuerit inuenta
de iure gentiũ primęuo.l.1.in prin.cũ
gl.ff.de acqui.rerum do.& tradit Pau.
de Caſt.in l.1.in prin.col.3. vbi etiam
Vincen.col.10. & ibidem tangit, etſi
non ita expeditè,Franciſ. de Ripa nu.
47.poſt Areti.Socin.& Iaſ.ſuper gloſ.
ibi referentem illam authoritatem.
Quicquid calcauerit pes tu⁹,tuũ erit.
Secũda pars cõcluſionis reſolutoriæ ac cõmunis. Secunda pars prædictæ concluſio-
nis reſolutoriæ, ſiue communis reſo-
lutionis(vt ad præmiſſa redeam) quæ
habet,quòd factio teſtamẽti ſiue hæ-
redis inſtitutio, ſiue etiã ſucceſsio in-
teſtati,quoad ſolennitatẽ & formam,
& modũ ſuccedendi, nec non quoad
approbationem primæuę inuentio-
nis earundẽ ſucceſsionum ſint de iu-
re ciuili, approbatur etiam per Doct. Communis.
omnes relatos.ſ̃.in diſcuſſione primę
partis iſtius cõcluſionis.Et per hãc ſe-
143 cundam partẽ iſtius reſolutionis † de
claratur lex.3.§.de illo, ff. pro ſo. vbi
ſucceſſio legitima,id eſt tranſuerſaliũ
dicitur iuſta, & ſic à iure ciuili indu-
cta,vt intelligatur approbatione,non
autem inuentione, per ea quæ.ſ̃. pro-
ximè tradita ſunt. Et ita omnia iura ci
uilia & canonica & gl.ac Doct. autho
ritates,quæ hinc inde videntur pugna-
re in hoc articulo conciliantur, & ad
eandem conſonantiam rediguntur.
Illud tamen ad prædictorum condi-
mentum non eſt in præſenti omittẽ-
144 dum,† q; licèt aditio hæreditatis,& cõ
ſequenter illius acquiſitio ſint inuen-
tæ de iure ciuili:tamẽ dominiũ quod
per aditionem acquiritur, eſt de iure
gentium ſecũdum Bal. in l. reſcripta,
col.vlti.verſi.ex prædictis apparet, C.
de preci.impe.offe. quẽ ſequitur Are.
in l.teſtamenti factio,col. pe. ff.de te-
ſta.ad fi. Videtur tamen id intelligen- Atten.
dũ prout intellexit Pau.de Caſt.ibidẽ
& in d.l.cùm hæredes,in prin. ff.de ac
qui.poſſ.videlicet qñ poſſeſsio rerum
hæreditariarũ etiã apprehẽſa per ip-
ſum hæredẽ, aliâs dñium quod aditio
ne quęritur ab hęrede, ante talem ap-
prehẽſionem poſſeſſ. videtur eſſe de
iure ciuili. Et hoc ſequitur Alex. cõſi.
2.col.6.vol.2.ita intelligens gl. in d l.
1.in prin.ff.de acqui.rerũ do. & Iaſ.in
l.gallus.§. & quid ſi tm̃,nu. 126. in le-
ctu.integra illius l.& Soci.cõſ.120. in-
ci.memini,col.4. & ita eſt verũ & te-
nendũ,quãquã Aret. in d.l. teſtamẽti
factio,& Alexan.ſibi ipſi cõtrarius te-
neant oppoſitum.Alex. inquam in d.
l.cũ hęredes,in prin. & non rectè: dũ
dicunt,quòd vtrunq; dominiũ quod
acquirit.i.ante aditionẽ,& poſtea eſt
de iure genti. Eſt etiam cauendum,
quòd Ludo.Gozadi.conſi.85. nume.
14.non

14.non bene allegat Pau. Alexã. neq;
Soci. in locis prædictis, quia allegat
eos indiſtinctè, cùm imò loquãtur cũ
diſtinctione quam proximè retuli.

Reſolutio vltimata in hoc arti. prædictę cõis cõclusionis cõplexiuæ ac reſolutoriæ.

Reſolutio ergo vltimata præfatæ
cõis concluſionis complexiuę ac reſo
lutoriæ eſt, ꝙ teſtamẽti factio & ſuc-
ceſſio ex eo ſiue hęredis inſtitutio ſeu
etiam ſucceſsio ab inteſtato inuentio
ne, ſeu introductione, ac ſubſtantia
ſunt de iure gẽtiũ, & ſic ratiõe natura
li introductæ. Sed tamen approbatio
ne ſeu confirmatione, & ſic quoad ef-
fectum & efficaciã ſequẽtem ſunt de
iure ciuili. Item eædem diſpoſitiones
ſunt etiam de iure ciuili conſideratis
effectibus ciuilibus reprę ſentationis
ac tranſlationis quorumcunq; iuriũ
hæreditariorum de defuncto in hære
dem, & alijs eiuſdem generis effecti-
bus. Item etiam quoad ſolennitatem 146
& modum ac formam accidentalem
teſtandi, nec non ſuccedendi, tam in-
uentione, ſeu introductione, quàm
approbatione, ſeu confirmatione,
ſunt de iure ciuili. Et ita intelligo ea
quæ tradit nouiſsimè Pau. Pariſius cõ
ſilio primo. num. 60. volumi. 2. vbi ci-
tans plures Doctores tenet abſolutè
& indiſtinctè, quòd ius ſuccedendi,
ſit de iure ciuili. Nam cùm dicit ius
ſuccedendi cautè loquitur: ſecus ſi di
xerat ſimpliciter ſucceſsio, quia illa
in quantum eſt facti eſt de iure gen-
tium. Sed quatenus eſt ipſum ius ſuc-
cedendi iuridicum omni reſpectu eſt
de iure ciuili, videlicet quoad effe-
ctus ciuiles, ex eodem iure ciuili re-
ſultantes.

Quid autem ſit in ſecundarijs inſti
tutionibus, id eſt ſubſtitutionibus, vi-
de tex. in l. 2. in prin. vbi Bar. 2. q. & Do.
cto. poſt illum. ff. de vulga. & pupi. ſ.
titu. primo. & Ange. de Aret. in inſtit.
de pupi. ſubſti. in prin. & Vdal. Zaſi. &
Lanze. Poli. in eorum tractatibus ſub
ſtitutionum in materia pupi. ſubſti.

Nonnulli effectus ex pmiſsis reſultantes.

Et hæc indagatio deſeruit primò ad
hoc (vt præmiſſorum aliqui effectus
145 pateſiant) † quòd cùm teſtamenti fa-
ctio inuentione ſeu introductione ſit
de iure gentiũ, vt eſt iam dictum, non
poteſt per principem, neq; per l. ſcri-
ptam neq; per ſtatutum tolli. Caſus
eſt in d. l. ſi teſtamentum, dũ decidit,
quòd teſtamentum validum princi-
pis reſcripto non poteſt tolli, & ita ſe
conſuluiſſe dicit Rapha. Fulgo. ibi in
ciuitate Triden. & ibidem poſt prin.
Iaſ. ſequitur, declarari tamen debet vt
per Corne. ibi notanter in hoc pũcto
loquentem: ſcilicet quòd Imperator
per ſuum reſcriptum non potuerit de
rogare teſtamento. & c. vi. eum omni
no ibidem. & eandem l. ſi teſtamentũ
commendat etiam Iaſ. in l. quominꝰ,
146 col. 3. ff. de flumi. † Poteſt tamen prin
ceps (prout quotidie facit) mutare, &
alterare qualitatem ſucceſsionis, & fa
ctionis teſtamenti reſpectu ſolennita
tum, & maneriei ſeu modi ſuccedẽdi:
cũ iſta (vt eſt ſæpe dictum) ſint de iure
ciuili, quæ per ipſum principem poſ-
ſunt abrogari alterari, mutari, & dero
gari ad ipſiꝰ libitũ. §. ſed & quod prin-
cipi placuit, inſti. de iure genti. & ci.
cum alijs. Et hac ratione innitũtur re
ſcripta quæ hiſce tẽporibus quotidie
à principe manãt, quibus conceditur
licẽtia & facultas poſſeſſori alienãdi
res alienari prohibitas, per primum di
ſponentẽ vel in vltima voluntate, vel
inter viuos (quas res vulgus appellãt
vinculatas) ꝑ ſubrogationẽ aliarũ re-
rũ ęquiualentiũ, reſeruata eadẽ volun
tate primi diſponentis circa ſubſtitu-
tionem fideicommiſſariam perſona-
rum gradatim & ſucceſsiuè ad earũ
ſucceſsionem per eundem vocatarũ.
Nam cùm eiuſmodi licentiæ emanẽt
aſsiduè cũ hoc tẽperamẽto, nõ mutatᷓ
ſubſtãtia volũtatis vltimę. i. teſtamẽti
vel



vel codi. vel inter viuos, talis diſpo-
nentis: ſed ſolummodo alteratur mo-
dus, vel qualitas ipſius accidentalis.
Vnde non eſt opus in talibus licentijs
apponere clauſulas ex certa ſcientia,
de plenitudine poteſtatis, motu pro-
prio. &c. cùm per eas (vt tetigi) nõ au-
fertur in totum dominium: ſed ſubro
gatur cambium. i. vt res ſubrogatę ma
neant intra vinculum loco talium re
rum alienatarum. Quo caſu extraor-
dinaria poteſtate (ſubſiſtẽte inquam
cauſa legitima) princeps poteſt id fa-
cere ex celebri ac famigerabili deci-
ſione Innocentij Canoniſtarũ primi-
pili, qui ſæpe in id varijs in locis ꝑ Do-
cto. citatur in cap. niſi cum pridẽ, col.
2. in prin. in glo. ſuper parte, Maliciã,
verſi. [& etiam ſi nollet.] iuncto verſi.
[ſecus autem dicendum] de renun.
& illud dictum cõmendat Roma. ſin-
gu. 194. & Panormi. in cap. 1. de cleri.
ęgro. & tradit in idem plures Docto-
rum authoritates Iaſ. in l. fi. C. ſi cõtra
ius vel aucto. pub. & in l. Barbariꝰ Phi
lippus, nu. 43. ff. de offi. præto. quẽ vi-
de paulò. ſ. à nu. 36. vbi citat alias Do-
ctorum deciſiones huic rei conferen-
tes, quę magis vrgent ad hanc rẽ, quia
deciſio Innocentij relata vel reſtricta
potius ad terminos in quibus loquitᷓ,
non tenetur per Abb. Et in hoc vidẽ-
L. partit.
da eſt l. 31. ad fi. tit. 18. 3. parti. vbi dici-
tur ꝙ princeps põt auferre dominiũ
alicui rei proprię ex cauſa publicæ vti
litatis dato cãbio vel pretio ipſi dño.
Et ſic diſponit idẽ quod iure cõi caue
batur, in l. item ſi verberatum, §. 1. ff.
de rei vendi. & in l. Lucius, ff. de eui-
147 ctio. † vnde illa l. partit. videtur in. 2.
parte originem duxiſſe iuncta deci-
ſione prædicta Innocen. in ſui inquã
generalitate, non in ſua ſpecie, vt. ſ. te-
tigi, dum dixi Abba. Panor. non tene-
re illã deciſionẽ in caſu in quo loquitᷓ.
Sed hîc eſt aduertendum, ꝙ d. l. itẽ
ſi verberatum, §. 1. dicit ſufficere, ꝙ
quando res ex cauſa publicę vtilitatis
aufertur per principẽ ab aliquo priua
to poſſeſſore, vt ibi, & in d. l. Lucius, de
tur ei gratia honoris modicũ: ſiue in-
telligamus gratia honoris. ſ. poſſeſſo-
ris, vt ibi vult gloſſella: ſiue gratia ho-
noris. ſ. ipſius principis iubentis eiuſ-
modi rem auferri à poſſeſſore priua-
to conſeruandi, prout intelligit Luc.
de Pe. in l. prædia, nu. 37. ad fin. C. de
loca. præd. ci. libro. 11. Et tamen Inno
cẽtius & l. partit. non contentantur
modico: ſed volunt, quòd illud quod
dandum eſt tali poſſeſſori, ſit æquiua-
lens vel quoad cambium, vel quoad
pretium. Nam Innocẽtius dicit, [Da-
to bono cambio. &c.] lex parti. prędi-
cta dicit, [Pero eſto deuen fazer en v-
na deſtas dos maneras: o dandole cã-
bio por ello primeramente. O com-
prando ſe lo, ſegun que valiere,] & ſic
iuſto & æquiualenti pretio: & antece
denter iuſto & æquiualenti cambio.
Nam præterquam quòd vox cam-
bium in dubio & quodãmodo com-
prehenſiuè deſignet ſignificanter pa
ritatem relatiuam inter res ſuper qui
Vox cãbiũ.
bus vel inter quas ſit cambiũ, & vltra
hoc id quod ibi dicitur de cãbio ſim-
pliciter, declaratur per ſequentẽ par-
tẽ alternatiuæ loquentem de pretio
iuſto: ex eo quod vulgo paſsim tradi-
148 tur, † Vnam alternatiuæ partem cla-
ram, alteram eiuſdem dubiam decla-
rare, vt probatur ex l. prima, in princi.
iuncto fine, ff. de rebus dub. quam Ro
manus commendat conſi. 231. incip.
præmiſſorum Doctorum concluſio-
nem, verſicu. ſecundo verò moueor,
vbi idem dicit in copulatiua habente
extrema, quorum alterum clarum,
alterum ſit dubium. Quod etiam ſe-
quitur commendans Soci. in eadẽ l. 1.
in prin. Ita in propoſito: nam (vt dixi)
licèt hæc vox cambium non deſig-
naret

naret æquiualentiam, quã tamẽ ſigni
ficat ſua natura (vt.ſ.etiã dixi) nihilo-
minus per vltima verba l.par.ſ. recita
ta,ibi,[O comprando ſe lo ſegun que
valiere]quæ eſt vltima pars alternati-
uæ,declararetur(ſi opus eſſet) illa vox
cambium ſimpliciter ibi prolata de
cambio æquiualente. Sed nõ eſt op⁹,
149 vt dixi.† Nam cambium etiam abſo-
lutè poſitum, nihil aliud ſignificat q̃
parilem æquiualentiam de vna re ad
aliam, capiendo cambiũ propriè pro
permutatione prout cõmuniter capi
tur,vt in ca.2.vbi id exponũt eiuſmo-
di And.de Iſer.& Alua.Quo tempore
miles,in vſi.feu. & probatur etiam ex
tex.cum gl.in c.vno.§. cùm autem, ſi
de inueſt.feu.contro.fue.facta, eo.lib.
& in c.vno,in prin.iuncta litera.infe-
riore,ibi,[eiuſdẽ ęſtimationis]cũ glo.
in tit. ſi vaſſa. de feu.ab aliquo fue.in-
terpella.lib.feudorum.Eſt nanq; pro-
priũ ac peculiare ipſi⁹ permutationis,
cõcernere extrema paria,ſiueęqualia,
& ad ea viciſſim & reciprocè referri,
vt apparet ex rub. C.&. ff. de rerũ per
mu.& in volumi. decreta. præſertim
in c.ad quæſtiones.2. & vlti. parte ip-
ſius,& præſupponit Barto. in deciſio-
ne quæſtionis notabilis ab eo motæ,
in l.Ariſto.verſi.quęro quid in alijs cõ
tractibus,ff.de dona. Quid igitur di-
cendum in propoſita dubitatione?Re
ſpondeo idem eſſe tenendum in hac
re quod dicunt Cyn.& Pet. in dicta l.
item ſi verberatum.§.1.quos Bald. ibi
refert,nam eorum commentarios nõ
vidi,dicunt enim illi, quòd verba il-
la, [Modico honoris gratia dato] de-
bent intelligi, quòd pretium quod
erat poſſeſſori dandum, erat æquiua-
lens ipſi rei quæ auferebatur ab ipſo
poſſeſſore, ſed vocatur ibi modicum,
quia ab eo inuito res extorquitur. ar-
gumen.l.nec quaſi.j. in eodem tit. de
rei vendi.volunt dicere illi Docto. q̧
cũ in illa re quę à poſſeſſore inuito au
fertur, cùm ſit ſpecies, non tantũ ca-
dit intereſſe ſingulare ęſtimabile,ſed
etiam inæſtimabile. ſ. affectionis, vt
quia res fuerat maiorũ, item & ſolius
ſimplicis volũtatis, etſi nõ fuiſſet ma-
iorũ, quod eſt etiam inæſtimabile, &
habetur in cõſideratione, quoad hoc
vt quis cenſeatur ſatis perdere in non
adimplendo voluntatem ſuam: ſicut
econtra dicatur lucrari in adimplen-
do illam(vt ſtatim dicam) & in illo te-
xtu (vt eſt dictũ) res petita auferatur
ab inuito poſſeſſore, & non ſit veriſi-
mile quenquam velle re propria care
re.l.cùm de indebito, in princi. verſi.
ſi verò ab initio.ff.de proba. & etiam
ſi ſibi detur pretium æquiualens dici
tur perdere,quia fit contra ipſius vo-
luntatem, vt.ſ.eſt dictum,& probatur
ex l.fina.ff.de vſu.& habi. quam Bart.
poſt Pet.adducit,in l.2. in princi. col.
3.verſicu.ſecundo oppo. ff. ſol. matri.
& in l.Pomponius.la.1.col.7. verſicu.
[Præterea qui vendit.]ff.de nego.ge-
ſtis.ad idem lex hactenus.§. vlti. cum
l.ſequen.ff.de vſufru. cũ pluribus alijs
concordan.ad hanc & præcedentem
theoricam adductis per Tiraquell. in
opere retractus,char.5.nume.25. Te-
nenda eſt ergo declaratio præfata il-
lorum Doctorum illuſtrium Petri &
Cyn.licèt Bald.nullo fundamẽto fre-
tus ab ea recedat dicens, literam illã.
[Honoris gratia modico ipſi poſſeſſo
ri dato] debere intelligi prout iacet.
Sed non aduertit quòd eſſet contra
præfatam deciſionem Innocentij à
nemine non approbatam, neque vi-
dit legem parti.quæ tranſcribit iſtum
textum: & tamen ſi non intelligere-
tur vt prædixi illos Docto. antiquos,
ac celebres declaraſe, ineuitabiliter
ei obſtaret, & illum corrigeret. Nam
verba vltima illius l.ſunt ea quę ſuprà
retuli,nume.147.

Tenendũ cũ Pet.& Cyn. contra Bal.

Conclu-



Atten.ad licentias quæ hodie paſsī emanant à principe ad alienandas res vinculatas quas vocant.

Concludo itaq; in præmiſſis(ad ea
redeundo) quòd ſupradictę licentiæ
quæ hodie per principem concedun-
tur,quũ cõcedantur pręhabita cogni 150
tione cauſæ iuſtę,quę,informatio per
teſtes,vulgo cognominatur: & cum
ſubrogatione cambij æquiualentis,
non cenſentur eſſe directò contra vo
luntatem teſtatoris,qui iniecit vincu
lum ſucceſſoribus non alienandi prę-
fatas res:& ſic tales licẽtiæ ſunt de po-
teſtate ordinaria:& conſequenter (vt
prædixi)non eſt opus in eis apponere
prædictas clauſulas exorbitantes. ſ.de
plenitudine poteſtatis, ſcientia certa,
& motu proprio. Præſertim quia cer-
ta ſcientia apparet ex præambula cau
ſæ cognitione: nam priuſquam prin-
ceps concedat eam licentiam, reſcri-
bit iudici ordinario ipſius ſupplican-
tis in cuius territorio tales res ſunt ſi-
tæ, vt recipiat informationem per te-
ſtes iuratos,quæ eſt ipſa cauſæ cogni-
tio, vt dixi,ſuper illarum rerum vincu
latarum alienatione,quę fieri intendi
tur:& iudex recipit, & mittit eam ad
principem,& inſuper reſcribit princi-
pi id quod ſibi circa eam videtur:quia
de ſtylo communi ſibi id iniungitur,
& præcipitur per principem vt faciat.
Inſuper per tales licentias non aufer-
tur dominium quæſitum talium re-
rum domino inuito,imò volenti, qui
eam licentiam vendendi tales res im
petrat. Reſpectu autem ſequentium
in gradu vocatorum tale dominium
nondum eſt quæſitum, ſed quæren-
dum,circa quod facilius diſpenſatur,
hoc eſt quoad tranſlationem ipſius
impediendam iuxta communem al-
legationem,quæ fieri ſolet de l.patre
furioſo,in princi.ff. de his qui ſunt ſui
vel alie.iuris, & quod notat Barto. &
Doctores poſt eum, in l. gallus, §. &
quid ſi tantum,colum.penul.in verſi.
ex quo nota.cum ſequentibus, & ſigil
latim Pau.de Caſt.ibi, col.etiam pen.
volentes iſto caſu, id eſt quando do-
minium nondum eſt quæſitum, ſed
ſperatur quęri,† & ſic agitur de ipſius
acquiſitione impedienda, ſufficere ſo
lam principis voluntatem: & idẽ ſpe-
ciatim ſequuntur Alexan.ibi,colum.
penul.& Areti.col.15.& Bartholo.So
ci.num.23.& Iaſ.nume.96.&.122.&
Clau.col. fi.& Alber.Bru. conſ.1.col.
7.verſicu.tamen illud. Qui omnes,et
ſi loquantur in materia legitimatio-
nis,tamen nituntur prædicta ratione
ſcilicet iuris quęrendi,quę adaptatur
appoſitè ad rem noſtram. Et idem,
generalius tamen,tenet Bal.in l.2.ver
ſicu.ſed contra prædicta.C.de iuris &
facti ignoran. dicens, quòd princeps
poteſt auferre ius acquirendi, etiam
ſine cauſa, præſertim quando tale ius
vel modus acquirendi eſt de iure ciui
li,vt eſt in caſu quo de agimus.i.in ſuc
ceſſione ex vltima volũtate: & ſequi-
tur Feli.in cap.quæ in eccleſiarũ, col,
14.verſicu.primus caſus,de conſti.ma
ximè(vt eſt ſæpe dictũ) quòd eiuſmo-
di licentiæ expediuntur cum ſubro-
gatione cambij, quod quidem cam-
bium (vt eſt prædictum) debet ſubin-
gredi vinculum,quo res ſubiecta reſti
tutioni quæ alienatur erat ſuppoſita,
& irretita,& debet manere ſub eodẽ,
prout in ſimilibus licentijs ordinariè
cauetur,quibus præcipitur, vt pretiũ
redigendum ex venditione rerum e-
iuſmodi deponatur apud idoneã per
ſonam authoritate iudicis ordi. & q̧
intra certum tempus,ex eadem pecu
nia ſic depoſita ematur aliqua res im-
mobilis, & illa ſubrogetur vice cam-
bij,loco rerum vẽditarum, & recidat
ſub eodem nexu vel vinculo cui res
vẽditæ erant primò obnoxiæ & aſtri-
ctæ,vt eſt prædictum.

Attẽ.aduertenter.

Deſeruit ſecundò (vt ad præmiſſa
redeam.) inueſtigatio præfata ad id

Secundus effectus.

G quod

quod Bart. tenet in eadẽ l. interdum,
loco.ſ.citato,videlicet quòd cùm mi
liti ſit remiſſa ſolennitas iure ciuili in
teſtamenti confectione requiſita.l.1.
§.cùm in notitiam,ff.de mili.teſta. cõ
151 ſequitur † q; miles teſtando ſecũdum
ius gentium:& ſic vtendo iure priui-
legiato, & prætermiſſa prædicta iuris
ciuilis ſolennitate, poteſt inſtituere
deportatum,cùm ſit capax hæredita-
tis ex teſtamento confecto de iure gẽ
tium.l.neq; enim.§.ſi deportatus, eo.
titu.de mili. teſta.regulariter ſecus a-
liâs.l.1.C.de hære.inſtit. & hoc tangit
Alex.in rub.de acqui.hære.col.1.ver-
ſicu.ſed contra. Et quanuis ipſe ibi in
hac re ſubſiſtat,tamen id quod prædi
xi indubitatè videtur per ſupradicta
procedere.

Deſeruit & tertiò prædicta inueſti-
gatio ad hoc, quòd licèt deportatus
retineat ea quę ſunt iuris gentium,vt
in l.ſi tibi mãdauero,§. is cuius bona,
ff. man. cum alijs: nihilominus ta-
men non poterit teſtari.l. eius qui in
princi.ff.de teſta. eo quòd non poteſt
adhibere ſolennitates quæ ſunt de iu
re ciuili,ſine quibus teſtamentum eſt
inualidum,ſecundum Iaſ.in di.l. ſi te-
ſtamentum,C.de teſta. ante finẽ, vbi
in idem refert etiam Canoniſtas in
rubri.extra de teſta.

Hinc corollariè inferri poteſt, q; cũ
in teſtamento inter liberos non ſit ne
ceſſaria ſolennitas iuris ciuilis, ſed ſo-
lum conſideretur ius gentium.l. hac
conſultiſsima, §. ex imperfecto, C.de
teſta.& teſtamenti factio (vt eſt ſæpe
dictum) abſtructa à ſolennitatibus iu-
ris ciuilis,ſit etiã de iure gentiũ ſeu na
152 turali† ſecundariò, deportatus cenſe-
retur eſſe habilis ad teſtandum inter
liberos de bonis inq̃ ex contractibus
iuris gentium poſt deportationẽ quæ
ſitis,iuxta tex.in l.ſi tibi mandauero,§.
is cuius bona,ff.man. Nã bona antea
quæſita amittit per confiſcationẽ le-
galem.l.deportatorum. C. de pœnis.
idemq́; penè dici poſſet in teſtamẽto
ad pias cauſas,quod etiam ſolo iure gẽ
tium nititur,vt in c.cùm eſſes, & in c.
relatum.1.extra de teſta.quæ iura ſer-
uantur etiam in foro ciuili, vt tradũt
glo.& Doct.ibi. Et hanc eſſe veritatẽ
atteſtatur Iaſ. in l.1. lectura.2. nu. 28.
C.de ſacroſan.eccle.poſt Barto.ibi,co
lum.1. commentarij eiuſdem l. ordi-
narij,dicẽtem,quòd prædicta iura ca-
nonica ſeruantur vbiq;.& idem tenet
Salice.ibi col.13.& Areti.colũ.pen.in
verſic. ſed de iure canonico, allegans
eaſdem decreta. & in hoc puncto nõ
oportet hæſitare.Sed tamen in prędi
cto puncto principali,vbi agitur de fa
ctione teſtamẽti actiua deportati ad
cauſas pias,Bal.in repeti.eiuſdem.l.1.
col.3.verſi.tertiò quæro. & in lectura
col.3.in prin.tenet oppoſitum, id eſt
quòd imò teſtamentum deportati, e-
tiam ad pias conditum cauſas,non va
let,duplici motiuo: quorum vnũ po-
nit in vno loco eiuſdem l. & aliud in
alio itidem ipſiuſmet,licèt vtrobique
ex alia parte, id eſt aduerſa adducat
eundem §. is cuius bona, in ratione
ſui,vt ſuprà eum citauimus.& eũdem
Bald. ſequitur ibi Franciſ.Areti.colũ.
2.ad finem, quod etiam eſt de inten-
tione communi Doctorũ tenẽtium
lecturam gloſ.ibi,volentis quòd per l.
illam primã.C.de ſacroſan.eccle.non
habilitantur perſonæ aliâs inhabiles
ad teſtandum, vt poſsint eiuſdẽ l.præ-
textu ad pias cauſas teſtari. Qui eſt (Coís omniũ intell. excepto Bart. eſt cum gloſ. 1. C. de ſacroſan.eccle.ad illam l.)
omnium ferè cõis intellect⁹ excepto
Barto.quem cæteri improbant.Con-
cludẽdum itaq;,primã illationẽ.ſ. po-
ſitam in hoc verſ. de patre deportato
inter liberos teſtante eſſe dubiam,in
qua eſſet amplius deliberandum:pro
nunc tamen inclino in partem ne-
gatiuã .i.quòd pater deportatus inter
libe-



liberos prout neq; inter exteros teſta-
ri minimè valet, cùm ſit funditus ad
teſtandum inhabilis.In ſecunda verò
illatione de deportato ad pias cauſas
teſtante,non audeo diſcedere à Bald.
quatenus tenet partem negatiuam
in loco.ſ.citato:ſcilicet q; deportatus
non valet condere vltimam volunta
tem etiam ad pias cauſas, per motiua
ſatis ſtringentia: ideoq́; in puncto iu-
ris eã potius crederem eſſe ſequendã,
quàm opinionem contrariam Bar.&
aſſeclarũ:quanuis illa ob authorũ mul
titudinem ſeruaretur in practica. Sed
meminiſſe oporteret text. vulgaris &
ſi aliâs celebris in l.prima, §. ſed q̃a.C.
de vete. iu. enucle. & eius quod per
illum dicunt Io.And.& Panor.ac cæ-
teri poſt eos,in c.1.de conſt.

(Quartus effectus.) Deſeruit quartò & vltimò præfata
ſpeculatio ad vnum nota. ac ſingula-
re,quod inferẽs ex præmiſſis quę pau-
lò antea ibi tradiderat, ponit Philip.
Corne.in d.l.ſi teſtamentum, verſic.
& attentis prædictis, dicens eſſe me-
morabile vtpote ſecundum eum, vl-
tra Docto.ibi enim dicit,quòd per re-
ſcriptum principis poteſt tolli teſta-
mẽtum quoad effectus ciuiles. Nam
etſi tale reſcriptũ cũ clauſula nõ obſt.
etiã ſine cauſa emanans,impugnet te
ſtamentũ ſcd̃m ſolennitates iuris ciui
lis confectum: non tamen tollat ſub-
ſtantiam teſtamenti quoad ea quæ
ſunt de iure gentium: & ſic capiens
bona hæreditaria quæ fuerunt in do-
minio defuncti, quærit ipſum domi-
nium talium bonorum: cùm talis ac-
quiſitio videatur eſſe de iure gentiũ,
argumento legis traditionibus,C. de
pactis.Tamen tollit teſtamentum ad
eum finem,vt ſola aditione non quæ-
ratur dominium, vult dicere, id eſt
abſque actuali & reali apprehenſio-
ne.Item & ad eum finem vt actiones
ſaltem paſſiuæ non tranſeant contra
hæredem ſcriptum:item & vt ipſe hę
res non reprę ſentet vniuerſaliter per-
ſonam defuncti, qui omnes ſunt effe-
ctus ciuiles. vide ibi & delibera, quia
iſta dicta indigent elimatione: quæ
tamen ad præſens non proſequor,
ne nimiũ videar extrauagari, & à ma-
teria propoſita diggredi.
153 Rurſus dubitatur,† qualiter ac qui
bus verbis fiat hæredis vniuerſalis in-
ſtitutio. Ad hoc reſpondeo breuiter,
eam fieri poſſe per quæcunque verba
ad teſtatoris voluntatem enuntian-
dam ſeu propalandam apta. l. quoniã
indignum ibi,[vel in quolibet loquẽ-
di genere formata inſtitutio valeat:ſi
modò per eam liquebit voluntatis in
tentio.] Ex cuius literæ generalitate,
dicit notanter Ludo.Roma.reputans
text.illum ſingu. conſilio. 179. quòd
per quæuis verba,etiam legatum im-
portantia, poteſt teſtator diſponere
quòd importetur inſtitutio: & ſic eſt
bonus text.pro gloſ. ordina.in l. quo-
ties,gloſ.prima.C.fa. hærede dicente,
quòd ſi pater inter filios ſuos vel emã
cipatos in voluntate vltima diuiſit
bona ſua aſſignando eorum cuilibet
certam portionem quotam, vel etiam
rem certam,pro eodem eſt ac ſi dixiſ-
ſet, eos hæredes inſtituo: quia non o-
mnis teſtator ſcit dicere, hæredem in
ſtituo. Vult igitur gloſ. illa ſingula.
quòd verbum aſsigno importat idem
quod verbum relinquo: ſicq́; eſt ver-
bum commune, ad quod eam gloſ.
commendat Ioan.de Imo.in l.prima,
§.ſi ex fundo,prima repe.colum. vlti.
ĩ.iſto eodem titu.& licèt idem Imo.in
eadem repeti.col.19.ante med. in eo
quod gloſ. illa dicit de aſsignatione
quæ fit in re certa,eam reprehendat:
tamen illam ſaluat Alexan. Imo.in di-
uiſione totali vel vniuerſali, quæ fie-
ret per patrem de hęreditate ſiue per
deſignationem partium, ſiue rerum

cer-

certarum,ſiue vtrarumq; , id eſt quotarum & rerum certarum, in l. nam quod,§. non omnis.ỹ. ad Treb. improbans Io. de Imo. vbi.ſ. ob id ꝗ receſſit ab hac eadem ſaluatione gl. poſtquã eandem ibidem prius eã recitauerat: quæ tamen eſt vera ſecundũ eũdem Alex. pro qua expédi poteſt tex. optimus in l. ſi eo tit. C. fa. Her. & in l. 7. titu. 1. par. 6. ibi dum dicit, [Partieſſe lo ſu yo entrellos] Et per eandem l. quoniam indignum, iuncta prædicta nota Ludo. Ro. nec non coniuncta glo. in d. l. quoties, poteſt in dubium vocari, an ſi teſtator dicat ſe meliorare filium in ſua legitima, cenſeatur eum in eadem inſtituere? & conſequenter an videatur ſatisfacere iuri communi authenticorũ requirenti pro ſolẽnitate formali extrinſeca teſtamenti paterni filio relinqui legitimã iure vniuerſalis inſtitutiõis, quaſi ſatis dicatur inſtitutus per alia verba æquipollentia ipſi inſtitutioni, vt ſunt, relinquo, aſſigno, deputo, attribuo, & conſimilia. Et quo ad verbũ melioro, de quo dubium. ſ. proximè motum loquitur, dicam poſt modum quod ſentio. (Vt. infrà. nu. 154.) Sed tamen in alijs verbis communibus non videtur recedendum ab opini. Alex. loco. ſ. relato, quæ habet, ꝗ verba cõmunia per quæ pater bona ſua vniuerſa relinqt filio, vt ſunt, relinquo aſſigno, & ſimilia, operatur, vt tale relictũ vel aſſignatio habeat vim inſtitutionis: ſecus ſi ad rem, vel res certas referantur: niſi fieret (vt eſt dictum) p modum diuiſionis totalis, ſeu vniuerſalis. i. totius patrimonij. Tunc. n. ſufficit aſſignationẽ fieri non ſolum per quotas partes, ſed etiã per res certas, vt. ſ. retuli Alex. tenere. (Cõ.) Quam opi. in loco ſuperi⁹ citato ipſe dicit communem, ac tutiorem poſt Ludo. Rom. Limitat tamen iſtud ſecundum membrum tripliciter, vt ibi per eum: eſtq; expendendũ ꝗ ipſe Alex. & Doct. ab eo in hanc rẽ citati, loquuntur in verbis cõmunibus, & alijs verbis eiſdem æquipollentibus. In verbis autem ſua pte natura & propriè importantibus legatũ particulare ſeu fideicõmiſſum ſpeciale, nemo ambigit (quin potius omnes de hac re diſſerentes habent pro cõſtanti & expedito) ꝗ nõ trahũtur ad inſtitutionem, neque in extraneis, neq; in filijs. Tex. eſt celebris ĩ l. cogi. §. & generaliter, eo tit. ad Treb. vbi ſignanter probatur ꝗ particulare fideicõmiſſum nõ trahitur ad vniuerſale, etiam ſi de fideicõmiſſo vniuerſali in teſtamento aliter non fuerit prouiſum: licèt aliud ſit in inſtitutiõe rei particularis. l. 1. §. Si ex fundo. ỹ. iſto tit. Modò ita eſt, ꝗ ſi particulare fideicommiſſum, non trahitur ad vniuerſale, ergo à fortiori nõ trahetur ad inſtitutionem directam, cui tale cõmiſſum particulare eſt longè diſſimilius, ꝗ̃ fideicommiſſo vniuerſali, vt ex ſe liquet: eſtq; expeditiſsimum, & extra omnem controuerſiã. (Adaptatio.) Et ex conſequẽti, illud quod notat Ludo. Ro. in pręal legato conſilio, dum extendit d. legẽ quoniam indignum, ponderans prædicta verba [vel in alio loquendi genere. &c.] vt. ſ. retuli quo ad filios in quã, vel nõ procedit, vel procedit de iure. (Attẽ. aduertenter.) C. ſcđm qđ non requirebatur pro forma & ſolẽnitate teſtamẽti, ꝗ filio p patrẽ relinqui deberet legitima tit. vniuerſali inſtitutionis. l. oĩmodo. C. de inoffi. teſta. prout hodie iure nouo authẽticorũ requirit, neq; ſufficit ſibi relinqui quolibet alio relicti tit. vt in. §. Aliud quoq; capitulũ in authentico, vt cũ de appe. cognoſ. colla. 8. cui formę ac ſolennitati teſtator vllomodo nequit expreſsim, neq; ſilẽter derogare, aut renuntiare. l. nemo poteſt. ỹ. de leg. 1. l. codicillus. §. fi. ỹ. de leg. 2. cum concor. Aliàs non poſſet verificari diſpoſitio



ſpoſitio formę inductiua, de qua in d. §. Aliud quoq; capitulũ, vbi (prout dixi) diſponitur legitimã hodie per patrem filio debere neceſſariò relinqui iure & tit. vniuerſalis inſtitutionis honorabili: & nõ ſufficit eã illi relinquere quouis alio relicti tit. & conſequenter in eo quod ſuperius tetigi de verbo melioro, (Redit ad verbũ Melioro.)
154 dicendũ eſt,† ꝗ non ſufficiat dicere melioro filium in ſua legitima. Quia eiuſmodi verbũ ſuapte natura eſt particulare: ideoq; talis locutio, melioro filium in legitima, cũ nõ poſsit adaptari niſi ad ſimplicẽ & particularẽ bonorum quotam. ſ. tertium vel quintũ: & ſic ad legatum particulare, non eſſet apta ad inſtitutionẽ ex vſu cõi, & appropriato loquendi. (Obex cũ reſponſione.) Et ſi fortè quiſquã diceret, ꝗ imò ſufficeret ita relinquere legitimam: quia tale verbum melioro reſpicit, & qualificat legitimã, vt in ſimili Alexã. inquit in d. l. non omnis. §. fi. Nihilominus tamen reſpondendo dico, ꝗ nõ ſufficit, vt prædixi: quia Alex. loquitur in verbo communi: ſed cũ dicitur, Melioro in legitima, cùm ſit quota pars bonorum (quanuis nõ ſimpliciter & abſolutè) remanet legatũ particulare. Imò etſi legitima eſſet, vel cenſeretur eſſe quota pars hæreditatis, prout cẽſetur quoad quædam, de quibus per Alexã. in l. quia poterat, eo. tit. ad Treb. idem eſſet dicendum. Nam Doct. per eundem Alex. relati, in rubri. de lega. 1. & ipſemet ibidem tractant de verbo lego relato ad bonorũ vniuerſitatẽ, & (Cõis, licèt Alex. cõtra.)
155 tenent communiter nõ ſufficere† vti verbo illo particulari, lego, vel ſimili, prout eſt melioro artẽtis ll. fo. & Tau. ad inducendam inſtitutionem, etiam ſi adijciatur vniuerſitati bonorũ, vel ad quotam vniuerſitatis vel hæreditatis: quanq̃ Alexã. eis contradicat. Sed nullus dubitat, qñ verbum, lego, refertur ad rem certam, vel quantitatem, vel ad quotam bonorum, quæ eſt res certa. l. cùm autem pars bonorum, cũ §. vlti. l. præcedẽ. de lega. 2. prima charta illius titu. prout eſt legitima. J. Papi. §. quoniam autem quarta, ff. de inoffi. teſta. (licèt non abſolutè vt prædixi) quin talis diſpoſitio cenſeatur particularis, vel legatum particulare. Quã obrem crederem, non ſolùm in deciſiuis, ſed etiam in puncto iuris, talẽ diſpoſitionem, melioro filium in ſua legitima eſſe nullam, ne dicam ineptã. (Reſolutio in illo puncto vel dubio, qñ verbum melioro aptatũ ad legitimam.) Quia relinquitur titulo particulari, non vniuerſali inſtitutionis, prout eſt relinquenda iure nouo, vt dixi.

Prædicta autem indubiè procedũt, quando pater teſtaretur inter liberos iure cõi, & illius ſolennitatibus ſeruatis: quo caſu procedit quod eſt iam dictum. ſ. quòd teneatur relinquere filijs legitimam iure & titu. vniuerſalis inſtitutionis. (Atten. notãdum tẽperamentũ ſi pro cederet.) Quid autem vbi teſtaretur cum duobus teſtibus: & ſic min⁹ ſolenniter, & de iure gentium videnda eſt gloſ. in authen. nouiſsima. C. de inoffi. teſtamen. & quod ibidem in eius defenſatione tradit Iaſ. contra cõmunem à nu. 17. vſq; ad. 23. excluſiuè ex cuius dictis ſecundum eum, (id eſt vt ipſe opinatur) apparet opinionem illius glo. tenendam eſſe contra communem, vtpote veriſsimã prout ipſe aſtruit. Quatenus gloſ. tenet, ꝗ qñ pater teſtatur minus ſolenniter inter liberos, non tenetur eiſdem relinquere legitimam titu. vniuerſalis inſtitutionis: ſed ſufficit eã relinquere quoquo relicti titu. Sed licèt fundamenta Iaſonis ſint ſatis colorata, quia tamen eis reſpondet Franciſ. Curt. Iunior in prædicto. §. ex imperfecto, nume. 14. & communis ferè omnium authorũ, ſit contra gloſ. non auderem eam tenere in deciſiuis: (Cõis tenenda cõtra gl. & Iaſ.) quãquam optaſſem reſponſiones Curtij ad motiua Iaſonis eſſe efficaciores: quia reuera fragi-

les ſunt,ſed illæ ſufficiunt, cũ in præſi-
dium tendant cõmunis ſentẽtię. Tan
tũ illa authoritatis hodie obtinet,etiã
Redit ad deſcriptionem inſtitutionis vniuerſalis.
ſi minꝰ bene fuerit fulcita. Rurſus ad
præfatæ deſcriptionis cõprobationẽ
declaratoriã regrediẽdo,operę pretiũ
erit memoriæ mandare, quòd inſtitu
tio poteſt fieri etiam imperſonaliter
quoad ipſum teſtatorem, item & per
tria verba, vtputà, Lucius hæres eſto.
Nam quãuis non exprimatur prono-
men mihi,quod eſt primę perſonę:ta
men illud ſubauditur in hęredis inſti
tutione, vt probatur ex l.1.in prĩ. ver-
ſiculo qui neq; j̃.iſto tit.
156 † Ex quo vltra Doct. põt ſignanter e-
lici, ꝙ etſi aliâs ĩ generali ſermone nõ
comprehendatur perſona loquentis.
l.inquiſitio,C.de ſol. Item etſi aliâs e-
tiam in diſpoſitione non ſubintelliga
tur perſona,niſi exprimatur. l.ſi ita ſti
pulatus fuero,ſi Titius,§.Griſogonus.
ad fi.ff.de verb.obliga.vbi notat Bar.
ac reliqui omnes poſt eum:tamen be
ne ſubintelligitur perſona ipſiꝰ diſpo-
157 nentis, † vbicunq; tractatur de validi
tate vltimę diſpoſitionis, pręſertim v-
niuerſalis,ex qua pẽdet totum robur
& pondus ipſius teſtamenti in cuiuſ-
quidem cõſeruatione,tuitione, ac va
liditate,fauor publicæ vtilitatis verti-
tur.Glo.ordina. omnibus paſſim ob-
uia in l.Gallus,§.quid ſi is.s̃.de libe. &
poſthu.pro qua eſt textus apertus in
l.vel negare.j̃. quemadmo.teſta . ape.
vbi ad verbum dicitur, [ Publicè ete-
nim intereſt ( aliâs expedit ) ſuprema
hominum iudicia exitũ habere. ] Ad
idem facit.l.2. vbi idem ex eadem no
tat Bald.C.vt in poſſe.lega. Compro-
158 batur hoc, † nam ſi præſumptio vali-
ditatis,ſiue valoris cuiuſcunque actus
vel diſpoſitionis, regulariter habetur
in conſideratione.l quoties.j̃. de rebꝰ
dub.l.quoties.ff.de verbo.oblig.adeò
vt inquit Deci.ſignanter in l. In teſta
mento.la primera. C.de teſta.mil.ver
ſicu.& iſta cõcluſio ꝙ illa præſumptio
validitatis actus præponderat alijs prę
ſumptionibus:quanquam in præſen-
ti hoc non pono pro conſtanti, cùm
non deſint qui oppoſitum velint.
Quanto ergo magis,quando talis præ
ſumptio eſt coniuncta cum validita-
te actus diſpoſitionis vniuerſalis, de-
bet conſiderari vel haberi in conſide-
ratione, præſertim quod præfata re-
gula elicita ex dicto.§.Griſogonus, &
159 iuribus ſimilibus, † quæ habet, quòd
in actu non ſubintelligitur extrinſe-
cus perſona,niſi exprimatur, declara-
tur ibi per Iaſ. vltimo notabili quan-
do ex tali ſubintellectu vel ſubintelli
gentia actus vitiaretur : ſecus ſi rema-
neret validus , vt ibidem ipſe tradit
(quod pro nunc non examino) à for-
tiori ergo ſi valere non poſſet abſque
eiuſmodi ſubintellectu, prout eſt in
caſu nr̃o , prę maximè(vt dixi)cũ aga-
tur de ſuſtinenda voluntate vltima
totali. Quòd autem niſi in tali inſtitu-
tione ſubintelligeretur dictio , mihi,
& ſic perſona diſponentis,prædicta in
ſtitutio truncata ( Lucius hæres eſto)
eſſet irrita,patet:quia diſpoſitio rema
neret omnino incerta, & vt ſit certa
ſubauditur perſona teſtantis:cùm nõ
poſſit vllatenus ſubintelligi alia per-
ſona præter ipſum diſponentẽ. Quòd
160 apertè oſtenditur, † nam ſi teſtator nõ
poteſt pro ſe teſtari de rebus alienis,
vt in authenti. ingreſſi , ad finem . C.
de ſacroſan.eccle.s̃. adducto,à fortio-
ri multoque minus poterit pro alio
teſtari de rebus illiuſmet l. 2 .in prin.j̃.
titu.primo.& in princip.inſtitu.de pu
pi. ſubſtitutione, vtrobique ſumpta
conſequentia ab ſpeciali,id eſt à diſpẽ
ſatione quam lex indulget patrifami.
quatenus poſsit pro filio de rebus pro
prijs filij vniuerſaliter teſtari : conſe-
quenter ergo in cæteris perſonis di-
uerſum



uerſum eſſe:igitur (vt dixi) in præfata
inſtitutione mutila & decurtata , de-
bet ſubintelligi neceſſariò diſponen-
tis inſtitutio, ob rerum propriarũ cõ-
ſiderationem:nec mirum ſi ad ſuſtinẽ
dam prædictam inſtitutionẽ vniuer-
ſalem,ex qua(vt dixi)pẽdet robur , ac
pondus cauſæ teſtati , ſubintelligitur
perſona diſponentis ſeu inſtituentis.
161 Nã & aliâs in ſimili videmus , † quòd
etiam ad ſuſtinendam particularem
diſpoſitionem legati , ſubintelligitur
perſona grauata. Tex. eſt in l.ſi ſeruus
legatus,§.qui margaritam.j̃.de lega.1.
in verſic.[non autem, ] vbi probatur,
ꝙ imperſonalitas ex parte perſonæ
grauatæ non vitiat vltimam volunta
tem,quod habet ibi pro notabi. Bald.
& in l.fi.§.vlti.ff.ſi cert.peta. & idẽ di-
cit illum text. ad idem non eſſe alibi,
in authen.ſi quãdo.C. de conſti . pec.
& in marga.in parte,teſtamẽtũ.4. red
dens rationem:quia grauamen refer-
tur ad hæredem vniuerſalem.Sed cer
tè hæc allegatio & nota Bald . ex illo
text . eſt nimis generalis, & debuit
ſtrictius notari eo quem prædixi mo-
do,quòd imperſonalitas in vltima vo
luntate ex parte perſonæ grauatæ , id
eſt obligandæ ex tali vltima volunta
te , ipſam non vitiat , niſi ibi addatur,
particularem . Ad idem bonus text.
vbi eum Barto . & Pau . de Caſt . in id
notant in l.peto,in princip.j̃.de legat.
2.& vi.quod per text . in d. verſiculo.
Ad idem.
[non autem] not.Bald.in l.vna,col.fi.
C.vt act.ab hære.& contra hære. Cu-
ius tamen contrarium tenet Soci.vbi
omnino videatur in l.Paulꝰ.2.in prin.
titu.j̃.de reb.dub.ſecundo notabili.
Si enim(vt ad rem propoſitam regre-
diar ) ad ſuſtinendam diſpoſitionem
vltimam particularem, id eſt legati ꝑ-
ſona, quæ eſt ſubiectum obligationis
paſsiuæ,ideſt ipſe hæres ſubintelligi-
tur,quanto fortius ſubintelligi debet
perſona agens vel efficiens,id eſt ipſe
diſponens,vel teſtator,ſine quo nõ tã
tum diſpoſitio principalis non poteſt
cõſiſtere,verùm neq; ad eſſe deduci.
Non obſtat tex.in d.authen. ſi quan-
do,verſiculo penul.vbi per verba illa,
ſatisfiet tibi, ꝓmiſſio redditur imper-
ſonalis & irrita. Nam reſpondetur vt
per Bal.poſt antiquos Doct. Iacob. &
Cy.in l.1.in prin. ver.qui neq;.j̃. eo .s̃.
allega.videlicet,ꝙ lex magis fauet di-
ſpoſitioni teſtatoris , q̃ indebitæ obli-
gationis extẽſioni. Vel ſolue aliter,vt
ꝑ Bart.& Ioan.de Imol.ibi.& in iſtum
ſenſum voluit gloſ.allegare illum tex.
in d. verſiculo qui neq;, in l. quod au-
tem in ſtipulatione,ff.de iure dot.vbi
loquitur de incertitudine perſonæ
electæ reſpectu dignitatis vel officij,
vt non noceat electioni. Veluti ſi Ca
nonici congregati ad eligendũ Epi-
ſcopum, dicant eligimus illum , licèt
non dicant in Epiſcopum , valet ele-
ctio . Quæ declarationes ſunt notan- Atten.
dæ ad prædictum verſicu . qui neque,
vltra Barto.& Doctores ibi. Sicque ex
eodem text. notant ibi Docto . quòd
teſtamentũ ad hoc vt ſit proprium &
verum teſtamentum, non requirit in
eius confectione, niſi tria verba, non
vltra , & illis perficit. Quinimo ſolis
duobus verbis, vt patet in verſicu . ſi
autem,eiuſdem l. primæ , & in verſic.
Item diuus , hoc eſt ſecundum Bald.
ibi duabus dictionibus, quarum vna
ſignificet perſonam,alia actum, vtpu-
ta Lucius hæres , vel Lucius eſto , &
tam in caſu nominatiuo , vt in dictis
exemplis, q̃ in accuſatiuo, vt Lucium
hæredem,vel Lucium facio. Nam li-
cèt omnes orationes ſint imperfectæ
quoad verba : ſunt tamen perfectæ
quoad ſenſum : quia ſubauditur ver-
bum principale, & neceſſarium ad
actus perfectionem : quia dum dici-
tur hæres eſto , ſubauditur verbum

directum,hæres:& dũ dicitur,Lucius
hæres,ſubauditur,eſto. Quod eſt etiã
verbum directum & ſubſtantificum:
nam verbum,ſum, es, eſt, eſt verbum
ſubſtantiuum,effectiuum ; id eſt ſub-
ſtantiam rei perfectiſsimè includens:
neq; eſt aliud verbum in mundo ita
ſubſtantificum, verba ſunt Bald. in
ſuo celebri,ne dicam ſtupendo conſi
lio Schiſma.11.colum.ad medium po
ſito poſt rubri.C.ſi quis aliq. teſta.pro
hi.vel coëge.& facit gloſ. in ſimili. in
l.verbis ciuilibus j̃. de vulga. & pupi.
quam idem Bald.adducit in eadem l.
prima,in princip.j̃.eodem, ex qua lite
ra notat etiam Bald.ibi,quòd verbum
ſit,vel eſt,eſt directum, quando natu-
ra verborum ei adiunctorum mini-
mè repugnat. Aliter etiam, etſi in eũ-
dem ſenſum, declarat prædictũ §. qui
neque Pau. de Caſt. conſi. 195. fina.
colum.in princip.prima parte. Dicẽs
procedere hoc modo:videlicet,quòd
ideo in illo textu fit ſuppletio vnius
verbi omiſſi ex tribus,ex quibus ſolet
inſtitutio confici,vt ibi in text. illum
præcedẽte dicitur, quia id quod ſup-
pletur ; ita congruit verbis illis duo-
bus expreſſis, quòd nullum aliud ver-
bum ita congruit. Nam ſi reperiatur
ſcriptum Titius eſto, vel teſtes depo-
nant teſtatorem iſta duo verba pro-
tuliſſe,clara & expedita res eſt, quòd
nullum aliud verbum ſuppletiuum
ita congruit, ſicut verbum, hæres.
Conſimiliter in illis verbis, Titius hæ
res, nullum aliud verbum ita con-
gruit,ſicut verbũ eſto,vel ſit. Ex quo
inquam teſtator ſeſe parauerat ad te-
ſtandum,vt ſubintelligitur text. ille,
& quidem optimè,per gloſ. ſecundã,
ibi,id eſt in eodem verſicu. qui neq;
approbatam per omnes ſcribentes
ibidem. Quod etiam probat idẽ Pau.
in prædicto conſilio ex text. notab.in
l.cùm pater.§.cùm imperfecta.j̃. de le
gat.2.in illis verbis,[Si ſcripto dictum
congruat.] ſecus autem eſſet ſi plures
ſuppletiones, vel plura & diuerſa ad-
ditamenta poſſent ſcripto adaptari,
vel congruere, vt ibi per eum iſtud
exemplificantem & declarãtem, qui
eſt videndus,cùm expedierit. Iam ta-
men illud expeditiſsimum habetur
per vnum ſolum verbum inſtitutio-
nem non poſſe fieri, vt in dicta l. pri-
ma,in princip. in verſicu. [ergo.] ſe-
cundùm veram lecturam, vt ſi teſta-
tor duntaxat dixiſſet, Lucius, vel hæ-
res,vel eſto: & non enuntiaret aliud
verbum ex quo poſſet ipſius intentio
coniectari, vel elici. Ratio eſt ſecun-
dum Baldum, quia iſta prolatio vnius
verbi,ſeu(vt ſic dicam) vniuoca, non
eſt oratio, neque perfecta, neque im-
perfecta,ſed vana, cùm in animo au-
diẽtis nullum generet ſenſum. Item,
quia oporteret facere plures ſupple-
tiones, vna etenim ſuppletio reſpe-
ctu perſonæ ipſius hæredis bene tolle
raretur ; ſed non plures, prout habe-
tur in ſimili in l.prima,C.de dotis pro
mi. quòd plures fictiones vel impro-
prietates non poſſunt in idem & eo-
dem reſpectu concurrere, ſecundum
Bald. vbi. s̃. quod eſt ſanè intelligen-
dum, niſi ex alijs in teſtamento con-
tentis poſsit inſtitutio colligi, vel ſub
intelligi.vtputà,ſi primo fecit legata
particularia,& poſt modum ſubiecit,
in omnibus autem alijs bonis meis
Titius vel Titium. Nam illud ſuffice-
ret, ad cõiectandam probabiliter vni
uerſalem inſtitutionem ſecundum
Pau.de Caſtro, poſt gloſ. in l. errore,
C.de teſtamen. in figura caſus, facit
gloſ.nota.in cap.cùm venerabilis, in
glo.vltima ad finem de religio. domi.
quam vltra Doctorum ordina. com-
mendationes ibi, allegat Areti. in l.ſi
in nomine, ad finem de teſtamen-
tis.C.

†Et



162 † Et probatur ex l.6.titu.3.partit.6.
in verſicu. [Mas ſi vna palabra. &c.]
ad idem facit. Nam etſi ſcriptura ſit
imperfecta,ſi tamen ex ea valeat col-
ligi ſenſus teſtantis, talis imperfectio
non vitiat: quia præſumitur plus di-
ctum, & minus ſcriptum. Text. in
eadem l. prima, verſicu. Si autem. j̃.
eodem.& facit etiam text. in l. cùm
auus. j̃. de conditio. & demonſtrat.
vbi ponitur hæc præſumptio. Facit
etiam gloſ. in cap. & hæc diximus.
26. quæſtione. 7. dum tenet, quòd
defectus locutionis non vitiat inſtru
mentum. Quam gloſ. commendat
Baldus & Rapha. Cumanus in eo-
dem verſicu.ſi autem.Et quatenus ſu
Redit ad l. Quoniã indignum.
prà nume. 153. allegaui. l. quoniam
indignum, C. de teſtamen. ad illud
generale per quę verba fiat inſtitutio,
meminiſſe oportebit, illum text. lo-
qui etiam inter alia de quodam ver-
163 bo inducente inſtitutionem: †.ſcili-
cet volo,de quo non habuit mentio-
nem Pau.de Caſt.conſi.456. volumi.
2.poſt princip.licèt idem quoad illud
verbum ibidem tenuerit. Et hoc idẽ
dicendum eſt in verbo vellem.l.Pam
philo.§.propoſitum,de legat.3. quem
adducit Salicet.in eadem l. quoniam
indignum. Sed certè penitius rem ip
ſam intuendo,illa verba non ſunt ha-
bilia ad inſtitutionem inducendum,
niſi ex adiunctis qualificentur ad eiuſ
modi inſtitutionem vniuerſalem in-
ducendum, vt tradit Barto.in l. cun-
ctos populos, in prima colum. C. de
ſumma Trinita. & fid. catholi. & in
l.ſerui electione,in princip. vbi Alex.
& recentiores.j̃. de legat. primo. vt ſi
dixiſſet volo vel vellem facere Ti-
tium hæredem,aut quòd Titius ſit hę
res.& de multis verbis in ſpecie ad in-
ſtitutionem aptis, vide Stepha. Ber-
tra.conſi.328.nume. 3. & conſi. 221.
nume.4.volu.2.

Quotuplex ſit hæredis inſtitutio.
Vlterius quæritur, quotuplex ſit
hæredis inſtitutio? Et dicendum eſt,
ꝙ triplex. Quædam expreſſa. Quædã
tacita,quæ eſt penè eadem cum ficta
164 vel præſumpta. Quædam † vltra Do-
cto.poteſt nominari ſemitacita, vel ſe
miexpreſſa,quod idem eſt. Inſtitutio
expreſſa,cuius hucuſque eſt mentio
habita poſt poſitionem deſcriptionis
quam interpretati ſumus, ſubdiuidi-
tur per Bald. in l. gallus. §. ille caſus,
colum.2. ante finem.s̃.de libe. & poſt
hu.in tres. Propriam, impropriam, &
improprijſsimam. Propria inſtitutio
expreſſa ſecundum eum eſt, quum
aliquem teſtator inſtituit in tota vel
quota parte hæreditatis: nam hic eſt
proprius & verus hæres vniuerſalis. l.
quoties.§.hæredes.j̃.iſto titulo. & no-
tat gloſ.mag.Bart. & alij Doctores in
l.controuerſia,ff.de tranſact. in verſi.
ſi verò quota.
165 † Et ideo hæredis appellatio in du-
bio intelligitur de eiuſmodi hærede
vniuerſali,in tota vel quota parte hæ-
reditatis: non autem de ſucceſſore
vel hærede particulari. l. quædam, §.
nihil intereſt, ff. de eden. vbi Docto-
res notant,& in ſpecie Alexan. & Iaſ.
qui de hac re multa diſſerũt. Et quòd
hæres in quota hæreditatis parte, di-
catur etiam hæres vniuerſalis, re-
ſpectiuè inquam, & quotitatiuè, pro
tali parte quota, ac ſi in tota & in ſo-
lidum ſeu vniuerſum fuiſſet inſtitu-
tus. Eſt gloſ. ordinaria in l. hæres in
omne ius.j̃. de acquiren. hæreditate,
cum qua Bartolus ibi tranſit ſimpli-
citer, & ibidem notant, & ſequun-
tur Doctores, & in ſpecie Ioan. de
166 Imola & Areti. colligentes ex ea, †
quòd dictio omnis, non tantum ſi-
gnificat vniuerſalitatem: ſed etiam
totalitatem, id eſt integrum ius. Se-
cus in dictione vniuerſum, quia
non tantum ſignificat totalitatem:

 ſed

ſed etiam verificatur in quota reſpectiuè, id eſt, habito ad illam reſpectu, vt modò dixi: & ad hoc habent eam gloſ. pro notabili. Sed Albericus poſt Iacob. de Raue. quos neque Imola, neq; Aretinus ibi allegant, nec credo eos vidiſſe (quia non memini vllibi in eorum lecturis eos cõperijſſe citatos) intelligunt glo. illam & clarius & melius: videlicet, vt quaten⁹ vult, ꝙ hæres pro parte ſuccedit in vniuerſum ius: ſiue cenſetur hæres vniuerſalis, quod idem eſt, debet intelligi, ꝙ reuera eſt hæres pro parte, & non in vniuerſum vel in totum abſolutè & ſimpliciter: ſed ſecundum quid. Nam ſecundum ipſos iſta verba, totum & vniuerſum, ſunt æquipollentia propriè & abſolutè loquendo: ſed abuſiuè, vel ſecundũ qd vniuerſum, vel vniuerſale poſsũt referri ad partem vniuerſitatis, ſicut verbum totum. Sic etiã videmus in ſimili, ꝙ ſocius eſt, vel dicitur eſſe dñs rei cõis, non in totum, neq; in vniuerſum, ſed ſecundum quid. i. reſpectiuè, pro parte ſua duntaxat. Ita in ſimili dicendum in propoſito de quo agimus, licèt hæres pro parte, appelletur indiſtinctè hæres vniuerſalis: tamen intelligi debet ſecundũ eos, ſecundũ quid i. reſpectu ſuæ partis quotæ tantũmodo: non autẽ ſimpliciter & abſolutè. Argum. l. illud. ff. de ritu nup. ſecũdũ pręfatos Docto. Iaco. de Are. & Albe. Et hæc conſideratio iſtius puncti, eſt verior ac magis iuridica: & ob id dixi ſ. nu. 165. reſpectiuè inq̃. &c. Vtcunq; res accipiatur, ſatis ac ſuper abundat, ꝙ hæres pro parte hæreditatis quota, dicitur eſſe hæres vniuerſalis, & ꝓ tali habetur: & quæcunq; fuerit quota, etiã minima, eſt hæres in quã reſpectiuè ad ipſam partẽ quotã, in qua eſt inſtitutus, vt eſt ſ. dictũ. Itaq; iura hæreditaria actiua & paſſiua tranſeunt ad & in hæredem quotę hęreditatis pro ſua parte reſpectiuè: ſicut tranſirẽt in totum, ſi fuiſſet hæres ſolus, & inſolidum ex teſtamento, vel ab inteſtato: & talis tranſitus iurium vtrorũq; quotitatiuus (vt ita loquar) eſt eorundem effectuum reſpectiuè quo ad talẽ partem quotam in qua eſt hæres, ac ſi inſolidum hæres eſſet.

167 † Alia eſt inſtitutio im ꝓpria (vt pręmiſſa proſequar) vt putà, quando fili⁹ inſtituit͛ in ſola legitima vel in eo qđ ex poſt facto, reducitur ad legitimam ſequuto ſupplemento. Nam (vt ſuprà tetigi) iſta eſt pars quota: tamen non eſt propriè quota hæreditatis: ſed potius bonorũ, cùm ſit abſtracta & exuta ab omni ære alieno. l. Papi. §. quoniam autem quarta, cũ ſeq. ff. de inoffi. teſta. & notat͛ per gloſ. & Docto. in l. cùm à matre, C. de rei vendi. & gloſ. ordina. ac not. in l. fi. §. in computatione, C. de iure delib. & per Alexand. & Clau. vbi hanc rem bene ponũt in l. quia poterat, ff. ad Treb. & tradit Soci. in repe. l. 1. ff. de vulg. & pu. Hinc eſt, ꝙ filius admiſſus vel ſuccedens ad ſolam legitimam vel in ſola legitima non cenſetur hæres. l. quiſquis. §. ad filias. C. ad. l. Iul. Majeſt. ex quo deducit, ſeu infert ibi Ange. ꝙ hac ratione ſi filius habeat minus legitima, nõ poteſt petere ſupplementum illius per peti. hæreditatis, quæ non datur niſi hæredi: ſed per condi. ex. l. omnimodo, vbi eſt gloſella paruula communiter approbata, & l. ſi quis filiũ. C. de inoffi. teſta. Quo ad hanc illationem bene quidem, ſed in principali notabili puto per illum text. in d. §. ad filias, non bene illud probari: quia loquitur in filia cui ex miſeratione, & ſic diſpenſatiuè ob ſexus fragilitatem prouidetur, vnde non abs re text. tranſit vlterius, & dicit quòd non ſit hæres. Quanquam notabile certo reſpectu vel reſpectibus procedat, non tamen abſolutè.



abſolutè. vt colligitur ex reſolutione Alexan. & Clau. vbi ſ. ad quos me iterum refero.

Alia eſt inſtitutio quam Bal. vocat improprijſsimam. ſ. quando inſtituto per teſtatorem aliquo hærede vniuerſali, alius extraneus inſtituitur in re certa: nam hærede vniuerſali adeũte, talis inſtitutio non eſt propriè inſtitutio: imò dicitur improprijſsimè inſtitutio: quia talis inſtitutus in re certa habetur loco legatarij. l. quoties. C. de hæredi. inſti. & l. ex facto, la magna ꝑ totum. j. iſto tit. & vtrobiq; Bar. & Docto. tenent, hanc dici debere inſtitutionem extraordinariam & anomalã, vt in ijſdẽ ll. per plura exẽpla declarat notanter Bar. quem Docto. ibidem ſequũtur. Cuius dicta aptari poſſunt ad

168 intelligentiam. † l. 14. tit. 3. parti. 6. in

L. parti. verſicu. [E ſi por auentura. &c.] Sed conſiderandum eſt, quòd rectius appellaſſet Bal. hanc ſpeciẽ ſubſtitutionis magis impropriam, & ſic comparatiuè ad impropriam, quàm improprijſſimã, & ſic ſuperlatiuè in vltimo gradu. Nam ſi dixiſſet magis impropriam, deſignaret eam tanquam tenẽtem medium, & participantem de vtroq; extremo prout Bar. eam accipit, dicens eſſe quaſi tertiã ſpeciem haurientem quoad quid effectum ab inſtitutione, & quoad quid à legato, & ſic anomalam vel extraordinariam

169 ſiue exorbitantem. † Sed improprijſſima inſtitutio eſt ipſamet diſpoſitio legati particularis, vt eſt text. in l. id tẽpus. §. primo eodemque vltimo, ff. de vſucapio. in illis duabus improprietatibus. [Quaſi quodammodo,] quas põderaui. ſ. citando Bald. & Alexan. nu. 50. Demiror tamen omiſiſſe Bald. aliam ſpeciem inſtitutionis, de qua loquitur l. prima. §. ſi ex fundo. j. eodem quam ſuprà in vltimo membro diui-

170 ſionis prædictæ inſtitutionum † vocaui ſemitacitam, num. 164. videlicet, quando quis ſolus inſtituitur hæres in re certa hæreditaria duntaxat: & in alia re vel rebus hęreditarijs neq; particulariter, neque vniuerſaliter vllũ habet cohęredem. Et iſta inſtitutio videri meo, licèt à principio formaliter vel apparenter videatur inſtitutio impropria, vtpote non in quota hæreditatis parte facta: quia tamẽ per ius accreſcendi ſecundum communẽ Doctorum intellectum ad eũdem. §. ſi ex fundo, trahitur ad totam hæreditatẽ, non poteſt dici ſimpliciter & abſolutè impropria: quia ex poſt facto in effectu & reipſa redigitur ad propriam & veram inſtitutionem. Et ita intelligendus eſt text. in eodem §. ſi ex fundo, quatenus ſonat abſolutè eam eſſe propriam, ibi dum dicit, [valet inſtitutio.] & ſic videtur eam vocare inſtitutionem validam ſimpliciter & abſolutè. Sed debet (vt dixi) intelligi, conſiderato effectu, & efficacia. Nam à primordio (vt etiam dixi) non poteſt negari eam eſſe impropriã, & ſic eſt impropria quoad formam (vt ita loquar) initialem: ſed quoad effectum vltimatum redigitur ad propriam.

171 † Et ita etiam intelligi debet prædicta l. 14. in princi. titu. 3. parti. 6. vbi comprobatur deciſio eiuſdem. §. ſi ex fundo, in primo reſponſo illius l. Sed obiter oportet hic aduertere, quòd quatenus in eadẽ. l. 14. dicitur, [O en otro teſtamẽto q̃ hiziere đſpues. &c.] debet ſuppleri: ſcilicet in quo inſtituiſſet eundem primum hæredem, vel alium in alia re certa, præter illam in qua primo loco illummet vel alium hæredem inſtituerat in primo teſtamento. Nam etſi ſemper tollatur primum teſtamẽtum per ſecundum, in quo eſt facta inſtitutio de re certa, ſiue alius, ſiue idem ſecundariò inſtituatur, vt in l. ſi quis priore. j. ad Treb, Ad eandẽ L. par.

quia

quia tamē qñ duo ſunt inſtituti in du
plici teſtamento in duabus rebus cer-
tis ſeparatim, vt eſt dictū, ſecūdus erit
hęres ex ſecundo, & ſublato primo te
ſtamēto habebit totū iure accreſcē-
di: cùm teſtator paganus nō poſſit cū
duobus teſtamētis decedere. l. ſi duo-
bus. j. de mili. teſta. vult lex illa partit.
in primo reſpōſo dicere, ꝙ inſtitutus
in primo teſtamēto in ſola re certa hę
res, habet totū virtute illius primi te-
ſtamēti ſuffragante iure accreſcendi:
niſi ipſemet vel alius eſſet inſtitutus
in ſecūdo teſtamēto, etiā in alia re cer
ta: quia eo caſu, ipſe vel alius hæres in
ſtitutus haberet totū ex ſecūdo teſta-
mēto: cū teſtamentū primū & omnia
in eo cōtenta per ſecundū reuocētur.
Vnde conſequitur hæredē in re certa
in ſecundo teſtamēto habere (vt. ſ. eſt
dictū) vniuerſam hęreditatem iure ac
creſcendi. Nā ſi ipſemet hæres inſtitu
tus in re certa in primo teſtamēto, vel
alius poſtea inſtitueretur in ſequenti
teſtamēto vniuerſaliter, notiſsimū eſ-
ſet atq; indubiū, ꝙ cū ſecundum teſta
mentū haberet inſtitutionē vniuerſa
lem, & primū eſſet ipſo iure ſublatū
nō eſſet locus in ſecundo teſtamento
diſpoſitioni prędicti. §. ſi ex fundo, cū
vt dixi, nō fuerit facta inſtitutio in re
certa, ſed vniuerſaliter, quē. §. ſi ex fun
do. l. illa in primo reſpōſo vult trāſcri-
bere ad verbū, nec nō declarare. Quā
obrē prædicta clauſula. [O en otro te-
ſtamēto q̄ deſpues hizieſſe,] debet in-
telligi de ſecundo teſtamento, qđ po-
ſtea fieret ſimile primo, putà inſtituē-
do etiā eūdē primū hęredē, vel aliū in
eodē ſcđo teſtamēto ī re certa. Dictio
nanq;, alius, eſt repetitiua ſimiliū, vt ꝑ
gl. ordi. vbi Doct. notāt, & ſequitur in
l. ſi fugitiui. C. de ſer. fugi. & eſt text.
optimus & quidē in terminis fortiori
bus, vbi ſigillatim Areti. not. in l. pe. C.
qui admi. ad bo. poſſ. poſſunt, vel non.

Et hęc ſunt inſigni nota digna ad in-
tel. dictę l. par. quæ prima inſpectione
videtur obſcurè, ne dicā ineptè loqui.
Et poſtq̄ incidimus in intellectū eiuſ-
dem §. ſi ex fundo, nō eſſet abſonū hîc
aliqua obiter tradere: cū eiuſcemodi
digreſſio eſſet ad materiā haud imper
tinens. Sed ne propoſiti inchoati, qđ
proſequimur, lōga fiat interpollatio,
de induſtria rē in poſterū diſcutien-
dā miſſam facimꝰ, captaturi occaſio-
nē magis opportunā ad id peragēdū.

Præmiſſa igitur repetens, dixi ſupe
rius, eſſe aliā & ſecundam inſtitutio-
nis ſpeciē. ſ. tacitā ſeu præſumptā, aut
ſi mauis fictā appellare, quod ferè in
idem recidit. Et quia ſunt plures caſus
quibus pōt exēplificari, ex his nonnul
los hîc referendos operæ pretiū duxi.

Nōnulli caſus tacitę inſtitutionis hîc deſignāt

Primus caſus eſt in l. cū in teſtamē-
to, §. hæc verba. j. iſto titu. vbi ſi teſta-
tor dicat Publius, Marcus, & Meuius,
inuicē ſubſtituti hæredes ſunto. Iſta
verba ſic interpretāda ſunt, vt videaẗ
teſtator tres inſtituiſſe hæredes ante-
cedēter & cōſequēter eos inuicē. i. re-
ciprocè ſubſtituiſſe, & ſic ſcđm ordi-
nē intellectꝰ breuiter duos gradꝰ inſti
tutionis. ſ. & ſubſtitutionis cōprehen
diſſe, ac ſi dixiſſet. Ille, & ille, & ille, ſint
hæredes, & inuicē ſubſtituti. Quo te-
xtu mouetur gl. ordi. in l. ſi pater im-
puberes. j. titu. 1. de vulga. & pup. ad
tenendū, ꝙ ſi teſtator cum verbo inſti
tuo de per ſe, & cū verbo ſubſtituo de
per ſe, relatis ad plures hæredes iūgit
eos per dictionē inuicē, videtur duos
172 gradꝰ inſtitutionis & ſubſt. feciſſe, † vt
ſi dicat Petrū, & Gaiū inuicē inſtituo:
vel Petrum & Gaiū inuicē ſubſtituo.
Nā ꝑ quēuis loquēdi modū ex ꝓdictis
his duobꝰ quos ponit ꝓdicta glo. viſus
eſt vtrūq; inſtituere: itē & vtrūq; ad
inuicē ſubſtituere: & ſic feciſſe duos
gradus inſtitutionis & ſubſtitutionis
vulgaris reciprocatę. Quę gl. eſt not.
ſecun-



ſcđm Bar. Bal. & Pau. de Caſt. recētio-
reſq; ibidem, & exemplificatur aper-
tius iſte primus caſus, & eiuſdem glo.
aliud tñ agens feci latiorem mentio-
nem. ſ. iſta prælectione, nu. 17. cū duo
bus ſequen. vbi eſt vidēdum ad ipſius
faciliorem explicationem.

Secundus caſus, quo inducitur taci-
173 ta inſtitutio, † poniẗ in l. ſi mater, quæ
eſt. 3. C. de inoffi. teſt. vbi poſthumus
præteritus à matre, quæ mutandi te-
ſtamenti facultatē nō habuit, quia in
puerperio deceſſit, videtur cū alijs fi-
Singu. text. & non alibi.
lijs viriliter inſtitutus. Quē caſum di-
cēs ſing. & vnicū Bal. ibi ſummè com-
mendat. Sicq; pręſupponitur ibi taci-
ta inſtitutio pręſumpta, vel ficta, ex cō
iecturata voluntate matris teſtātis, vt
ibi tex. inquit in hæc verba elegantia.
[Repentini caſus iniquitas per conie-
cturā maternę pietatis emēdāda eſt.]
Et hanc aptè & appoſitè vocat inſtitu
tionem fictā Are. in l. ventre, col. fi. de
acqui. hęre. Voluntas tñ ex qua fingiẗ
talis inſtitutio ficta reſultare, eſt in ſe-
ipſa præſumpta: quia in præſumendo
eā lex fundatur ſuper dubio, vel incer
to, quia ignoratur, an ita voluerit te-
ſtatrix, nec ne: ſed ipſa inſtitutio eſt in
ſe ficta: quia reuera nō interuenit, ne-
que fuit facta per teſtatorē, & ſic lex
fingendo eā fingit ſuper eo quod nō
eſt, neq; vnquā fuit. Et hæc eſt pecu-
liaris differentia inter præſumptionē
& fictionē, vt tradit gl. ordi. in l. vna, §
accedit, in parte, pręſumatur. C. de rei
vxo. act. cuius etiam memini. ſ. iſta re
lectione, nu. 34. Neq; incōuenit inſti-
tutionē eſſe fictā, & voluntatē teſtan
tis, vnde ſolet vera inſtitutio aliâs ma
Simile.
nare eſſe præſumptā. Nā videmus in
ſimili, ꝙ per conſtitutū quæ eſt tradi-
tio ficta, induciẗ poſſeſsio vera vt tra-
ditur per Bart. in l. quod meo, in prin.
col. fi. ff. de acq. poſ. & idē in alijs locis,
in q̄bus cū alijs ꝑpè innumeris remiſ-

ſionibꝰ cōcordan. eū refert An. Tira.
in tracta. cōſtituti poſſeſſorij. 2. parte
amplia. 1. per totā. Sed nō fuit memor
prædictæ allegationis Bar. de quo mi-
ror, cū ſit in loco ordinario & peculia
ri. Videmus etiā in ſimili, ꝙ ex contra Aliud.
ctibus iuris gentiū oriuntur actiones
de iure ciuili, vt per gl. in prin. inſti. de
act. quā ibi Doct. cōiter tenent. & eſt
cōſimilis gl. in l. ex hoc iure, glo. pe. in
prin. ff. de iuſt. & iu. vbi Bar. & Docto.
cōiter idē tenēt. Ex quibus ſimilibus,
& alijs quæ in hāc rē ad præſens addu
ci poſſent, patet nō eſſe incōueniens
productū. i. effectū, eſſe alterius quali-
tatis, q̄ ꝓducibile. i. ipſam cauſam pro
ducentē. Et per text. in præallega. l. ſi
mater. C. de inoffi. teſta. probabiliter
poteſt dubitari đ eo qđ Iaſ. tenet in l.
gallus, in prin. 2. lect. nu. 38. ſ. de lib. &
poſth. in quantū aliud agens ac reſpō
dens ad §. inſtituens, in ea. lege tenet
tacitā inſtitutionē nō poſſe ſubintelli
gi de parte hæreditatis: ſed debet de
ipſa expreſſa mentio fieri: qđ videtur
cōtra d. l. ſi mater, quatenus ibi fingiẗ
inſtitutio tacita de parte virili compe
tente poſthumo in puerperio edito,
vt ibi ſignanter tenet gl. pe. in verſ. &
not. & Raph. 2. not. quā gl. cōmendāt
Io. de Imo. & Pau. de Caſt. poſt Ray.
in l. Item quod (aliâs vt) Sabinus. j. iſto
tit. Vbi etiā videtur bonus tex. contra
Iaſ. vbi. ſ. nā ibi præſupponitur tacita
inſtitutio in partibus per teſtatorē de
hęreditate nō nominatis, ſiue ab eodē
omiſſis. Sed reuera nō facit, quia licèt
ibi ſit tacita expreſsio partis, tñ ipſa in
ſtitutio eſt expreſſa: & ſic ibi inſtitutio
partiū non eſt omnino tacita, de qua
eſt ſermo noſter. Magis ergo ei ob-
ſtat dicta l. ſi mater.

Non inconuenit productum. i. effectum eſſe alterius qualitatis q̄ producibile. i. ipſam cauſam producentem.

Ad. l. Item qđ Sabinus.

Tertius caſus deſumitur ex l. vlti. j.
iſto tit. vbi teſtator poſt hæredis inſti-
tutionē quā fecerat, falſo rumore in-
terceptus, fecit ſcđm teſtamētum, in
quo

quo præfatus eſt, ꝙ ex eo quia hæres
ſcriptus in primo teſtamento dicebatᷣ
mortuus, inſtituebat ſcd̃m hæredẽ:
deciditur ibi, ꝙ ſi detegatᷣ falſitas cau-
ſæ finalis adiectæ in tali præfatione. i.
ꝙ primus hæres tũc temporis hoc eſt
tẽpore confecti ſecundi teſtamẽti vi-
uebat, nõ obſtante ſecundo teſtamẽ-
to prima inſtitutio propter tacitã vo-
luntatẽ teſtatoris elicitam ex tali præ
fatione, à ſenſu oppoſito qui ſubde-
ducitur ex cauſa illa finali in eadẽ prę
fatione expreſſa, valet vt inſtitutio ta-
cita, prout ibi vult litera, dum inquit,
[Tamen ex voluntate teſtantis puta-
uit ei ſubueniendũ. &c.] nã prima in-
ſtitutio videbatur per ſecundã de iu-
ris rigore abolita. Sed quia ex præfa-
tione prædicta in eadẽ ſecunda diſpo-
ſitione teſtamẽtaria poſita reſultauit
volũtas tacita: videlicet, ꝙ ſi aliter res
ſe haberet, quàm rumor tunc tempo-
ris tinniebat, ſecunda inſtitutio eſſet
inutilis: ideo prima inſtitutio põt ap-
pellari tacita, eo prætextu quia ex ta-
cita, præſumpta, vel ficta volũtate lex
illa eã ſuſtinet. Quã l. ſimul cum d. l. ſi
mater. s̃. proximo caſu ſępius citata, vi
detur Bar. in id allegaſſe in l. illa inſti-
tutio, verſ. præterea video. j̃. hoc eo. ti.
Sed potius crederem (prout ex litera
Bar. cõijcio) ꝙ voluerit citare. l. fin. C.
eo. quia Bar. allegat ad inſtitutionem
ſubintellectã à lege eadẽ l. 3. & in hoc
clarè cõſonat prędicta l. fi. C. eo. in ver
ſi. ſed ſi quidẽ. Et miror, ꝙ Ioã. de Imo.
ibi, allegans d. l. ſi mater, dum retulit
dicta Bar. in eadẽ l. illa inſtitutio, nõ al
legauit prędictam l. fi. vnde cognoſci
poſſet, an eſſet lex fin. j̃. eo. vel. C. eo.
Sed vtcunq; res habeat, licèt in prędi
cta l. fi. j̃. eo. nõ videatur eſſe inſtitutio
omnino ſubintellecta: tñ quia de rigo
re prima inſtitutio erat (vt dixi) per ſe-
cundũ teſtamentũ abolita, & lex con
ijcit ex prędicta pręfatione ſecundi te
ſtamenti voluntatẽ defuncti tacitam
ad eandẽ primam validandam ſeu ſu-
ſtinendã, vt patet ex verbis illius. l. ſu-
perius relatis, ſatis poteſt dici tacita
ſeu præſumpta. Quod autẽ de rigore
inſtitutio prima nõ valuerit, patet ex
verbo, [ſubueniẽdũ,] quod deſignat
ius ſpeciale diſpenſatiuũ. l. ſuccurritᷣ,
ff. quibus ex cau. maio. l. 4. §. ſubuentũ
ff. de fideicõ. liber. cũ alijs. Et eſt aduer
tendũ ad id quod Bal. ibi. i. in d. l. vlti. j̃.
iſto tit. de hære. inſti. dicit, quẽ Ioã. de
Imo. ibi refert, pe. nota. ſ. ꝙ Imperator
ſolũmodo pronuntiauit ibi, hæredita
tem ad inſtitutum in primo teſtamẽ-
to pertinere: licèt ab eo eſſet etiã peti
tũ ſcd̃m teſtamentũ pronuntiari nul
lum. Innuit enim in hoc Imperator, ꝙ
ſpeciali ratione. i. voluntatis defuncti
præſumptę, ex prædicta præfatione ſe
cundi teſtamenti elicitę, idem teſta-
mentũ ſecundũ manſit caſſum & in-
efficax, & primũ cõualuit ex eadẽ taci
ta, ſeu præſumpta voluntate: nõ autẽ
prędictũ ſecũdũ teſtamentũ fuit nul-
174 lum ipſo iure. † Neque inconuenit ex (*Atten. vltra Docto.*)
præſumpta voluntate defuncti inſti-
tutionẽ aliâs irritã vel inualidã à for-
tiori cõualeſcere, vt patet in ſimili ex
caſu ſingulari in l. poſthumꝰ, verſ. [Idẽ
& circa.] s̃. de iniuſto rup. &c. Delibe
randũ relinquo ſuper hoc articu. quia
Doct. nõ tãgũt ea quę circa illũ. s̃. pun
ctuaui. Quanq̃ videtur de aperta intẽ
tione gl. & Doct. ibi, ꝙ ſecũda inſtitu-
tio fuerit ipſo iure irrita. Et poſtq̃ hæc (*Atten.*)
ſcripſerã, peruenit ad manus lectura
Raph. Cu. ibi, qui tenet poſt prin. ver.
No. etiam, quòd falſa cauſa etiã finalis
nõ vitiat ipſo iure legatum, neq; inſti
tutionẽ: & loquitur not. ſed aliter &
aliter, quàm. s̃. ego intellexi, inq; aliũ
ſcopum tendunt ipſius dicta, vt per
ea patet: & profectò prius eum nõ vi-
deram. Prætera vltra ipſum & alios
ſcriptores pro intellectu, quem ſuprà
ex



mea propria intentione punctua-
ui ad eandem l. fina. qui habet, quòd
illa ſecunda inſtitutio non fuerit ab
initio funditus nulla, & ea ratione pri
mam aboleuerit inſtitutionem ipſo
iure, facit optimè regula illa ſiue ma-
xima iuridica, & quidem notabilis & (*Maxima iuridica prope infallibilis.*)
aſsiduè per docentes & ſcriptores va-
rijs locis allegabilis, quam ponit Iure-
conſultus in l. pater filio. j̃. hoc eo. tit.
quòd ad hoc vt ſecundum teſtamen-
tum tollat primum, ſufficit ex tali ſe-
cundo teſtamento hæreditatem ali-
quo caſu adiri poſſe: licèt actu ſeu re
ipſa non adeatur. Cùm itaque in caſu
eiuſdem l. fi. ex ſecundo teſtamento
potuiſſet aliquo caſu hæreditas adiri:
putà ſi rumor quo innixa fuit ſecũda
inſtitutio, non fuiſſet falſus, & ſic hæ-
res ſcriptus in primo teſtamento tem
pore confectionis ſecũdi, fuiſſet mor-
tuus: dummodo nullum alium defe-
ctum intrinſecum, vel extrinſecum,
ſecundum teſtamentum pateretur:
ergo idem ſecũdum teſtamentũ fuit
validum poſsibiliter, ſeu in poten-
tia, & ob illam poſsibilitatem fuit po
tens ad tollendum primum ipſo iu-
re. Cogita iterum, & vide iura, quę ad
fert Rapha. Cuma. vbi. s̃. de opinione
teſtantis erronea, loquentia pro ſuo
intell. Nã eadẽ iura ſtringũt pro meo.

Quartus caſus ponitur (vt ſuprà te-
tigi) in l. fina. ſecundo reſponſo. verſi.
[ſed ſi quidem.] C. eodem titu. de hæ-
redi. inſtituen. vbi inſtitutio pręſum-
pta & interpretatiua ſubintelligitur
per legem propter verborum teſtato
ris obſcuritatem: & ſecũdum Bal. ibi,
col. 10. illud prouenit ex neceſſitate
conſequentiæ, quod eſt verum.

Quintus ponitur in l. eam quam,
C. de fideicommiſ. & eſt vnus ex duo
bus caſibus illius l. videlicet, vbi non
valuit inſtitutio, neque adoptio. Ibi
etenim cenſentur inſtituti, vel cen-
ſentur (quod in idem recidit) vocati
per illam inſtitutionẽ irritam ipſi ve-
nientes ab inteſtato, ijdemq; grauati
per fideicommiſſum reſtituere, ex
tacita repetitione, prout Bal. ibi decla
rat, col. 1. quem vide.

Sextus caſus colligitur ex deciſio-
ne Bar. in l. gallus, in prin. 2. col. s̃. de li-
be. & hoſthu. dum tenet, quòd ſubſti-
tutio, ſecundum conſilium Galli, de
quo in diſcurſu illius l. vſque ad §. nũc
de lege Velleia. excluſiuè traditur, nõ
requirit inſtitutionem filij iam na-
ti, cui filius poſthumus ſubſtituitur in
ſuitate ſecundum formulam Galli
Acquilij: & ſic præſumitur inſtitutio
tacita de filio præcedere, ſi dicatur ſi
filius meus (quem tamen expreſsè nõ
inſtituerat) me viuo moriatur, ſubſti-
tuo poſthumũ ex eo naſciturũ. Sed
quia opinio Barto. magis cõmuniter à
Docto. reprehenditur, ſubſiſto, remit
tens ad Iaſ. ibi latè diſcutiẽtem iſtum
articu. ex cuius verificatione iſte ca- (*Quomodo verificetᷣ iſte ſextus caſus*)
ſus pendet, qui verificari tandem po-
teſt in caſu in quo ſaluatur opinio illa
Barto. quem caſum Iaſ. ibi tradit in lę
ctura integra illius l. col. 11. principij.
videatur ibi.

Septimus caſus elicitur ex deciſio-
ne gl. ordi. in c. cùm tibi, de teſta. qua-
tenus vult, ꝙ inſtitutio ad pias cauſas
nutu facta, valet, quę eſt cõis cõcluſio (*Cõmunis.*)
ſecundum Alexan. in l. iubemus, poſt
prin. C. de teſta. de qua. s̃. memini nu.
79. & in rub. j̃. de lega. 2.

Octauus caſus generalis comprehẽ
dẽs ſub ſe varios caſus in ſpecie, dedu-
citur ex diuerſis caſibus fallentię, qui
ſolent adijci ad glo. ord. in l. Lucius, la
vlti. j̃. iſto titu. de hęredi. inſtitu. qua-
tenus vult, quòd filij filij inſtituti
poſiti in conditione priuata ſeu ne-
gatiua, videlicet, ſi filius meus (quem
inſtituerat) ſine filijs deceſſerit, ſub-
ſtituo talem, non cenſentur tacitè
voca-

vocati, vel ſubſtituti: illa enim concluſio fallit in multis caſibus notabilibus & aſsiduè in practica emergentibus, qui colliguntur ex locis ſequentibus, videlicet ex his quæ traduntur per Deci. in l. 1. num. 16. C. de pactis. & cōſilio. 170. ad fi. Et licèt in illo caſu qui eſt inter alios, quando ſubſtitutio deficiētibus filijs filij inſtituti ijſdēq; nepotibus, fit de extraneo cum qualificatione maſculinitatis: putà ſi filius (quem vt dixi inſtituerat) ſine filijs maſculis deceſſerit, &c. quòd tunc videā tur vocati, ſeu nominati, aliud voluerit idem Decius fortaſsis cauſæ & tēpori inſeruiens. conſi. 191. & Guido Papæ manſerit in hac re ſubdubius & ſubſtiterit deciſi. 184. incipien. in illa quæſtione quem Decius allegauit in dicta l. prima, loco vbi. ſ. Item & quanuis aditio illius deciſionis firmauerit, & aſtruxerit contrarium, nec non Aymo. conſi. 157. num. 2. qui eſt etiam videndus conſi. 62. num. 9. ĵ. al-

Remiſsiones nota. ad gl. ordi. in l. Lucius, vlti. chart. infrà iſto titulo.

175 legato, † nihilominus tamen id quod prædixi Deci. tenere in dicta l. prima, ſequitur ibi Franciſ. Curti. num. 13. & ſecundum eam dicit ſe conſuluiſſe, & ita fuiſſe pronuntiatum, & ſententiā confirmatam per conſilium Venetum. Et reperitur prædicta allegatio ſeu conſilium Franciſ. Cur. conſ. 121. nume. 16. col. 6. Et proſequendo præmiſſa alias fallentias & declarationes ad concluſionem gloſ. in d. l. Lucius, ponit Ludo. Gozadi. conſi. 64. & Ioā. Fran. à Ripa in l. Centurio, num. 192. vbi Lanze. Galiau. in relectione illius legis plenè inſiſtit circa declarationes concluſionis prędictę gloſ. colū. 89. cum ſequenti, licèt non tangat (quod miror) illum articulū de quo ſuprà dixi, quem Guido Papæ, & Deci. vbi. ſ. ponunt de qualitate maſculinitatis adiecta filijs ijſdemq; nepotibus poſitis in conditione negatiua ſeu priuatiua. vi. etiam ad eandem materiam Iaſ. conſi. 4. incipien. Nico. vol. 1. & eodem volu. conſi. 89. Magnificus. &. 2. volu. conſi. 143. Dominus Auguſtus, & eodem vol. conſi. 206. viſo teſtamento. & vi. ſ. dictum Aymo. conſi. 155. & in conſi. 62. num. 9. ſ. allega. Aliam fallentiam vltra præfatos Doctores aliâs collegi legendo ex dictis Pau. de Caſt. in l. ex facto, §. ſi quis rogatus, el. 1. ĵ. ad Trebel. in verſi. niſi dicam⁹. Cogita in hoc: quia licèt Vincen. de Peru. in §. ex facto ſtatim eadē l. ſequenti, col. 4. tentet diſſoluere difficultatem motam per Pau. de Caſt. in princip. illius l. vbi ponit prędictam limitationem ſeu fallentiam ad concluſionem gloſ. in di. l. Lucius, vt non procedat in filijs naturalibus: non tamen bene reſoluit. Non omitto tamen quòd Pau. de Caſt. loquitur illo iure. ff. attento. Hodie autem illud eſſet regulandum ſecūdum diſpoſitionem text. in auth. licèt, C. de naturali libe. Sed certè rectè intuendo Pau. ibi loquitur non de ſucceſsione filiorū poſitorum in conditione negatiua (ſi exiſtant inquam) quoad patrem filij inſtituti, ſed quoad auum ſubſtituentem in defectum eorundem non exiſtentium: quo caſu loquitur Pau. de Caſt. & in eo non eſt locus diſpoſitioni authenti. licèt, cùm ſint capaces omnino reſpectu aui. per l. vlti. C. eod. Cogitandum ergo erit, an illud quod Pau. de Caſt. ibi dicit poſsit ſaluari aliqua ſpeciali ratione, vt ſit fallentia ſeu limitatio ad prędictam cōcluſionem gloſ. in l. Lucius, quæ eſt communis. ita quòd ei non obſtet: & ſit communis opi. pro regula, & quod Pau. dicit pro fallentia, & vtrunque poſsit procedere. Sed ego non video aliquam rationem ſpecialitatis, nam ſi iſti filij filij inſtituti per auum poſiti ſub conditione negatiua, id eſt ſi non exiſtāt,

Aduertatur hoc.

Atten. hanc cōſiderationem.





ſunt auo in totū ſucceſſibiles, vt ſunt prout modò prædixi: ergo idem debet eſſe in eis, vt non cenſeantur vocati, quod in filijs filij, ijſdemq; nepotibus legitimis quoad auum: imò & à fortiori, quia ſi nepotes legitimi vt magis dilecti & certiores quoad auū: poſiti in conditione negatiua nō cenſentur ſubſtituti: ergo à fortiori neq; naturales vtpote minus dilecti: ideo tranſeo ad alium caſum duobus verbis additis. Quòd licèt hæ remiſsiones ſint Doctorum moder. tamē ſunt habendæ in pretio, quia in eis tangūtur nonnulli caſus noui, quos Doctores antiqui loquentes ſpeculatiuè, nō attigerunt, neq; conſiderarunt, neq; eorum quoad practicam memores fuerunt: quia fortè ſuis temporibus in facti contingentia minimè occurrerant: ſed hodie paſsim videmus eos ex facto euenire.

Signa.

176 Nonus caſus poteſt deduci † ex l. ſi ita ſit ſcriptum, in prin. ſ. de libe. & poſthu. cui in ratione ſui ſatis conſonat l. clemens patronus. 1. reſpō. ĵ. iſto titu. Sed quod attinet ad dictam l. ſi ita ſit ſcriptū, in ſuo caſu, quia eſt pulcher, licèt vulgatus liber nouè duo adijcere, vt tam ſpeculatiuos, quàm practicos oblecter. Primum eſt, ſuppoſito quòd ibi teſtator diſpoſuit, vt ſi vxor enixa eſſet filium, talis filius ferret ex hæreditate octo vncias ſeu partes, & vxor quatuor. Si verò filiam diuiſio fieret vice verſa, & vxor ferret octo partes, poſthuma verò quatuor, nec diſpoſuit vlterius: vxor peperit maſculum & fœminam. Diuidit ibi Iureconſultus hæreditatem in ſeptē partes, quarum quatuor applicat filio, duas matri, & vnam filiæ, eleganti ratione de qua ibi per eum deprompta ex defuncti voluntate coniecturata. Hęſitaui olim dum eam l. publicè interpretarer ſemel & iterum, cùm de iure. ff. & codicis antiquo de quo in l. Papi. §. quarta autem. ff. de inoffi. teſtamen. & l. parentibus. C. eo. legitima filiorum ſit duntaxat pars quarta eius quod de bonis paternis habituri eſſent ab inteſtato: & ſic legitima vtriuſque, ſcilicet filij & filiæ, erat quadrans ſiue tres vnciæ ex duodecim vncijs, id eſt ex tota hæreditate ſeu aſſe: ſicq; eorum cuilibet competebat vnciola & dimidia, ſiue ſeſquiunciola ex toto aſſe ſeparatim ſeu ex alterutro ſemiſſe hæreditatis, quæ hæreditas in duos ſemiſſes, ſiue duplas aut binas ſex vncias ſecatur, & facta computatione, vna pars ex ſeptem partibus, in quas Iuriſconſultus ibi diuidit totum aſſem, & ſic ex tota hæreditate quæ ibi adiudicatur filiæ (nam de filio non dubitatur, cùm ipſius portio ſit longè maior quàm vnciola cum dimidia vel ſemiunciola medietatis hæreditatis vel ſemiſſis habito reſpectu ad totum aſſem) vna inquam pars ex ſeptem, id eſt de toto aſſe, quem ita ibi (vt dixi) diuidit Iuriſconſultus, ſat ſuperque abundat pro legitima filiæ: & conſequenter natis filio & filia, ſupputatio eſt perfecta, quia vtrique eorum ſupereſt ſalua integra legitima: & eodem modo, ſi alteruter eorum, id eſt filius ſolus, vel filia ſola naſcatur, quilibet eorum habet legitimam integram: ſicque computatio illius l. eſt perfecta prædicto iure. ff. & C. antiquo. Hoc itaq; ſuppoſito, dubitatur modò, qualiter facienda ſit computatio attentis ll. iſtius Regni, ſecundum quas omnia bona patris ab inteſtato decedentis ſunt legitima filiorum. Ex teſtamento autem eo decedēte, legitima filiorum ſunt quatuor partes ex quinque ipſius hæreditatis: & ſic in caſu illius l. ſi ita legitima illorum duorum, ſcilicet filij & filiæ, eorundemque poſthumi, & poſthumæ

Ad l. ſi ita ſit ſcriptum, in prin. de lib. & poſth. pulchrę ac nouę declarationes ad iura hodierna vſitata, inq̄ concinne adaptabiles.

Atten. ad iura hodierna.

ſunt quatuor partes ex quinque partibus bonorum ipſius patris facta eorundem bonorum diuiſione in quinque partes: nam quintum bonorum poteſt extraneis relinqui. Et hoc eſt, quod diſponitur per leges fori & Tau. & eſt vſitatiſſimum in hoc regno.

Quoad legitimã nõ curatur ius authen. neq; l. par. ad cognoſcendã in quã quantitatẽ qua pro legitima filijs ac cuiuſlibet eorum competit.

177 †De iure nanq; authent. de quo habetur in authen. nouiſſima, C. de inoffi. teſtamen. comprobato per ll. parti. non eſt habenda conſideratio quo ad hãc rem de qua agimus, id eſt quo ad cognoſcendam quantitatem legitimæ quæ debetur filijs in bonis parentum. Sic itaque pater hodie relicta vxore grauida, non poſſet teſtari iuxta formam dictæ l. ſi ita ſit ſcriptũ: ſcilicet vt ſi filius naſcatur ex tali vxore, conſequatur duas partes hæreditatis, & vxor tertiam: cùm per eaſdem leges fori, & Tau. eidem vxori nõ poſſet relinqui niſi pars quinta bonorũ, neque poſſet diſponere, quòd ſi filia naſcatur, habeat tertiam, & vxor eademq; mater habeat duas tertias hæreditatis reſiduas, quum (vt modò dixi de filio) talis filia nata debeat habere quatuor partes ex quinque, id eſt ex toto aſſe. Modò accidit quòd naſcuntur filius & filia ex eodem vtero, quomodo iſti ambo partientur hęreditatem cum matre? Nam hic eſt tertius caſus mixtus, qui fuit prouiſus per dictam l. ſi ita, vtpote per teſtatorem omiſſus. Et priuſquã reſpondeã, circa hoc pręmitto, quòd ille caſus mixtus: ſcilicet quando poſthumus & poſthuma naſcuntur regulariter à caſibus ſimplicibus, & ex eis ille textus conijcit voluntatem defuncti ad decidendum id quod decidit in caſu mixto, vt ibi expreſsè apparet. Quo præhabito, vt prædictum eſt, ſecundum prædictas ll. fori & Sarabri, quas Tau. vulgo appellant, pater idemq; teſtator non poteſt diſponere in caſibus ſimplicibus illius l. & ſic q; ſi naſcatur filius maſculus ex vxore relicta grauida, filius habeat duas tertias, id eſt octo partes de tota hæreditate, & vxor vnam tertiam, id eſt quatuor partes, & per oppoſitum, & fortius non põt idem pater diſponere, quòd ſi filia naſcatur, vxor conſequatur duas tertias, id eſt octo partes, & filia tertiam, quia ad vxorem non pertinet niſi quinta omni caſu, id eſt tam iſto, quàm. ſ. proximo, prout & aliâs regulariter ſecundum prædictas ll. Cùm itaq; teſtator in prędictis caſibus ſimplicibus (vt eſt dictum) non poſſit præfatis modis diſponere ſeparatim per prædictas ll. regias, iunctis ll. vulga. nemo poteſt de lega. primo, & codicillis. §. fina. de lega. 2. & Cerdonem, de ope. liber. vbi probatur: ſcilicet in iſta poſteriore, q; licèt teſtator ſit dominus rerũ de quibus diſponit, pleno & integro iure: non tamen poteſt aduerſus legũ authoritatem diſponere. Et ad id eã legem inter alia iura citat Bald. in l. ea lege, col. 5. C. de condi. ob cauſam. & in l. precibus, col. 15. C. de imp. & alijs, & in ſuo conſilio famigerabili ſchiſma, col. 2. & in duobus ex his locis allegat ad id quod prædixi, ſed in dicta l. ea lege, citat clarius & melius: videlicet, quòd teſtamentum eſt ſeruandũ quatenus lex, & natura ſua patitur & non aliter: ſupereſt igitur, quòd diſpoſitio facta in caſu mixto eſt pariformiter accipienda: & ſic in caſu prædictæ legis ſi ita ſit ſcriptũ, ad iura iſti[9] regni: ſcilicet fo. & Tau. quæ ſunt (vt dixi) in frequentiſsima & aſsidua obſeruatione, adaptato vtroque: ſcilicet filio & filia natis, ambo habebunt æqualiter totam hęreditatem, excepto quinto ipſius, quod applicabitur matri eorũdem, eidemq; vxori teſtatoris, & ſic poterunt agere ad ſupplementũ ſuarum legitimarum vſq; ad concurrentem

Adaptatio caſus illius l. ad iura regni. ea inq̃ q̃ conſuetudine ſunt approbata.

Pręmiſſa ante reſponſionem.

Atten.



tem quantitatem eiuſdẽ quintę partis excluſiuè. Hæc longioribus fortaſſe verbis, quàm expedierat adduxi, quia aliâs de hoc fui interrogatus per quendam iuris peritum acutum virũ & curioſum.

Ad eandẽ l. ſi ita.

Poſſet tamen lex ſæpe allegata trahi ac contorqueri retentis terminis ipſius ad terminos hodiernos, ſeruata inquam prædictarum ll. fo. & Tau. diſpoſitione. Si fortè teſtator habẽs vxorem grauidam inſtituit vniuerſaliter filium vel filiam naſciturum, ſiue naſciturã, & ſi naſceretur filius vltra hoc i. vltra prædictam ſuam inſtitutionẽ in legitima relinqueret ei duas partes ex quinto bonorũ, & matri ipſius eidemq; vxori tertiam: ſi autem filia nata eſſet, vltra ſuam inſtitutionem factam in legitima relinqueret ei tertiam, & vxori matriq; ipſius duas alias tres partes ex eodem quinto, hoc caſu ſi naſcantur filius & filia ex eodem vtero, fiet diuiſio prædicti quinti in ſeptem partes vel particulas, & diſtribuentur inter eos, prout diſponit ſæpe dicta l. ſi ita: nam filius ex quinto feret quatuor, mater duas, filia vnam: vt ſic habeatur conſideratio ad id quod excedit legitimã, id eſt ad quintum, omiſſa conſideratione paternæ legitimæ cuius mater nõ eſt capax: & ita propriè poterit hodie l. illa abſque amphractibus exemplificari & practicari.

Circa eandẽ l. aduertẽtia de lana caprina, aut fumo, vt aiũt.

Secunda aduertentia ad eandem l. per modum dubitationis, adhuc (qđ ſciam) per alios intactæ eſt, an ſtante illius l. diſpoſitione ſi naſceretur vnus poſthumus Androginus ſeu Hermaphroditus quem vocant, pariter inquam in vtroq; ſexu, tam maſculino, quàm fœminino incaleſcens (de quo in alio propoſito Bald. eleganter diſputat, in l. penul. C. de ſuis, & legi. libe. & plenius conſ. 237. incipien. quidam mag. libro. 3.) quid iuris ſit, id eſt quomodo diuideret hæreditatem cũ matre? relinquo rem indiſcuſſam, vtpote admodum difficilem: nec non exorbitantem, ac perquam raró contingentem, argumen. l. nam ad ea. ff. de ll. ſuperſedendũ igitur in ipſius deciſione cenſui, ne de fumo (vt aiunt) diſputare viderer.

Decimus caſus (vt præmiſſa repetam) colligi poteſt, vbi præſumitur inſtitutio, ex his quæ tradit Bart. & poſt eum Bald. & Ange. in authen. vnde etſi parens. C. de inoffi. teſtamen. & Bald. in l. ſi adulta, in quæſtione illa de filio prohibito plus petere, C. de hæredi. actio. vbi ponit, & prædicti etiam habent pro conſtanti, quòd ſi appareat de mente teſtatoris, quòd voluerit rem certam relinquere filio iure inſtitutionis, tunc ex illa coniecturata teſtatoris voluntate, induceretur titulus inſtitutionis. Et hanc mentem ex præfatorum Doctorum traditionibus colligit Cornelius Peruſi. conſi. 35. colum. 3. nume. 9. volu. 2. vbi allegat in ſimili gloſ. notab. de qua ſuperius mẽtio eſt habita, in prænotata l. quoties, C. fami. herciſcun. Quanquam non eſt omittendum, quod contra Bald. tenet ibi Salice. & Ioan. de Imo. in l. his verbis, ȷ. hoc tit. de hæredi. inſtituen. colũ. penulti. & in cap. Raynuncius. 4. char. de teſta. Sed opinio Bald. & aliorum eſt verior & communior, ſecundum Docto. in locis præfatis.

Magis cõis & verior opi. cũ Bald.

Vndecimus elicitur ex his quæ tradit Iaſ. in authen. nouiſſima. C. de inoffi. teſtamen. nume. 34. licèt non decidat. Sed tenendo opinio. Bald. contra Barto. in l. illa inſtitutio. ȷ. eodem ſatis colligitur illius caſus deciſio. vi. ibi Ioan. de Imo.

Duodecimus caſus tacitæ ſeu fictę inſtitutionis poteſt conſiderari, quia

 licèt

licèt inſtitutio ſolo nutu facta regulariter non teneat, vt in l. iubemus, vbi gloſ. & Doctores, C. de teſtamen. etiã ſi teſtator eſſet miles. l. in fraudem, §. primo. j̃. de mili. teſtamen. & notat Alexan. in l. diſcretis, C. qui teſtamen. facere poſſ. Tamen ſi teſtator priuſquam proceſſiſſet ad expediendum nutum, pluries dixiſſet ſe velle talem inſtituere, inſtitutio poſt modum nutu facta valeret, nutu inquam ſubſequuto poſt alterius interrogationem ſecundum Ioan. And. in addi. ad Spe. in titu. de teſtamẽ. §. in primis, quem in id refert Ioan. Bertha. de Firmio. in reperto. in parte, inſtitutio nutu, ſed perperam: quia Ioan. And. ibidem nõ loquitur in teſtamento per nutum facto: ſed quando fit ad interrogationem alterius, & teſtator reſpondet quòd ſic. qui eſt caſus glo. in præfata l. iubemus, de qua fuit ſuprà plenè traditum. Nec non alio reſpectu Bertha. malè conſiderat in hac ſpecie, nam ſi teſtator (vt ipſe fingit eam) pluries dixiſſet, ſe velle aliquem, ipſum nominando, facere hæredem; illud ſolùm ſufficeret, ſi quando id enunciauit fuiſſet paratus teſtari, neque eſſet opus tractare de aliqua interrogatione præcedente vel nutu ſubſequente, vt ſuprà eſt traditum in verſicu. deinde dubitatur, qualiter & quibus verbis ad finem num. 678. dum citauimus dictam l. Pamphilo, §. propoſitum, & Paulus de Caſt. conſi. de quo ibidem.

Taxatur Io. Berthachinꝰ in duobus.

Tertiuſdecimus caſus colligitur ex l. Titius. §. Lucius. s̃. de libe. & poſthu. Qui caſus in ſuis terminis non reperitur alibi, ſecundum Bald. Albe. & Ioan. de Imo. poſt Dy. ibi, & Ange. in l. qui in vtero, la. 1. ff. de ſtat. ho. & in l. quoniam ſororem, C. de iure delibe. vbi inſtitutio facta de poſthumo naſcituro porrigitur ad iam natũ ignorante teſtatore. Quo tex. iuncta l. placet, eodem titu. innixus Pau. de Caſt. conſilio. 409. prima parte eleganter conſuluit, quòd ſi teſtator hoc modo diſponeret, vt ſi vxor eius apparuerit poſt obitum ipſius eſſe prægnans, ſeu ita manſerit tempore obitus ipſius, inſtituebat talem poſthumum ex ea naſciturum, & illa peperit, quòd licèt tempore teſtamenti non eſſet prægnans, ſi tamen ante mortem teſtatoris eiuſdemque viri qui deceſſit cum eodem teſtamento ex eo fuiſſet effecta grauida, ac poſt ipſius obitum enixa eſſet, partus ille comprehenderetur ſub tali inſtitutione, & non cenſeretur præteritus, vt per ipſius natiuitatem teſtamentum rumperetur, per rationes de quibus ibi per eum, præter illos text. Et licèt caſus videretur in ſe clarus, tamen nõ defuerunt qui multo tempore antea conſuluerint oppoſitum, prout fuit Ioan. de Amelia, contra quem in ijſdem terminis (licèt de eo Paulus non meminerit) Bald. conſuluit conſilio. 134. volu. 4. vt verum ſit quod vulgo inter omnes prouerbialiter iactatur, nihil in iure ciuili non controuerſum, quod effluxit ab eo quod pulchrè dicit Imperator Iuſti. in authen.

Caſus non alibi.

Quartuſdecimus caſus deducitur ex l. fina. C. de poſthu. hære. inſti. vbi inſtitutio facta de eo quem teſtator putabat naſciturum poſt mortem intra decem menſes, extenditur, præter eius propoſitum ad iam natum in vita, ſecundum communem lectu. gloſ. ibidem, gloſ. fina. in princip. declaratam vt per Alexan. & recentiores ibi poſt antiquos. De quo puncto latius tradam. j̃. iſto titu. in l. poteſt, poſt Barto. ibi.

Quintuſdecimus caſus ponitur in l. prima, §. ſi autem. j̃. iſto titu. vbi ex præſumpta & coniecturata mente defun-



defuncti ſuppletur verbum perficiẽs inſtitutionem, id eſt orationem qua talis inſtitutio comprehenditur, prout in illa oratione imperfecta, Titius hæres, ſuppletur verbum eſto: & ad illam imperfectam, Lucius eſto, ſuppletur hæres, vt. s̃. extitit declaratum poſt Bald. & Pau. s̃. in verſi. ruſſus ad præfatæ, nume. 156. cum duobus ſequen. Cùm itaque ſuppleatur ibi tale verbum, quòd ſi non ſuppleretur, inſtitutio maneret imperfecta, ac proinde nulla, ſatis dici poteſt tota inſtitu-
178 tio præſumpta, † cùm ſit actus voluntatis indiuiduus, & non poſſit pro parte eſſe validus. l. furioſum, vbi id notant Cynus Bald. & alij. C. qui teſtamen. facere poſſ. & l. nam abſurdum, ff. de bon. liber. l. eum qui. §. pro parte, ad finem. ff. de his qui. vt indig. nam validitas teſtamenti ſtat in vltimo puncto indiuiſibili. l. ſi is qui. s̃. de teſtamen. l. vnum teſtamentum, vbi Bald. in epitome eo. titu.

Sextuſdecimus caſus in cap. cùm tibi, de teſtamẽ. vbi diſpoſitio ad pias cauſas valet, etiam ſi non ſit expreſſim facta hæredis mentio, ſed tantum commiſerit teſtator voluntati alterius, executiuæ inquam, bonorũ ſuorum diſtributionem. Ratio fallentiæ poteſt eſſe, quia hæredes qui poſtea declarabuntur per commiſſarium, cẽſebuntur ab ipſo principio hæredes ſcripti, ſeu nuncupati, id eſt nominati per ipſum teſtatorem, ſecundum vnum intellectum illius decretalis. Vel ſecundum alium, quia idem commiſſarius ſuſtinet vices hæredis: ſicq; effectu talis diſpoſitio vltima, non cẽſetur eſſe nuda ab hæredis inſtitutione, licèt ipſa inſtitutio fuerit quodam modo occultata, velata, implicita, & tacita. De cuius decretalis intellectu remitto ad ea quæ plenè tradidi in l. ſi quis Titio, verſicu. & quatenus Barto. hîc. j̃. de lega. 2. num. 21. in mea lectura ordinaria, vbi plura admodum notanda inuenies ad illius decretalis intelligentiam diſcuſa. Et hanc fallẽtiam retuli. s̃. ad principium interpretationis deſcriptionis retro expoſitę, atque enucleatæ, quam poſui de inſtitutione, nu. 15.

179 Decimuſſeptimus idemq; vltimus caſus pronunc † deducitur ex deciſione expreſſa poſita per Bald. quem ibi Ange. & Ioan. de Imo. ſequitur in l. aſſe toto. s̃. de hæredi. inſtituen. dum inquit, quòd ſi teſtator inſtituat hæredem illum qui reperietur ſcriptus in quadam ſcheda exiſtente in tali loco, vel apud certam perſonam, talis inſtitutio valet facta relatione ad perſonam, quæ per eandẽ ſchedulam poſt ea patefiet: quamuis à principio fuerit obſcura, & quodammodo incerta ac tacita. Et idem etiam neminem referens tenet Paulus de Caſt. in l. ſi ita ſcripſero. j̃. de condi. & demonſtra. imò in l. hæredes palàm, in princip. vbi etiam Areti. s̃. de teſtamen. nam in dicta l. ſi ita ſcripſero, aliud videtur voluiſſe: ſed non eſt curandum. Et de hac deciſione memini etiam ſuprà in alio tamen propoſito: & vltra ibi allegata, addo deciſionem Neapoli. idem tenentem quæ eſt. 144. ante finem. Et vt ſemel hanc rem finiam, per hos caſus poteſt verificari tacita inſtitutio, in pluribus eorundem propriè & ſtrictè, & in quibuſdam largè & impropriè: tandem tandem omnibus his caſibus hæres eiuſmodi tacitè inſtitutus ſuccedit ex teſtamento. Nec eos ſigno pro caſibus fallentiæ ad aliquam regulam (quia de illa re non agitur in præſenti) ſed eos hîc cumulaui loco ac vice exemplorum ad tacitam aut velatam inſtitutionem

Aduertẽtia ſupradictorum declaratoria.

 ſiue

ſiue ſit præſumpta, ſiue ficta. Et hæc quæ in hoc tradidi articulo ſunt inſigniter memoranda, vtpote vtilia, & alicubi non congeſta, neque in arctum (prout hîc) redacta, neque ita dilucidè explicata. Quanquam alia conſideratione poſſunt dici caſus excepti ab illa regula, hæredis inſtitutioné debere regulariter eſſe expreſſam; quum hæredis nomen neceſſariò ſit per teſtatorem aperto ore enuntiandum vel ſaltem manu propria ſcribendum. vt in dicta l. iubemus. Sed certè iſta inter ſe diſtant ex diametro, & illa non eſt regula horum caſuũ, quia in eis tractatur de expreſſione inſtitutionis in ſubſtantia. i. in ſeipſa, ſed ſecus omnino eſt de expreſſione nominis hæredis, quam oportet interuenire, vt in d. l. iubemus.

Deinde quæri non ab re poſſet in præſentiarum vltimatè, quæ perſonæ non poſſunt facere inſtitutionem hęredis, nam regula eſt in contrarium, & quia in effectu nihil aliud eſſet, quàm quærere, quæ perſonæ prohibeant à teſtando, & eſſet reingredi materiam teſtamentariam, & extrauagari ad titulum de teſtamen. ideo in hoc articulo remitto ad gloſ. ordinariam vbi Barto. Bald. Rapha. Cuma. Paul. de Caſtro, Ioan. de Imo. & Franciſ. Are. de ea re tradunt in l. ſi quæramus, ff. de teſtamen. vbi etiam Alberi. poſt Doctores antiquos de eadem re diſſerit, & idem Albe. in rubri. C. qui teſtamen. facere poſſ. Nam propria & peculiaris materia huius titu. verſatur ſolummodo circa ſubſtantiam ipſius inſtitutionis. Et eadẽ vel pari ratione non attingam aliud dubium: videlicet, quæ perſonæ poſſint inſtitui, & quæ non. Ante tamen quàm hinc diſcedam in præcedente articulo tacto remiſsiuè, qui non poſ-

Circa quid verſetur propria, ac peculiaris materia huius tit.

ſit teſtari. &c. obiter ac breuiter inſtabo duntaxat circa vnum: ſcilicet circa filiumfamilias teſtari prohibitum iure communi. l. qui in poteſtate, in princip. & l. filiusfami. & l. ſi filiusfami. ff. de teſtamen. & l. ſenium, C. qui teſtamen. facere poſſ. & in §. præter hos, inſtitut. quibus non eſt permi. fa. teſtamen. eſt enim ei poteſtas patria impedimento, quia vt inquit Albe. in dicta l. qui in poteſtate, ad finem, tam plena & ſolennis voluntas prout eſt teſtamentaria, nõ cadit in perſonam non integram, prout eſt is qui alieno iuri ſubiectus eſt, adeò quòd perſona talis non poteſt diſponere inſtituendo hæredem, vel aliter teſtando, etiam cum permiſſu, voluntate, & cõſenſu illius cuius in poteſtate eſt, vt ijdem text. ibi dicunt: licèt ſecundũ gloſ. ibidem poſsit cauſa mortis donare, cum ipſius voluntate & conſenſu, vt in l. tam is, §. primo. ff. de dona. cauſa mor. Rationem differentiæ ponit ibi gloſ. quam etiã ſimul cũ alia ratione ponit gloſ. in l. ſenium, C. qui teſtamen. facere poſſ. & eam ibi ſubdeclarat aptè Pau. de Caſt. quem vide, tandem trãſit cum ſecunda ratione, quæ eſt tutior. Sed vtrãq; rationem aptius declarat, nec non defenſat Bald. in d. l. qui in poteſtate, qui melius & notabilius cæteris loquitur circa prædicta. Sed quicquid ſit de iure communi, & iure ll. partita. cum eo cõcordante, vt in l. 13. in princip. titu. pri-
180 mo, parti. 6. † iure hodierno per l. 5. Tau. ſtatuitur cõtrarium: & ſic quòd filiusfami. aliâs habens ætatem legitimam ad teſtandum poteſt teſtari ſine impedimento poteſtatis patriæ. Quam tamen legem ſemper intellexi, quòd filiusfami. poſsit teſtari in vniuerſum, id eſt quoad proprietatem & vſumfructum de bonis in quibus patri

Atten.

Aduerte.



patri non acquiritur vſusfructus, ſiue ſint habita iure communi inquam à
181 patre, † per donationem inter viuos ab illo eidem factam cum iuramẽto: quo caſu ab ipſo initio donatio eſt valida, etiam de iure communi ſecundum Doctorum cõmunes ſententias varijs in locis iuris ciuilis & canonici, quæ omnibus ſunt obuia, vel iure reg. fortè donauerat abſq; iuramento per modum meliorationis expreſſæ vel ſimpliciter, & ſic tacitè ſubſequuto actu vero vel ficto poſſeſſionis translatiuo, irreuocabilitatem inducente, & etiam abſq; illo, ſi non pœniteat patrem meliorantem vſque ad eius obitum. Aut ſi ſunt bona caſtrenſia, vel quaſi, vel ſunt aduentitia, in quibus patri nõ quæritur vſusfructus, de quibus tradit gloſ. ordina. & magiſtra. in authen. Item excipitur, C. de bo. quæ libe. ſecus ſi haberet in eis vſumfructum prout regulariter habet, iuribus vulgaribus: quia eo caſu etiam hodie non poſſet teſtari patre ſuperſtite: niſi duntaxat de ſola proprietate tertiæ partis bonorum, quam habet ſolam mortis tempore, per l. ſextam in ijſdẽ legibus, & vſusfructus illius tertię vnà cum alijs duabus partibus, quas pater hodie per eãdẽ l. pro ſua legitima debet conſequi, remanebit iure pleno apud ipſum patrem, vſusfructus inq̃ tertiæ quandiu vixerit. Ad quod tenẽdum moueor deciſione Bald. in l. ſi quæramus, ff. de teſtamen. in fin. (cũ qua tacitè conſentiunt Doctores ibi, ex quo eam non improbant. l. item quod, aliâs, vt Sabinus in fin. ȷ̄. eod.) vbi Bald. inquit, quòd licèt valeat ſtatutum (& à fortiori præfata l. Tau.) diſponens, quòd filiusfami. poſſit teſtari, vt ibi etiam tenet Barto. illud tamen (ſecundum eum) eſt intelligendum abſq; præiudicio iuris vſusfruct⁹,

Aduerte ad ſequentia.

quod pater habet in ipſius filij bonis: quia (vt ille ait) de iure ſuo, non de alieno teſtandum eſt. Citat l. cùm maritus. §. fina. ff. de pactis dota. & l. ex facto, in princip. ȷ̄. titu. primo, de vulga. & pupi. & l. vxor patrui, C. de lega. & hanc Bald. deciſionem allegat, & ſequitur Ange. de Aret. in tractatu de teſtamen. colũ. 3. & eam intelligit explicitè, prout dixi, in iure vſusfructus, id eſt dempto tali iure: & ſic eo caſu quo propriè Bald. loquitur, vt patet ex allegatione quam de l. vxor patrui, vt prædixi facit. Et ſi fortè dicatur, quòd ex quo per legem ſextam in eiſdem ll. Tau. competunt ſiue deferuntur patri pro ſua legitima duæ partes de hæreditate filij: ergo non videtur fieri patri præiudicium, ſi filius teſtetur de integra tertia bonorum, id eſt quoad proprietatem, & vſumfructũ. Sed ad hunc obicem dicitur, quòd nõ ob id per l. illam ſextam, videtur adimi vſusfructus formalis ſemel acquiſitus patri in bonis filij aduẽtitijs, dum vixerit. Et licèt hoc cunctis pateat, quia tamen aliâs fuit controuerſum, oſtendam rationibus vrgentiſſimis atque adamãtinis iſtud inconueniẽs, non tam frigidum & friuolum, quàm ineptum nugamentum eſſe.

Tollit̃ obex licèt in ſe admodum friuolus.

Primò quia l. illa ſexta inducta fuit ad augendam ac deſignandam legitimam parentum in bonis deſcendentium: ergo non eſt interpretanda, vt voluerit operari diminutionem iuris vſusfructus, qui parenti ſuperfuit, in tertia parte bonorum reſidua, quem prius habuerat ſolidum & integrum in omnibus bonis aduentitijs ipſius deſcendentis, ex maxima regulari apud omnes protrita, quæ deſumitur ex l. legata inutiliter. ȷ̄. de lega. primo, vbi recentiores poſt Alexan. & Aret. multa de hac re congerunt prout ecõ-



trario

ratio eſt etiam regula, idem per op-
poſitum diſponens de diminutione
ad augmentum, in l. legata inutiliter,
ff. de adimen. lega.

Secundò, quia cùm iſte caſus ſit o-
miſſus per eandem l. Tau. ergo ma-
net in diſpoſitione iuris communis,
iuribus vulga. quæ eſt ea quam præ-
dixi, quòd filiusfami. valens teſtari vi-
gore legis vel ſtatuti de quibuſcunq;
bonis, non poteſt teſtari in præiudi-
cium iuris patri competentis, vt in-
quit vbi ſuprà Bald. & alij poſt eum.

Tertiò, quia pater conſequitur por
tionem legitimã in bonis filij iure ſan
guinis. l. nã etſi parentibus, ff. de inof-
fi. teſtamen. & in authenti. de hære.
& fal. §. ſecundo, coll. prima, ſed vſum
fructum conſequitur ratione legi-
timæ adminiſtrationis, & induſtrialis
bonorum. l. prima, C. de bon. mater.
& ſic de vno ad aliud vtpote ſepara-
tum non poteſt fieri illatio, neq; ex-
tenſio. l. Papinia. exuli, in princi. ff. de
mino. l. ſi maritus, la. 1. C. de dona. in-
ter vir. & vxorem.

Quartò, quia pater habet vſum-
fructum à lege ſibi conceſſum in o-
mnibus bonis filij aduentitijs in pote-
ſtate existentis, & legitimam in bo-
nis eiuſdem debet habere in proprie-
tate & vſufructu, vt in authen. vnde
etſi parens. C. de inoffi. teſtamen. er-
go duæ partes bonorum filij, quæ per
prædictam l. ſextam Tau. competunt
eidem patri pro ſua legitima debent
competere quoad vſumfructũ & pro
prietatẽ: & ſic neceſſariò manet vſuſ-
fructus patri in tertia bonorum parte
reſidua, cùm ſit formalis, & conſequẽ
ter omnino diſtinctus ac differens ab
vſufructu cauſali, quem debet habere
in alijs duabus partibus reſeruatis ſibi
per eandem l. pro legitima.

Quintò adaptatio quã ſuperius fe-
cimus reſtringendo prædictã l. quin-
tam, per eandem deciſionem Bal. cõ-
probatur ſic. Nã prædicta l. ſexta Tau.
iuncta eadem lege quinta concedũt
filiofami. vt poſſit viuente patre teſta
ri, vſq; ad certam bonorum eiuſdem
filij quotam, id eſt tertiam, & debent
intelligi, vt teſtari poſſit ſecundum re
gulas iuris communis, ſecundũ Bald.
in l. ſi quando, per text. illum in prin-
cip. C. de inoffi. teſtamen. ſecunda, ter
tia oppoſi. Ad quod facit l. quinta, tit.
primo, part. 6. Regula autem iuris eſt,
quòd princeps nunquam videtur per
ſuum reſcriptum, aut legem, pragma
ticam ſanctionem, ſiue mãdatum tol-
lere ius alteri⁹, id eſt tertij. l. nec auus,
C. de emanci. libe. & l. fina. vbi Barto.
Bald. & reliqui poſteriores. C. ſi con-
tra ius vel vti. pub. cum alijs: ergo per
eaſdem ll. Tau. non cenſetur deroga
tum iuri vſusfructus patri competen
ti in tertia bonorum parte reſidua: Et
hanc rationem ſentit Bald. in præno-
tata. l. ſi quæramus, dum citat l. ex fa-
cto, in princip. ff. titu. primo, de vulga.
& pupi. ſubſt. qui text. commendatur
ibi per Bald. & recentiores in illis ver-
bis, [Nec enim aut patrem, aut princi
pem de hoc caſu cogitaſſe veriſimile
eſt, vt eum qui poſtea naſceretur ex
hæredaret.] iuncto verſic. §. proximò
182 præceden. [etenim. &c.] ad hoc, † q
voluntas principis in dubio intelligi-
tur eſſe talis qualis eſſe de iure debet.
Quod facit optimè pro gloſ. ordina.
in cano. paratus. 23. quæſtione prima,
quam commendat Old. conſi. 268. ad
183 fi. quæ vult, † q verba legis vel reſcri-
pti debẽt eſſe ęquitati cõformia, licèt
ex ipſorum proprietate id ſignificare
nõ patiantur, quam gl. ſolennem nun
cupat Iaſ. in ea. l. ex facto, in princip. 4.
notabi. & in l. quanquam, C. de teſta.
mili. Facit etiam quod ex eadem met
litera



litera notatur per eoſdem & alios Do
184 cto. ſcilicet † quòd reſcriptum princi-
pis debet interpretari ſecundum ius
cõmune, pro gloſ. in cap. cauſam quę,
de reſcriptis, & in cap. contra eum, de
regulis iur. libro. 6. quod recidit in idẽ
cum ſuperiore notabili. Vnde non in
concinnè Bald. inquit in l. prima, no-
185 tabi. 4. C. de ll. † quòd priuilegia, cæte
raque principum placita non ſunt ab
ſolutè interpretanda, ſed ſanè, propriè
& benignè accipiẽda: quæ omnia ap-
poſitè, & affabrè cõferunt rei de qua
agimus.

Sextò ad id tenendum moueor,
nam etiam ante l. ſextam Tau. §. alle-
gatam debebatur patri legitima in
bonis filij, tam de iure. ff. quàm C. &
authen. approbato per legem partit.
§. allegatam: & tamen nihilominus
hoc ſtante & ſuppoſito Bald. & Do-
cto. eum ibi in dicta l. ſi quæramus, ſi-
lenter ſequentes: inter quos Rapha.
Cum. clarius remittit ſe in effectu ad
eundem Bald. dum dicit, in alijs dic vt
per Doct. hîc & Ang. Are. vbi. §. volũt
filiumfa. poſſe teſtari ſolummodo iu
re tertij. i. patris, ſaluo, id eſt abſq; eius
pręiudicio, hoc eſt abſque præiudicio
vſusfructus patri in bonis filij compe-
tentis, ſtante inquam prædicto ſtatu-
to idem quod prædicta l. Tau. diſpo-
nente: ergo idem punctuatim ea le-
ge Tauri exiſtente hodie dicendum
eſt reſpectu tertiæ partis bonorum re
ſiduæ, quæ per eãdem l. Tau. ſuccedit
in locũ aliorum bonorum reſiduorũ,
quę erant extra legitimã ſecundũ an
tiqua iura (antiqua iura voco omnia
vſque ad prædictam l. quintam Tau.
excluſiuè, ſiue digeſtorum, ſiue C.
ſiue authenticorum, ſiue aliarum le-
gum iſtius regni ante editionem præ
dictarum legum Tau. quæcunque
vel quantacunque fuerit legitima.
& ſic patet, quòd id quod Doctores
præfati. ſ. Bald. & ſequaces dicunt re-
ſpectu aliorum bonorum reſiduorũ
à legitima in quibus ipſi loquuntur
in caſu ſtatuti per eos præſuppoſiti,
habet locum punctuatim, concinnit
que affabrè, & (vt aliâs dicit) adamuſ-
ſim quadrat hodie in tertia bonorũ
parte, reſidua extra parentum legiti-
mam, quæ legitima per eandem le-
gem ſunt duæ partes bonorum ipſo-
rum parentum.

De eadem re ſublatio obicis.

Non obſtat huic noſtræ conſide-
rationi & adaptationi, ſi fortè dica-
tur quòd in dicta l. ſexta diſponitur,
quòd aſcendentes legitimi ſuccedũt
ex teſtamento & ab inteſtato eorum
deſcendentibus, & ijſdem ſint hære-
des & ſucceſſores legitimi, prout ecõ-
tra per hæc verba. [En todos ſus bie-
nes de qualquiera qualidad que ſean
en caſo que los tales deſcendientes
no tengan hijos o deſcendientes legi
timos: o que ayan derecho de here-
dar. Pero bien permittimos que no
embargante que tengan los dichos
aſcendientes, que en la tercera par-
te de ſus bienes puedã diſponer. &c.]
& cùm ſuprà proximè in hac l. dica-
tur, [de qualquier qualidad que ſeã.]
ergo prædicta clauſula videtur debe-
re repeti ad illa verba inferiora ſuprà
proximè relata: ſcilicet, [que en la ter
cera parte de ſus bienes. &c.] vt pari-
formiter intelligantur, cuiuſcunque
fuerint qualitatis: & ſic quoad proprie
tatem & vſumfructum inſimul.

Reſponſio prima.

Sed ad hoc reſpondetur primò, q
verba illa pręcedentia [de qualquie-
ra qualidad] non aptè repeti poſſunt
ad illã inferiorẽ clauſulã, quia repeti-
tio nunquã fit quando vitiaret, Barto.
per text. illũ in l. cũ vulgari, ff. de dote
prælegata. Sed ſatis diceretur vitiare,
quum ſeu quando ſi repetitio fieret,

reſultaret quippiam contra omnia
iura & conſiderationes ſuprà citatas,
& deductas:ergo non eſt facienda.

Secunda reſponſio.

Secundò reſpondetur, quòd etiam
ſi illa verba reperterentur ad clauſu-
lam prædictã inferiorem, & ſic quòd
in clauſula ſequenti coniuncta præce
denti per repetitionem decideretur,
quòd filius poſſet diſponere de tertia
bonorum ſuorum parte, cuiuſuis qua
litatis.&c. deberet intelligi ſaluo ter-
tij præiudicio in teſtando & ſecũdum
iuris regulas, vt in prædicta l. ſi quan-
do, vbi Bald. quem ſuprà allegaui pri-
ma, tertia oppoſi. vbi id colligitur, &
præſertim quia verba ibi adhuc ſunt
magis præciſa, quàm verba in dicta l.
ſexta Tau. poſita. Nam dicunt quòd
liberè diſponat quis teſtando, & ta-
men intelliguntur nihilominus eo
modo quo ſuprà dictum eſt, videlicet
abſque tertij præiudicio, ac ſecũdum
iuris regulas. Præſertim, quia in ea-
dem l. ſexta dicuntur prædicta verba,
[La tercera parte de ſus bienes] & ſic
loquuntur propriè, id eſt quãdo ſunt
ſua prædicti filij teſtantis quoad ple-
num dominium: eo enim caſu liberè
poſſent deſcendentes teſtari: quoniã
aſcendentes non haberent in prædi-
ctis bonis aliquid iuris: ſed tamen in
propoſito de quo loquimur, aſcendẽs
habet ius vſusfructus formalis ſepara-
tum & diſtinctum à proprietate in
prædictis bonis aduentitijs filio com-
petente: ergo ſola & nuda proprietas
eorundem bonorum pertinet ſolum
modo ad filium, dum pater vixerit, &
conſequenter interim ſola proprietas
dicuntur bona filij, & de his teſtari po
teſt ſolummodo, & non vltra per ea-
dem verba eiuſdem. l. recitata. ſ. [Sus
bienes.] nam ſi filius proprietarius bo
norum aduentitiorum moritur vi-
uo patre, penes eundem patrem vi-
uentem manet idem ius pręfati vſuſ-
fructus formalis, vt in l. 3. 2. reſponſo.
C. de vſufructu, quod quidem ius eſt
pars integralis pleni dominij. l. 4. ff. de
vſufructu iuncta gloſ. 2. ordina. illud
declarãte, in l. rectè dicimus, ff. de ver-
bo. ſignifica. quam Barto. reputat po-
tiorem iuris in l. Meuius. §. fundo, col.
vlti. de lega. 2. & tradit idem Bart. vbi
Docto. ſignanter Are. Alexã. & Clau.
in l. ſi quis, vi. §. differentia, ff. de ac-
quiren. poſſ. & idem Barto. Ang. Pau.
de Caſt. & Alexan. cum Iaſ. in l. qui
vſumfructum, ff. de verbo. obliga.

Tertia reſponſio.

Tertiò reſpondetur quòd etiam fa-
cta relatione prædictæ clauſulæ præ-
cedentis ad ſequentem probatur ibi,
& quidem non inefficaciter, conſide
ratio noſtra de qua agimus. Nã ſi ver-
ba illa. ſ. recitata, [Pueda diſponer de
la tercera parte de ſus bienes, de qual-
quier qualidad que ſean.] iungãtur ſe
quenti clauſulæ: ſcilicet dum dicitur,
[que en la tercera parte de ſus bienes
puedan diſponer.&c.] videlicet, [de
qualquiera qualidad que ſean. &c.]
prout. ſ. in præcedenti clauſula illa li-
tera ſuperior dicit: ergo vult, quòd ſi-
ue filius vel alius deſcendens habeat
plenum dominium bonorum quoad
vſumfructum nec nõ proprietatẽ, vt
quando talis filius eſt de deſcendenti
bus, non exiſtẽtibus in poteſtate aſcẽ-
dentium, vt quia filius emancipatus,
vel hodie coniugatus, & velatus, aut
nepos deſcẽdẽs ex eodem filio poſt
velationẽ patris & matris, ſiue habeat
ſolam proprietatem, vt eſt quando in
poteſtate aſcendentis cui competit
vſusfruct⁹ in bonis ipſius aduentitijs,
ſemper habeat facultatẽ teſtãdi, diuer
ſimode tñ. i. referẽdo ſingula ſingulis.

Reductio ad incõueniẽs.

Aliàs ſi aliud dicerem⁹, ſequeretur ꝙ
ſæpe dicta l. quinta cenſeretur con-
ceſsiſſe filio facultatem teſtandi de re
aliena,



aliena, id eſt de vſufructu ad patrem
pertinente, contra iura dicentia de re
aliena quem non poſſe teſtari, authẽ.
ingreſsi, ad finem. C. de ſacroſanct. ec
cle. & ſic videretur lex illa dediſſe fa-
cultatem teſtandi contra iuris regu-
las, quod non eſt veriſimile, neque a-
ſtruendum. Et vltra prædicta, quòd

Ad eandem rem.

iſte pater vſufructuarius reſpectu v-
ſusfructus formalis quem ſolum ha-
bet, cenſeatur habere dominium, id
eſt cenſeatur dominus vſusfructus,
ita vt dicatur res aliena reſpectu ha-
bentis proprietatem ſolam, eſt gloſ.
nota. generaliter dicens, † quòd in
186 incorporalibus licèt non ſit dare poſ-
ſeſsionem (ſupple propriam) dominiũ
tamen ſic. gloſ. in l. naturaliter, §. nihil
commune, in gloſ. prima. ff. de acqui-
ren. poſſeſſ. pro qua Bartol. Ioan. de
Imo. Pau. de Caſt. Alexan. Iaſ. & recẽ-
tiores allegant bonum text. in l. qui
vſumfructum in vlti. verſicu. ff. ſi vſuſ-
fructus petatur. ex quo text. idem
notat Bald. quòd eſt reperire directũ
dominium vſusfructus. Ad idem bo.
text. in l. ſed etſi poſſeſſori. §. item ſi iu
rauero, ff. de iureiuran. quem in id cũ
dicta l. qui vſumfructũ, Bald. allegat in
margarita in parte vſusfruct⁹ el. 3. Ad
idẽ tex. aliàs (quod ſciã) in id minimè
allegatus in l. obligationum ſubſtãtia,
in princip. ff. de actio. & obligat. Cùm
ergo ita ſe res habeat, quòd pater vſu-
fructuarius in bonis filij aduentitijs,
habeat ſecundum gloſ. prædictam do
minium verum & proprium in ipſo
iure vſusfructus, quoad quid inquam
in caſu illius l. prout Bald. declarando
illum text. etiam dicit, & ſuprà retuli
in dicta l. qui vſumfructum, & filius
habeat eorundem bonorum nudam
proprietatem, & ſic dominium dire-
ctum ſolum, & ſeparatum, ab vſufru-
ctu: ergo liquidò apparet vtrunque,
id eſt patrem & filium habere diuer-
ſimode alterutrum dominium, id eſt
ſeparatum diuerſis reſpectibus: ſcili-
cet patrem proprietatis nudæ, & filiũ
vſusfructus: & vnumquodque de per
ſe eſt ſemiplenum: neque hoc caſu in-
conuenit pręſupponi in eadem re plu
ra dominia, licèt plenum ſit vnicum,
& in eo non cadat multiplicatio. vul-
gata lex ſi vt certo, §. ſi duobus vehi-
culũ, ff. cõmo. l. 3. §. ex contrario, ff. de
acquiren. poſſ. Quo ſtante, neceſſariò
conſequitur, quòd illa verba legis
Taurinæ, etiam coniunctis præfatis
clauſulis præcedente & ſequente.
[Pueda diſponer de ſus bienes đ qual
quièr qualidad que ſeã. &c.] non poſ-
ſunt aliter intelligi, niſi de ſola nuda
proprietate tertiæ partis aduentitio-
rum: nihil enim amplius tẽpore mor-
tis filius habet in ijſdem bonis præ-
ter ſterilem & nudam proprietatem,
id eſt ſimplex dominium directũ &
nudum ab vtili & proprio quod vſuſ-
fructuarius habet in iure vſusfructus
ſeiunctum diſcretum ac ſeparatũ. In
his itaq; ſolis bonis & non in alijs illa
verba ſunt verificabilia.

Atten. ad c. fi. de iudi.

Sed priuſquam hinc abeam, adij-
ciam his quæ. ſ. proximè dixi, videri
prima inſpectione mirũ, quare dicta-
187 tor decretalis † vltimæ, de iudi. loquẽ
do in iure eligendi rectorẽ, nominet
proprietatẽ ipſius iuris, & addat, [vel
quaſi proprietate.] cũ ſecundum glo.
in d. §. nihil cõmune, in illo iure incor
porali detur verum & propriũ domi-
nium directũ, & ſic proprietas prout
datur in rebus corporalibus, nõ ergo
conſideratur in illis iuribus quaſi pro
prietas, cùm eſſet repugnantia euidẽs
dare cõcurſum illarũ. ſ. proprietatis &
quaſi reſpectu eiuſdẽ rei, quẽ cõtrario
rũ in idẽ cõcurſũ & naturaliter & ciui
liter eſſe impoſsibilẽ ĩ eodẽ ſubiecto,
nemo

Declaratio illius decreta in illis verbis, quaſi ꝑprietate.

nemo eſt qui neſciat. Sed dicendum eſt, quòd cùm ibi text. loqueretur de iure eligendi ſpirituali vel eccleſiaſtico, addidit lex illa canonica de quaſi proprietate per modũ correctionis ſequẽdo Iuriſconſultũ q. idẽ in ſimilibꝰ terminis, id eſt in iuribus ſacris, & religioſis facit, in l. 2. §. quædam. ff. de interdictis, in quibus non poteſt cadere vera proprietas, neque propriè dominium, tamen cadit impropriè.

De eadẽ re declaratio ad verba illa. Como ſi ſtuuieſſe. in d. l. 5. poſita.

Non etiam obſtat, (vt ad ſuperiora redeam) eadem lex. 5. quam verſamus, in illis verbis. [Como ſi eſtuuieſſe fuera de ſu poder. &c.] Sed ita eſt, quòd ſi filiusfamiliâs eſſet extra poteſtatẽ patris, poſſet liberè teſtari, vtpote dominus plenus rerum aduentitiarum de quibus teſtatur, vt modò dixi: ergo videtur contra prædicta. Sed ad hoc

Reſponſio prima.

reſpondetur, quòd verba illa debent intelligi quoad habilitatem perſonæ quantum ad actum teſtandi, prout loquitur prædicta l. ſi quando, in princi. vbi Bald. in præallegatis, prima & tertia oppoſitionibus, non autem intelliguntur reſpectu ipſorum bonorum. quod patet, quia in eadem conceptione & oratione verborum facultas ſeu poteſtas teſtandi, nec non fictio ſimilitudinaria continentur. dum ibi dicitur, [Pueda hazer teſtamento como ſi eſtuuiera fuera de ſu poder.] Et ſic, vt proximè dixi, ſolummodo loquitur quoad perſonæ habilitationem, quoad poſſibilitatem vel potentiam teſtandi, & nihil dicit de bonis. Et quanuis in l. ſexta ſtatim ſequente fiat mentio de bonis: non tamen repetitur ibi clauſula prædicta, [Como ſi eſtuuiera fuera de ſu poder.] Vel po-

Secunda.

teſt dici ſecũdò, quòd verba eiuſdem clauſulæ potius probant intentum meum, quàm aduerſentur eidẽ. quod ſic oſtenditur. Nam quatenus lex illa vult, quòd filiusfamiliâs poſſit teſtari liberè, ac ſi eſſet paterfamiliâs, vult quòd teſtetur de bonis quæ tempore confectionis teſtamenti habeat vt paterfamiliâs, & ſic de bonis proprijs in vniuerſum, vtpote de bonis caſtrẽſibus, vel quaſi, vel de aduentitijs quorũ vſusfructus patri non acquiritur in caſibus ſpecialibus, quos gloſ. tradit in authenti. excipitur, C. de bo. quæ libe. Item de bonis à patre profectis, taliter quòd filio ſtatim in vniuerſum & irreuocabiliter acquiruntur, vt eſt acquiſitio quam facit filius rei ſibi per patrem donatæ cum iuramento: quo caſu vt eſt iam dictum de iure communi ſtatim donatio valet & irreuocabiliter ſecundum communem ſentẽtiam Legiſtarum & Canoniſtarum in locis paſſim omnibus obuijs: vel hodie ſecundum ll. Tau. in donatione ob cauſam meliorationis expreſsè vel tacitè facta. Cæterum ſi filiusfa. teſtetur de bonis ex quibus quomodolibet patri vſusfructus acquiritur, vt ſunt aduentitia, vel à patre in filium profecta titulo donationis inter viuos validæ modis quos ſuprà proximè dixi, ſed tamen cum onere reſeruatiuo retẽtionis vſusfructus, dum pater, idemque donans vixerit. Quo caſu idem iuris eſt quoad rem de qua agimus quod in bonis aduentitijs eſt dictum, poteſt teſtari ſine nocumento iuris vſusfructus patri competentis, & de hoc illa l. vel non loquitur, vel ſi loquitur ita eſt intelligenda vt in proxima ratione ſequenti dicitur. Sicque verba illa rectè intellecta iuuant opinionem noſtram.

De eodẽ ratio vrgens.

Rurſus Colophonis vice, non eſt omittenda in hoc propoſito vna ratio quæ videtur pro opinio. mea ineuitabilis. Nam verba poſita in dicta l. ſexta, dum dicunt, [Pueda diſponer de la



de la tercera parte de ſus bienes.] Si referantur ad bona in quibus habet filius plenum dominium, & ſic in quibus pater non habet vſumfructum, intelliguntur de pleno dominio, vt quã tum ad illud filius poſſit liberè de talibus bonis in vniuerſum diſponere. Sed ſi eadem verba referantur ad bona in quibus pater habet vſumfructũ, debent neceſſariò intelligi, de tertia parte proprietatis bonorum abſtracta ab vſufructu. Quod apparet manifeſtè, quia (vt eſt prædictum) cùm pater ex permiſſione, & conceſſione. l. primæ. C. de bon. mater. habeat vſumfructum in talibus bonis ob adminiſtrationem legitimam per eandem l. ſibi decretam, ratione patrię poteſtatis: ergo conceſſio teſtandi filiofami. nouè per. l. quintam Tau. de tertia bonorum ſuorum parte, nõ poteſt verificari, niſi in ſola tertia parte proprietatis, & coactio vel præceptum factum filio in eadem l. ſexta, videlicet, quòd teneatur teſtari erga patrem de duabus partibus bonorum ſuorum, concernit proprietatem duarum partium: quia cùm pater habeat vſumfructum cũ proprietate in duabus partibus, non eſt opus in vſufructu ſeparato & formali per filium inſtitui: imò neq; poſſet: cùm illum pater habeat coniunctum proprietati iure proprio, id eſt tanquam pater adminiſtrator: & ſic in effectu, & re ipſa filius teſtatur, id eſt poteſt teſtari erga extraneum de tertia parte proprietatis nudæ duntaxat, & erga patrem de duabus tertijs partibus proprietatis plenæ, & ſic diuerſis reſpectibus, vt dixi attenta qualitate perſonarum inſtituendarum per filium, videlicet cõſiderato patre per ſe, & extraneo hærede per ſe, prout regulariter in omni diſpoſitione debent perſonæ conſiderari. l. plenum, §. Æquitij, ff. de vſu & habi. Sic ergo diuerſimode ſiue in diuerſis caſibus relinquitur, id eſt relinqui debet proprietas per filium patri, & hæredi extraneo: patri inquam coniuncta cum vſufructu, & ſic plena: ſed extraneo nuda & ſimplex: & ſic abſtracta ab vſufructu formali, qui debet apud patrem reſidere dum vixerit, & non inconuenit vnam & eandẽ clauſulam, imò vnum & idem verbũ, diuerſis reſpectibus, & propriè, & impropriè capi. vt eſt glo. in l. nec ex prętorio, ad fin. ff. de regu. iur. Ex quibus (niſi me mea fallit opinio, quod minimè reor) apparet verã eſſe opinionẽ, quam in caſu l. quintæ. s̃. dictæ ſuprà firmaui, in qua à multis retro annis ſemper fui, filiumfamiliâs hodie non poſſe teſtari, niſi de proprietate nuda tertiæ partis bonorum aduentitiorũ ad eũ ſpectantis, & quòd vſusfructus illius tertiæ partis, vltra plenam proprietatem aliarum duarum partium eſt apud patrem manſurus. In alijs autem bonis omnibus (vt eſt iam dictũ) quorum proprietas plena pertinet ad filium, vt ſunt profectitia, caſtrenſia, vel quaſi, vel aduentitia in quibus patri non acquiritur vſusfructus, nõ eſt diſtinguenda tertia pars ab alijs duabus partibus, vt eſt iam dictum: ſed poteſt filius plenè & liberè de illa teſtari. Et ita vt. s̃. concluſi circa tertiam partem, aliâs pronuntiaui, à qua ſententia fuit appellatum, & poſt Auditorũ de cauſa cognoſcentium ſuffragia emiſſa cùm fuiſſent pariter aduerſa, fuit facta remiſſio ad aliud palacium quod ſala vulgo vocant, non alia ratione (vt accepi) niſi quòd quibuſdã videbatur rigidum eſſe coarctare facultatem teſtandi per illã l. 5. filio cõceſſam, ad ſolã proprietatẽ tertię partis bonorũ, ex quo alię duæ partes ſolidę, ac pleno iure competebant patri per prędictã legem ſextam quæ illam

ſe-

ſequitur. Sed illa permutatio conficta ac ſatisfactoria (vt ita eam nominem) erat admodum capitoſa, & ſine iuris fundamento: & cùm eſſet æquitas non ſcripta, non eſt habenda in conſideratione, cùm repugnet iuribus & rationibus legitimis. s. ſignatis & deductis. l. prima, cum gloſ. C. de ll. gloſ. & Docto. in l. placuit, C. de iudi. Interim tamen, quòd lis dirimebatur per iudices fuit per tranſactionem finita. Et per hæc imponitur huius rubricæ commentario terminus. & ſequitur relectio ſcholaſtica in l. 3. §. qui fideicommiſſariam, eodemque vlti. j. iſto titu.

Summa



# SVMMA EORUM quæ in hac prelectione continẽtur.

1 AGITVR hic amplè de intell. ac euiſceratione difficilis. l. fundo mihi legato, ff. ad l. fal.

2 Semel effectus dominus uel hæres, ex una cauſa, uel tit. non poteſt amplius effici hæres, uel dominus ex alia, uel alio.

3 Dominium eſt plenitudo quædam, ideoq; nõ poteſt recipere alterius dominij uel iuris concurrentiã. Idem in iure hæreditario ſolido & in libertate ex manumiſſione, aut aliter iam competente, dicendum eſt, facta relatione ſingulorum ad ſingula.

4 Rei perfectæ nihil põt addi, aliàs eſſet imperfecta.

5 Plenũ & perfectũ pro eodẽ ſupponũt, & eandem uim ac naturã habẽt: et qua ratione perfectũ dicitur, quod ex omnibus ſui partibus cõſtat, eadẽ & plenũ.

6 Perfectum & integrum pariſicantur, ac pari ratione plenum.

7 Plenũ non dicitur cui aliquid iuris uel facti deeſt.

8 Quãdo facultas cõceditur pleno iure, intelligitur i. abſq; diminutione.

9 Verba pleno iure ſignificant, reſpectu quantitatis & qualitatis nullo detracto.

10 Ideò tutorem habenti alius tutor dari non poteſt: quia primus tutor plenam poteſtatem occupat.

11 Si teſtator leget alicui uſumfructũ fundi, & aliũ faciat hæredem uniuerſalem pleno iure: ambo. ſ. hæres & legatarius concurrunt pro uirilibus portionibus in uſufructu. Quod hìc inducitur & adaptatur ad materiam meliorationis hodiernæ.

12 In legatis particularibus conditionaliter relictis cõditiones quæ purificãtur, non retrotrahuntur, ſeu non eſt locus effectui retrotractiuo poſt talium conditionũ exiſtentiã, ſeu purificationem, quæ eſt communis Bar. & aliorum ſententia. ui. infrà. nu. 16.

13 Intell. l. Sempronius Attalus, ff. de uſufru. lega.

14 Hæres pendente conditione legati relicti per teſtatorem conditionaliter, eſt dñs rei legatæ pleno iure, quo fit ut fructus interim perceptos lucretur, neque eos reſtituere teneatur legatario uel fideicõmiſſario conditionali poſt cõditionis aduentum.

15 Qui non põt rẽ diſtrahere ex teſtatoris uel donãtis prohibitione, nõ tñ ꝓhibetur uendere fructus ex tali re perceptos, & de eis quomodolibet & in quẽlibet ad libitum diſponere. Quod eſt ualdè nota. ac quotidianum ad fructus qui paſſim percipiuntur de bonis maioratus, uel uinculatis per poſſeſſorem eorũdem. Qua de re ſubijciuntur hìc multa notanda.

16 Ratio irrefragabilis communis concluſionis de qua ſuprà. nu. 12.

17 Quẽadmodũ fictio nõ operatur circa ea quæ ſunt impoſſibilia, de natura: ita neq; operatur circa ea quæ de iure ſunt impoſſibilia. repetit ſuprà nu. 132.

18 Traditur ſubtiliter de huius tex. intell. ne obſtet prædictæ communi cõcluſioni, de qua ſuprà nu. 12.

19 Non poteſt quis eſſe in duplici ſtatu contrario.

20 Non ſolùm qñ ueritati naturali fictio aduerſatur uel eſt cõtraria, ſemper & indiſtinctè ueritas eſt præferenda, uerùm etiam qñ ambæ cõcurrũt, & ſeſe inuicem compatiuntur abſq; aliqua contrarietate uiciſſitudinaria, ut quia tendunt in eũdem ſcopum.

21 Fictio retrotractiua, uel tranſlatiua, de præſenti tẽpore ad præteritũ nõ poteſt, neq; debet fieri in præiudicium iuris alteri quæſiti: uel quando tempore intermedio rei ſtatus eſt mutatus. Quod adaptatur ꝑ plura exempla ad iſtum text. ultra ſcribentes.

22 In caſibus in quibus exiſtentia cõditionis trahitur retro, non tñ trahitur in præiudiciũ iuris tertio iam quæſiti: prout de fictione ſuprà ꝓximo nu. eſt dictũ.

23 Ars & natura nihil faciunt fruſtra: quæ eſt maxima Philoſophorum, nec non Iuriſconſultorum.

24 Habens dominiũ imperfectũ, ut quia ſibi deeſt aliquod ius in re aliqua, põt eãdẽ rẽ præſcribere, etiã ſi propriã, ut eã deinceps habeat titu. fortiori ac pleno & incõmutabili. Idẽ de habẽte dñium utile ꝙ poſſit directũ quod ſibi deeſt acquirere. Quod inducitur ad duas qq. not. quæ adaptãtur ad ll. huius reg. del tãto por tanto.

25 Ius directum & utile, plenũ et ſemiplenũ, ꝑfectũ & imperfectũ differũt inuicẽ et reſpectiuè et ſpecie.

26 Agitur pleniſſimè de intell. iſtius tex. quoad ſecũdum ipſius principalem articu. ubi traduntur multa præter ac contra omnium ſcribentium intentionem.

27 Qui ſemel fuit hæres effectus, põt deſinere eſſe hæres funditus ſeu radicitus uel abſolutè ex legis authoritate. Ex quo deducitur unum ſatis nota. quod hìc ſubſequitur, & iterum aliud, atq; aliud.

28 Ius hæreditariũ prout neq; dñium nõ põt pẽdere ad certũ tẽpus, & interim apud nullum non eſſe.

29 Oẽs ſucceſſores in maioratu uniuerſali poſt primum immediatum ſuccedunt primo ſtabilienti directo: ſicq; nõ ſunt propriè fideicõmiſſarij, ſed potius reſpectiuè, largè, & impropriè: ſi tñ maioratus fuit ex licentia principis de omnibus bonis conſtructus, ut hìc pertinenter declaratur, & exemplificatur.

30 Per illa uerba à teſtatore in hæredem directa ſi hæres nõ eris, reſtitue hæreditatẽ tali, fit ſubſtitutio uulgaris directa: quia uerbũ reſtituas, refertur ad facti, nõ iuris reſtitutionẽ. quod intellige, ut hìc remiſſiuè.

Dolus

31 Dolus malus de futuro cõmittendus, uel qui cõmitti poteſt contra aliquem, non poteſt per eum remitti, & ſic neq; poteſt alicui præſtari occaſio delinquendi, non ſolum contra remittentem, uerùm neq; cõtra alium. Qua de re ſubijciuntur notandæ & copioſæ remiſsiones, quæ poſſunt ad multa deſeruire in practica.

32 Prædicta maxima in ſuprà proximo numero poſita non habet in iure ciuili neq; canonico rectam neq; propriam fallentiam.

33 Regula illa generalis, qui ſemel eſt hæres, non poteſt amplius deſinere eſſe hæres, procedit in hærede uoluntario, id eſt, effecto hærede ex propria aditione: non autem in hærede qui fuit à principio hæres neceſſarius effectus legis authoritate ac cenſura.

34 Lex nõ cõſiderat regulariter actus inſtantaneos, ſeu momẽtaneos. Quod trahitur ad poſſeſſores bonorũ maioratuũ, alienantes illa, eo pacto ut ſtatim ad eos regrediantur, prout dicitur alias in emphiteotis eodẽmodo alienantibus. Vel etiam ꝙ redeant ad ſucceſſorem ſequẽti proximo gradu uocatum, ut id poſſint facere: niſi tenor ſcripturæ maioratus refragetur. Et traduntur hîc alia in hac materia.

35 Ponitur hîc ſingu. & peregrinus caſus, in quo actus imaginarius: ſeu fictitius, idemq́; momentaneus inducit iuris effectum. Sed eſt ſpecialis caſus: & hîc ponitur ac declaratur ratio ſpecialitatis.

36 Intell. ad regulam illam uulga. & protritam, neminem ſibi ipſi mutare cauſam poſſe, & à fortiori dominij cauſa extrinſecus non accedente.

37 In ſecundo fundamento pro concluſione inducitur nouè lex irritum, C. ad. l. fal.

38 Clauſula illa, de ſtylo curialium apponi ſolita in facultatibus & licentijs quæ paſsim conceduntur per principem parentibus ad condendos maioratus uniuerſales de omnibus bonis, ſcilicet, ꝙ bona maioratus tranſeant integraliter & abſq; diminutione de ſucceſſore in ſucceſſorem gradatim & ſucceſsiuè, eſt ſuperflua: & idem ſi per teſtatorem qui feciſſet uinculum in melioratione autoritate ll. reg. idem caueretur: intelligendo tamen primum membrum iſtius ſummulæ, ut hîc ſubijcitur.

39 Regula illa, non fallit, paria ſunt aliquid fieri tẽpore probibito, uel fieri tempore permiſſo, & conferri in probibitum: licèt regula econtrario ſolita deſumi ſit aliquando fallibilis.

40 Ex his regulis decerpitur, magis inſpici terminũ ad quem q̃ terminum à quo.

41 Declaratio ad illud quod tradi ſolet communiter, ꝙ faciens actum in dubio uidetur potius ſuo, q̃ alieno nomine illum feciſſe.

42 Verbum accipere relatum ad teſtantem, uel ad hæredem, eſt obliquum reſpectu honorati, qui accepturus eſt de manu alterutrius ex eiſdem. Si autem ad eundem honoratum refer[illegible], non quidem ſimpliciter ſed facta ad eum relatione perſonaliſsima, eſt directum.

43 Succeſſor in maioratu reſpectu ſequentis proximi tenetur eidem improprijſsimè tamen ad reſtituẽdum de facto maioratum poſt illius ceſsionem, id eſt, adueniente die reſtitutionis à primo ipſius ſtabiliente præfixo.

44 Hæres quo tempore reſtituit fideicommiſſum, tenetur reddere fideicommiſſario rationem adminiſtrationis præteritæ, quam geſsit de rebus fideicommiſsi, an neglexerit, uel dilapidauerit eas, uel male tractauerit, ut ex hoc effectæ ſint deteriores: & ſi ita fuerit, tenebitur ad reſarciendum damnum in eiſdem ſuo dolo uel lata culpa illatum: de qua re hîc.

45 Qui abutitur rerum ſuarum dominio, meretur eo priuari, quia facit ſe ipſum illo indignum.

46 A ſucceſſore in maioratu non tantum primo, ſed etiam. 2. 3. 4. & ſic deinceps, poteſt ulterior ſucceſſurus in tali maioratu ex uocatione inſtituentis illũ petere, ſi ſit ille ultimus poſseſſor maioratus, ſiue. 2. 3. & 4. uel deinceps (dum tamen non ſit de aſcendentibus ipſius petentis) ut faciat inuentarium de bonis maioratus, & illum ad id faciendum petere cogi.

47 Ad l. ordinationis regiæ, de los teſtamentos, in caſu illo repudiationis hæredis, intell. & declaratio optima, & ab alio (quod ſciam) ne dum adaptata, uerũ neq; animaduerſa.

48 Augmentum uel acceſsio ad aliquam rem, etiam facta conſideratione à priori, non tantum à poſteriori, debet eſſe eiuſdem conditionis & naturæ cum ipſa re aucta.

49 De materia feudali ad materiam maioratus ex identitate uel ſimilitudine rationis, ex fonte iuris cõmunis manãtis rectè poſſumus argumentari. Quod eſt inſigniter notandum. ui. quid econtra infrà numero. 78.

50 Conſtitutiones feudales non deſeruiunt ad deciſiones aliarum cauſarum non feudalium, quando ſunt contra regulas iuris communis, uel rationes à iure cõmuni traditas: ſicq́; ſunt exorbitantes. Idem effectu dicitur, licèt per alia uerba, in præcedente numero.

51 Vt poſsit recedi à iure communi in cauſis feudalibus, requiritur, ꝙ cõtrariũ ſit deciſum ſpeciatim per conſtitutiones feudales.

52 In iure primogenituræ antiquæ non datur propriè ſeu exactè ius ſucceſsionis regularis & ordinariæ, cùm potius deferatur iure ſanguinis, concurrente principis authoritate, qui licentiam ad illam inſtituendam de omnibus bonis uniuerſaliter conceſsit.

53 Sicut diſpoſitio ultima poſſeſſoris maioratus, facta de eodem etiam in proximum ſequentem ſucceſſorem eſt inualida & irrita: ita etiam pariformiter, omnia uincula modi conditiones, cæteraq; moderamina quæ per eum adijcerẽtur præfato maioratui, in tali poſtrema uoluntate, ſunt nulla, ac nullius prorſus momenti. ui. poſt numerum ſequentem.



54 Priuilegium alicui conceſſum non debet, neq; poteſt extendi ad alienam. i. alterius iniuriam.

55 Si antiqua inueſtitura, uel inſtitutio maioratus, uocaſſet maſculos taxatiuè tãtum, uel tantummodo, uel duntaxat, noua inueſtitura non poſſet uocare mares & fœminas inſimul: & ſic prima inueſtitura attenditur, & non derogatur ei ex ſequentibus ſeu poſterioribus inueſtituris aut ſcripturis maioratum illum concernentibus, cum declaratione de qua hîc, exemplificata.

56 Confirmans id quod eſt nullum, uel etiam iam annullatum, uidetur de nouo dare, uel in eſſe deducere, cum declaratione not. quæ hîc ſubijcitur: itẽ & cum memorabili ſubdeclaratione.

57 Etſi legatum rei alienæ ſcienter factũ ualeat, nec non donatio, licèt impropriè, inſtitutio tamẽ uniuerſalis de rebus alienis non ualet. Quod limita, ut hîc traditur, cum alijs tangentibus iſtum articulum, & declaratur infrà in uerſic. Sed priuſq̃ hinc diſcedam huius. 13. fundamenti. ui. infrà nu. 80.

58 Sicut inſtitutio facta de filio in re quæ non eſt in rerum natura, uel non reperitur, uel in re ſacra aut religioſa eſt nulla: ſic etiam ea quæ fit filio de rebus ipſiuſmet filij.

59 Appellatione reſidui uel ſuperflui nihil continetur, ſi nihil ſuperſit.

60 Filius cui pater in teſtamento reliquit quantitatẽ aliquam pecuniæ pro ſua legitima, etiam ei æquiualẽtem, aut ipſius legitimæ ualorem excedentem, poteſt tali inſtitutione, uel relicto cõtemptis, petere aſsignari uel præſtari ſibi legitimam in ſpeciebus hæreditarijs. Et quia dixi ſuprà relicto, intelligo, ꝙ ſi ceſſet inſtitutio in tali quantitate, habet duplex remediũ, primum iuris dicendi nullum propter omiſſum à patre titulum inſtitutionis, uel ſi nolit, poterit uti prædicto remedio Doct. & petere legitimam in rebus hæreditarijs, quod eſt dupliciter limitandum, ut hîc remiſsiuè.

61 Poſt multa tradita circa aſsignationẽ rationis ad regulam prohibitiuam concurſus plurium cauſarum lucratiuarum in eadẽ re reſpectu eiuſdem perſonæ, res manet ualde dubia, ut adhuc lis ſub iudice pẽdeat, & ut alias dicitur Delio natatore indigeat.

62 Reſoluto iure datoris, reſoluitur eo ipſo ius acceptoris.

63 Si reſtitutio maioratus uel uinculi faciẽda ſequẽti proximo in gradu poſt mortem ultimi poſseſſoris, fiat per eundem illi in uita, poteſt talis reſtituens iniungere grauamen recipienti talem reſtitutionem, cõmenſurabile commodo temporis intermedij, quod ex tali reſtitutione præmatura conſequitur: & ſic grauamẽ erit temporale, & limitatum ad uitam illud imponentis.

64 Cauſa limitata non poteſt effectum non limitatũ producere: imò econtra debet effectum producere limitatum.

65 Eatenus quatenus quis honoratur per teſtatorẽ, poteſt ab eo & non ultra, grauari. i. non poteſt grauamẽ prætergredi neq; excedere commoditatem quã honoratus conſequitur à teſtatore relinquẽte, à quo illud ſolum commodi cenſetur habere & percipere, quod apud eum eſt remanſurum onere deducto, & nihil amplius.

66 Finiti ad infinitum ꝓportio ulla dari minimè poteſt. quæ eſt regula philoſophica, & qua nonnunq̃ iuriſconſultus nititur, ubi expedit.

67 Naturalis eſt commenſuratio commodi ad dãnũ uel incommodum, & econtra: quæ commenſuratio rectè fieri non poteſt, niſi utrunq; extremorum correlatiuorum ſit æſtimabile, in materia inq̃ iſta honoris & grauaminis relicti, & iniecti per teſtatorem honorato, eidemq́; grauato.

68 Donatarius poteſt grauari in teſtamento donantis confecto in continenti: ſecus ſi ex interuallo.

69 Iura quæ loquuntur de honore alicui impenſo ꝑ teſtatorem, cuius prætextu poteſt grauari, intelliguntur. i. de emolumẽto alicui relicto cuius intuitu onus imponitur tali honorato. Non tñ ita accipit honorẽ. Tullius lib. 1. Tuſcula. qq. non multo poſt principiũ, dum inquit, & ſæpe citatur. Honos alit artes. Nam ibi intelligit, uel capit honorẽ pro gloria uel laude.

70 Dies, ſicut & ſumma, uel quantitas, eſt pars obligationis.

71 Agitur de diſſoluenda difficultate ardua, quæ inſurgit aduerſus primum articulum concluſionis, de l. Sed & ſi uir, §. quod uir uxori. ff. de dona. inter ui. & uxo. Hicq́; ſubijcitur diſcuſsio intellect. eiuſdem ſatis anxia.

72 Regula penè infallibilis, principale non regulari ab acceſſorio, uel appendice: ſed potius econtra.

73 Et ſi contractus donationis ob cauſam ſit mixtus & nominatus: nihilominus tamen ex capite cauſæ nõ ſequutæ datur donanti contra donatarium nõ implẽtem modum, cauſam, uel grauamen iniecta donationi loco cauſæ, condictio ob cauſam ad repetendam rem eiuſmodi donatam: licèt ſecus ſit in alijs contractibus innominatis. Quod etiã poteſt opponi in uim exceptionis: ſi donator nondum tradidiſſet rem eiuſmodi donatam, prout hîc adaptatur.

74 Quanq̃ facta uerbaliter fideicõmiſsi reſtitutione omnia iura una cũ dominio rerũ ſub fideicommiſſo contentarum tranſeant ipſo iure in fideicommiſſarium: poſſeſsio tamen earum non tranſit ſine traditione & apprehenſione earũdem. Quod amplia ut hîc.

75 Iura abhorrent à circuitu, illũq; habent inuiſum:

ſicq; iubent regulariter uitari debere.

76 Is cui ius acquiritur, uel debet acquiri ex alterius contractu, debet talẽ contractum acceptare cum omnibus ſuis clauſulis.

77 Res in quẽcunq; tranſeat, tranſit cũ ſua cauſa.i.cũ qualitatibus & oneribus eidẽ cohærẽtibus, ut pote realibus: ſicq; ab ea inſeparabilibus.

78 Quãuis feudatarius uel uaſſallus non habeat niſi duntaxat dominium utile, & ſic cum ipſius uita finibile: tamen feudum computatur in bonis ipſius & cõprehenditur appellatione bonorũ ipſius feudatarij.

79 Reſolutio actus non poteſt cadere ubi actus ualiditas non præexiſtit. quod eſt idẽ dicere, quod priuatio habitum præſupponit, quæ eſt maxima philoſophica, & iuridica. unde etiam iura dicunt, q non poteſt quid deſinere eſſe, priuſq̃ eſſe incipiat.

80 Quantum ad hoc ut quis non poſsit de bonis alienis teſtari, ut ſuprà nu.57. bona aliena dicuntur, ſiue ſint alicuius tertij, ſiue ipſiusmet inſtituti hæredis, ſiue ipſe ſit inſtitutus in ſuis proprijs bonis tantum uel unà cum bonis teſtatoris eum inſtituentis, ſiue alius fuerit inſtitutus in eis, & ipſe hæres in bonis teſtantis.

81 Regula, ius noſtrum non patitur, &c. procedit quoad bona propria, & libera teſtatoris, et quæ talia remanent tempore mortis illius: in his etenim cadit prohibitio concurſus duarum cauſarum teſtati abinuicem & inteſtati: non autem procedit in bonis maioratus, quæ tenẽtur ab ultimo poſſeſſore illius, unà cũ bonis ſuis liberis: quia in eiuſmodi bonis maioratus propriè loquendo non poteſt dici decedere teſtatus, neq; inteſtatus, ut hìc aptè declaratur.

82 Nõ poteſt dici quis inteſtatus decedere quoad bona de quibus etiam ſi noluiſſet teſtari non poſſet: quẽadmodum neq; dici poteſt noluiſſe teſtari, qui etſi uoluiſſet teſtari, non poſſet. Quum ſit regulare, q non dicitur nolle qui uelle non poteſt.

83 Inſtitutio nulla, non eſt, neq; poteſt dici inſtitutio, prout neq; teſtamentum, neq; ſententia, neq; promiſsio, neq; aliqua alia diſpoſitio uel actus, ut hic remiſsiuè.

84 Teſtamentum quo quis inſtituitur hæres pariter in rebus liberis inſtituentis, ſeu teſtatoris & alienis ualet abſolutè & ſimpliciter detracta mentione rerũ alienarum. ui. ſuprà nu.57.&.80.

85 Quando actus deficit uel peccat ob defectum ſolius materiæ, ſi non ualet ut geritur, ualet tamen ut ualere poteſt.

86 Quòd teſtamenti ualor conſiſtat in puncto indiuiſibili, & non recipiat ſectionem quin in uniuerſum ſit nullum, procedit ob defectum uel peccatũ formæ: ideoq; ſi non ualet prout geritur, neq; ualebit, ut gerì potuiſſet: ſicq; corruit omnino.

87 Facilius tollitur per ingratitudinem id quod filio defertur iure ſucceſsionis hæreditario, q̃ ſanguinis: & per contrarium difficilius tollitur hoc, q̃ illud.

88 Pœna priuationis non imponitur alicui niſi in caſibus in iure expreſsis: ideoq; nullum crimen inducit depoſitionem niſi à canone excipiatur. De uerificatione prædictæ theoricæ generalis hìc traditur.

89 Non eſt nouum, q quædam inhoneſtè fiant, & ultionem non habeant: quia non omne illicitum punitur, ſed illud demũ quod lex ſtatuit eſſe delictum.

90 Quando indignus eſt impediendus aliqua noua acquiſitione, non impeditur niſi in caſibus in iure expreſsis.

91 Ad l.non puto, ff.de iure fiſ. declaratio, & intell.

92 Vt plurimum, & plerunq; tractatus maioratuum hodiernorum qui ſunt in aſsidua obſeruantia, non eſt regulãdus regulis feudalibus, quæ quando deuiãt, ſeu exorbitant à regulis iuris communis (prout ſæpe accidit) non deſeruiunt ad deciſiones aliarum cauſarum non feudaliũ. Quid econtra ui. ſuprà. nu.36.

93 In materia feudali regula eſt, q cauſæ feudorum quæ non reperiuntur expreſsim deciſæ, per conſuetudines, uel uſus feudales debent decidi per argumenta & ſimilia ex iure ciuili & communi deſumpta.

94 Ius patronatus libertorũ filio competens, eſt extra cauſam bonorum paternorum & auitorum.

95 Etſi ipſum ius ſuccedendi in bonis maioratus, uel primogenituræ ſecundùm cõmunia in ſe ipſo non ſit ius hæreditarium: tamen mixta conſideratione bonorum liberorũ hæreditariorũ ſapit naturã iuris hæreditarij, uel habet ſaltẽ admixtã cauſam ſucceſsionis: quia habet quandã concomitantiã cũ iure uniuerſali hæreditario, ſiue ipſa hæreditate poſſeſſoris utrorũq; bonorum ultimi poſſeſſoris decedentis.

96 Non eſt, neq; dici poteſt præteritio de bonis quæ non ſunt propria abſolutè ipſius patris teſtantis eiuſdemq; prætereuntis: ſubijciturq; quis filius propriẽ dicitur præteritus.

97 Quod dicitur in lege uel diſpoſitione referente, cẽſeri debet repetitum in l. aut diſpoſitione ad quam fit relatio.

98 Quod dicitur in l.interpretata, cenſeri debet repetitum in l. interpretante: etiam ſi ad hanc non fiat in interpretatione expreſſa relatio.

99 Impropriantur commodè uerba legis, & pari ratione clauſulæ teſtamenti, quando per talem impropriationem aut uerborum immutationem obuiatur repugnantiæ mutuæ quæ ſine ipſa in talibus uerbis ſubeſſet uel ineſſet.

100 Directa in aliã ſubſtitutionẽ directã faciliter mutatur, ut potè in ſimilẽ qualitatẽ, non autẽ in qualitatẽ diſsimilem & oppoſitam, id eſt in fideicommiſſariã. Nec mirum, quia ut inquit Philoſophus, & probatur iure in habentibus ſymbolum facilis eſt de uno in alium tranſitus. uide tamen hìc quo pacto iſtud limitetur



mitetur p iſtũ tex. & alia iura quæ in hãc rẽ citãtur.

101 Valet conſequentia, iſtud defertur iure hæreditario: ergo non iure ſanguinis, nã una cauſa.ſ.hæreditaria, cum alia.ſ.ſanguinis nihil habet commune ad inuicẽ: ſed ſunt omnino diſtinctæ, licèt qñq; ex diſponentis uoluntate coniungantur.

102 Poſsunt ſimul ſtare ſucceſsionẽ eſſe uniuerſalem: & tamen non eſſe hæreditariam.

103 Bona feudalia & à ſimili bona maioratus pariſicantur bonis emphiteoticis, & ſapiunt eorum naturã & econtra.

104 Maioratus æquiparatur feudo regali, tam in modo ſuccedendi, q̃ in modo priuandi ſucceſſorem ipſo maioratu. Intelligo de maioratu uniuerſali conſtructo regia authoritate. Itẽ & de priuatione quæ fieret uel ex aliqua cauſa ſuperueniente iuberetur fieri per eũ qui maioratũ creaſſet, uel ſtabiliſſet: nã intermedij eam priuationẽ nequeunt facere.

105 Non inconuenit, unum atq; eundẽ ſucceſſorem reſpectu duorũ ac diuerſorũ patrimoniorum à duobus prædeceſſoribus prouenientium, diuerſis reſpectibus & cõſiderationibus repræſentare duos diuerſos prædeceſſores. ui. ſuprà nu.103.

106 Reſolutio per concluſiones in articulo illo pdifficili, & ualdè aſsiduo, an & quibus caſibus ſucceſſor in bonis maioratus uniuerſalis teneatur ad onera & debita per prædeceſſorem in maioratu contracta.

[1]07 Verba illa, pleno iure, ex propria, & apta interpretatione, ſignificant tã proprietatem, q̃ uſumfructum inſimul.

108 In ſuccedentẽ in rebus maioratus tranſit earũdem dominiũ pleno iure, licèt reſolubile, aut terminabile per obitũ ipſius: & pariformiter trãſeũt in eũdẽ obligationes perſonales actiuæ & paſſiuæ q̃ cõpetierant prædeceſſori eidẽq; immediato primo ſtabilientí tã cõtẽplatiõe rerũ ipſius maioratus q̃ alia: quia q̃tũ ad eũ nulla eſt faciẽda differẽtia. Circa hoc. ui. ĩfrà n.118.

109 Argumentũ à pluriũ iuriũ cõiunctione, & à fortiori capitulorũ eiuſdẽ.l. habetur p lege uel pro textu legis.

110 Hæreditas poſt aditionẽ hæredis perdit nomẽ, & effectum hæreditatis, ex eo q efficitur patrimoniũ proprium ipſius hæredis adeuntis.

111 Hæreditas iacẽs repræſentat perſonã defuncti: & iſta eſt prima repræſentatio: adita aũt hæreditate repræſentatur defunctus ab hærede: & iſta eſt ſecũdaria repræſentatio. & ſic diuerſimodè hæreditas et hæres repræſentant defunctũ pro tẽporũ diuerſitate: tamen ſecunda repræſentatio abſorbet primã, qđ eſt nota.ad intell. l. hæres & hæreditas, ff. de uſucap. ubi Pau.de Caſt. loquitur in hoc conciſe, & confusè.

112 Non inconuenit plures fictiones habentes ortum à iure cõi concurrere, quãdo una naſcitur ex alia, et ſic uenit in conſequentiam alterius.

113 Aditione facta ex interuallo p hæredẽ, talis hæres fingitur fuiſſe hæres retro à die mortis defuncti.

114 Remediũ ordinariũ non tollit extraordinariũ, quãdo competit ad illud iuuandũ, uel fortificandum.

115 Licentia nõ uidetur per principẽ concedi in præiudicium iuris tertio competentis.

116 Natura diſpoſitiõis ultimæ eſt, habere tacitã clauſulã reuocatiõis. et pœnitẽtiæ, uſq; ad mortẽ diſponẽtis.

117 Vnde effluxerit l.44.in ll.Tau.

118 Bona uinculata quæ uocant, uel maioratus, quoad ipſum diſponentẽ cẽſentur eſſe libera: & ſic iſto caſu nõ eſt habẽda conſideratio, an debita uel onera p ſtabilientẽ contracta, contracta fuerint cõtẽplatione maioratus aut uinculi, nec ne. Neq; attendi debet, an ex rebus ipſius maioratus, uel ex earũdẽ fructibus, ſolutio debitorũ fieri debeat nec ne, cum declaratiõe quæ hìc ſubijcitur. ui. ſuprà nu.108.

119 Declaratio not.ad eandem l.44.in. ll.Tau. iuncta l.17.in iiſdem ll.

120 Princeps ex poſt facto poteſt modificare gratiã uel donationẽ à ſe factã, q̃tũcunq; eſſet iã oĩo pfecta.

121 In cõſtructionibus maioratuũ uerſatur fauor publicus, et pari uel fortiori rõne in cõſeruatiõe eorũdẽ

122 Lex.2.ti.15.uerſi.[Pero cõ todo eſſo &c.]Parti.2. licet loquatur in maioratibus ſupremis: nihilominus tñ porrigitur ad alios maioratus illis inferiores.

123 Per impetrationẽ licẽtiæ ad condendũ maioratũ, cũ eiuſdẽ licentiæ ſubſequutione, ſequuto etiã uſu impetrantis, uidetur quidam quaſi contractus geſtus cũ principe & republica. quæ eſt noua conſideratio.

124 Cõfeſsioni factæ in libello precũ principi oblato ſtatur: ideoq; eſt irreuocabilis per talẽ confitentẽ. qđ eſt not. ad effectũ de quo hìc: & confert ad declarationẽ prædictæ.l.Tau.44. deq; ea re ponderãtur uerba clauſularũ cuiuſdã regiæ conceſsionis, & licẽtiæ ad creandũ, & ſtabiliendum maioratum de nouo cum clauſulã reuocatoria.

125 Ratio ad ſecũdũ rñſum.§. Diuũ.l.filiusfa. de leg.1. & ad.§.pdiũ.l.peto.infrà de le.2. ab oppoſito ſẽſu.

126 Cõfiſcatio bonorum non comprehendit bona reſtitutioni ſubiecta, quæ confiſcatus poſsidet ex prædeceſſoris diſpoſitione.

127 Pacto uel modo donãtis p eũ in donatiõe appoſito, fieri poteſt, ut ſi bona eiuſmodi donatarij impoſterũ ob delictũ ipſius fiſco addicãtur, q res ſic donatæ, nõ ſubijciantur tali cõfiſcatiõi. Et hinc fortè manarunt clauſulæ, quibus hodie paſsim p maiori exuberantia utuntũr condẽtes maioratus: ſicq; ſunt iuri cõi cõſonæ: & ex cõſequẽti, nõ eſt opus quoad eas regia facultate, etſi uulgo aliud & pperam exiſtimetur.

128 Maioratu.3.partis bonorũ pactum donatiõis inter uiuos, ſtabilito, ac ſubſequuta rerũ illius traditiõe & melioratione tertij effecta irreuocabili, bona talis meliorationis non pñt alienari p debito poſt modũ

per ſtabilientem contracto uel pro delicto inducente confiſcationem ab eo perpetrato. quum exierint à patrimonio ipſius perpetuo & irreuocabiliter.

129 Succeſſor in bonis maioratus adiens illa, per talẽ aditionem non confundit cum eis bona ſua libera nec q; bona libera, in quibus teſtatori ſucceſſit: quanquã omnia bona libera tam ſua quàm teſtatoris ab eo agnita confundãtur, & commiſceantur inuicem & efficiantur talis ſucceſſoris proprium patrimonium, ſi per eum non fuerit inuentarium cõfectum: aliâs ſecus, ut hic declaratur.

130 Comparatio ſeu collatio multiplex inter ſucceſſorem in maioratu & cum prædeceſſorẽ cui in maioratu is ſuccedit, ſiue remotum à quo fuit ſtabilitus, ſiue immediatum, uel proximũ: quãdo inquam ab eo fuit conſtructus & fundatus.

131 Nonnulla ad c. 1. de ſolu. conferentia, & in actu practico non contemnenda, hic traduntur.

132 Cõis Decio. ſententia (etſi Bar. addubitauerit) eſt, hæredẽ extraneũ grauatũ de reſtituendo fideicõmiſſum uel bona uinculata alicui, non poſſe ea alienare pro redẽptione ſuæ propriæ perſonæ cõdemnatæ ob delictum ab eo commiſſum. Et ex hoc ſubinfertur ut hic.

133 Præ omnibus attendendus eſt tenor uinculi uel maioratus, prout etiam inueſtituræ: nam ille derogat omni naturæ primigeniali, & feudali: & iſta eſt potiſſima ac penè infallibilis maxima in materijs primigenialibus & feudalibus.

134 Vt ſucceſſor in maioratu teneatur ad debita per prædeceſſorẽ cõtracta, ſufficit eſſe cõtracta ex cauſa utilitatis maioratus, uel rerũ ipſius: dũmodo ſit utilitas manifeſta, uel euidẽs, & q. cõtrahãtur nomine maioratus, licet de ſucceſſore mentio non ſit habita. Secus ſi ſimpliciter contracta eſſent.

135 Quod aliás inquit Lucas de Pe. poſt priſcũ Doct. Iaco. à Belloui. eũ qui accepit mutuã pecuniã, in cauſam uoluntariã uel utilẽ dignitatis quã habet, non relinquere ſucceſſorẽ in eadẽ obligatũ, quomodo intelligatur, ui. hic notanter.

136 Repræſentatio etiã impropria ſucceſſoris uniuerſalis ad ipſius prædeceſſorẽ eſt regularis, ſed particularis ſucceſſoris repræſentatio, eſt caſualis, & quoad quid: & ſic impropriiſſima, ideo nõ habet locum niſi in caſibus exceptis ſiue à iure expreſſis.

137 Maioratus hodierni non per omnia ſunt aſſimiles à feudis hæreditarijs.

138 De intellectu l. 4. tit. 15. in 2. part. agitur hic notandiſſimé, & ſuperfluenter.

139 In ſubſidiũ alijs rebus unde ſoluãtur debita maioratus, nõ extãtibus põt fieri executio, nõ tantũ in fructibus & cõmoditatibus perceptis uel ſtãtibus rerũ maioratus: ſed etiã in ipſiſmet rebus maioratus quoad effectũ cõſequẽdi fructus & cõmoditates ex eis in uita ultimi poſſeſſoris: ſi ipſe non eo modo ſuprà dicto. i. cõtemplatione maioratus cõtraxit: uel ſi prædeceſſor cõtraxit cõtemplatione maioratus, uel etiã ipſe, bona prædicta nõ ſtantibus alijs detinebuntur à creditoribus quouſq; eis ſatisfiat etiã per multas uitas ſucceſſorũ maioratus poſt iſtũ ultimũ poſſeſſorẽ.

140 Hæres, in rebus ſibi prælegatis, prout neq; quiuis alius ſimplex legatarius non repræſentat ipſius teſtatoris perſonam, ſubijciturq; hic ad primũ Ang. de Peru. declaratio non contemnenda.

141 Quonã pacto accipi debeat illud pronuntiatũ aſſiduè inter Docto. iactatũ & protritũ, legitimam filij quotã bonorũ patris: nõ aũt hæreditatis eſſe cẽſendã.

142 Legẽ primã. C. ſi cer. pe. nõ eſſe per leges reg. hodie correctã hic concluditur. ui. infrà nu. ultimo.

143 Quòd hæres ſolũ teneatur ad onera hæreditaria, pro ea parte, pro qua eſt hæres, & non amplius, eſt maxima prope infallibilis: quæ eſt eadẽ cũ alia, hæres nõ repræſentat defuncti perſonã, niſi dũtaxat pro qua parte eſt hæres, et ab iſta effluit regula præcedens.

144 Intelle. ad l. qui filiabus, §. fi. cum l. ſequenti de lega. 1. per l. 22. Tau.

145 Agitur hic de intellect. l. princeps bona. ff. de uerbo. ſigni. per adaptationem ad ll. reg.

146 Princeps in dubio potius uidetur uoluiſſe confirmare actũ in caſu in quo poſſet ualere, quàm de nouo quicquam dare uel concedere.

147 Quauis prohibitione de nõ alienãdis rebus uinculatis uel maioratus nõ obſtante: etiam ſi fieret in ampliſſima forma: nihilominus eiuſmodi bona poſſunt alienari ad eũ finẽ, ne aliqua ex talibus bonis perirẽt uel tempore aut ex alia uerisſimili cauſa imminente. cum moderamine hic ſubiecto.

148 Pecunia depoſita ad immobiliũ emptionẽ cẽſetur res immobilis, ſaltẽ ad hũc finẽ uel effectũ, ut nõ poſſit abſq; iuſta & legitima cauſa & iudicis decreto et licẽtia alienari niſi ad talẽ emptionẽ alterius rei ſubrogãdæ i loco rei alienatæ, pro tuitione neceſſaria alterius rei, uel aliarũ rerũ maioratus, q̃ alias periſſẽt.

149 Ad præfatã diſtractionẽ de qua ſuprà ante nu. ſuprà proximũ faciẽdã de aliqua re maioratus pro aliarũ rerũ eiuſdẽ tuitione & neceſſaria cõſeruatione, non eſt opus licẽtia principis, ſi ob dilationẽ impetrandi eã, immineret periculũ illius rei perdẽdæ: ſed ſufficeret licentia iudicis data ſibi informatione (quã uocant) ſumma ſimplex ac planà, uel per ocularem iudicis inſpectionem.

150 Fundans ſe in aliqua qualitate tenetur eam punctatim probare, aliter ſuccumbit.

151 Vltimo loco ſit nota quædã cõſideratio quatuor caſuum cõplexiua ad reſolutionẽ ultimatã intelle. l. 1. C. ſi cer. pe. attento iure nouo loquente, & diſponente, de inuentarij confectione, ab omnibus in iure ciuili ſcriptoribus ibidem & alibi prætermiſſa.

FINIS.



# PRAELECTIO L. 3. §. QVI FIDEICOMMISSAM ff. DE HÆREDI. INSTI. P. PERALTÆ IVRIS Cæſarei Doctoris Salmanticenſis.

AD cunctipotentem ineffabilemque rerũ omniũ opificẽ ſummum huius literarij exercitamenti exordiũ, progreſſum, metamq; referens, rem ipſam eius numine ex intimis præcordijs implorato, verſandam expolliendamque auſpicamur.

Textus quẽ pro molimine hodierno mihi relegẽdũ deſumpſi collocat. 28. ff. ſeu pandectarum libro, & quarto iſtius voluminis, cognomẽto Infortiati, ſub titulo de hære. inſti. quẽ hoc anno auditorum ſuffragijs interpretamur. ſub l. 3. §. qui fideicõmiſſariam, eodemq; vltimo cui⁹ hæc verba ſunt. [Qui fideicõmiſſam libertatem ſub conditione accepit, poteſt ab hærede purè cum libertate hæres inſtitui, & non expectata cõditione libertatem & hæreditatem cõſequitur, & erit interim neceſſarius: & exiſtente conditione voluntarius hęres efficietur: nõ vt deſinat eſſe hæres, ſed vt ius in eo mutetur ſucceſsionis.] & eſt tex. ſubtilis & difficilis in intellectu ſui, inq; ſeipſo, & ipſius materia adeò ſterilis, vt alius qui ſit in toto titulo, quare non abs re in pręſentiarum aſſumi poterit illud Pſal. Pingueſcent ſpecioſa deſerti. &c. prout in ſimili Bart. facit, aliud tamen agens, in rubri. de acqui. hære. in introitu, & in principio lect. ad librum decimum. C.

Ordo ſeruãdus.

Procedam in hoc exercitamento (vt ſic dicam) prælectiuo vulgi ordine prætermiſſo, poſthabitoq;, ſumamq; initium ab intelligentijs textualibus, quibus enucleatis, cætera ſubſequenter proſequar concluſionemq; cum ipſius ſequela, vſq; ad actus vltimatã expeditionem, pro virili mea fulciã. Adiecta denique in calce reſolutione epitomica intelligentiarum textualium. &c. Repetita igitur diuini numinis imploratione inſtitutum exordimur.

Diuiſio.

Sectio literæ iſtius §. poteſt deſignari in tres partes ex ſcribentium intentione, quanuis nemo eorum diuidat. In quarum prima ponitur deciſio dubij in princip. text. præſuppoſiti. In ſecunda eiuſdem deciſionis effectus. In tertia ipſiuſmet deciſionis declaratio. Secunda ibi, & erit interim neceſſarius. Tertia ibi, non vt deſinat. &c. Et ad hunc text. non poteſt congrua epitome (quam ſummã vocant) adaptari: quia in vltima parte habet duos ſibi inuicem pugnantes intellectus, quorum expeditionem inferius ſubijciam.

Tex. iſte nõ põt aptè sũmari.

Præmiſſa ad tex.

Et ante omnia nõ ab re erit præmeferre intelligentias huius text. verſari circa duos potiſsimum articulos in litera tactos: vnus eſt iuxta variationẽ tituli libertatis ſemel obtentæ per ſeruum hæredem in ſecundo teſtamento ſcriptum, cui prius in teſtamento priori libertas fuerat ſub conditione legata, quæ conditio poſtea extitit, id eſt poſtquam fuerat liber & hęres ex teſtamento ſecundo neceſſarius effectus. Alius verſatur articulus circa omiſsionem ſeu repudiationem hæreditatis eidem hæredi ſcripto pridem

ipſo iure ex prædicto ſecundo teſta-
mento infixæ. Hæc ſunt capita primi-
pilaria, ſiue angularia, vt ſic dicam: ſu-
per quibus velut cardinibus voluen-
dæ ſunt huius tex. intelligentiæ, & an
te alia diſcutiendæ.

Circa primum decidit iſte textus,
quòd ſi libertate ſola ſeruo ſub condi-
tione relicta in primo teſtamento ei-
dem poſtea per hæredem, qui fuerat
grauatus imponere libertatem con-
ditionaliter, libertas purè cum hære-
ditate conferatur, conditione liberta
ti apposita in primo teſtamento poſt
hæredis ſecundiq; teſtatoris mortem
purificata, mutatur cauſa vel titulus
acquiſitionis ipſius libertatis. Nam cũ
primum habebatur ab hærede ſecun
doq; teſtatore, nunc, id eſt poſt euen-
tum conditionis in primo teſtamen-
to appoſitæ, habetur à teſtatore pri-
mo, eademmet libertate quæ iam cõ-
petierat ex hæredis ſecundiq; teſtato
ris diſpoſitione ſecundaria, in ſua ſub-
ſtantia incolumi & ſolida permanen
te. Libertas ſiquidem cùm ſit vna nu-
mero, ac perinde amplius quàm ſe-
mel nequeat competere, eſt inuaria-
bilis, & habet cauſam perpetuam, fi-
xam, ac permanentem. l. libertas ad
tempus, coniuncta l. ideoq;, ff. de ma-
numi. teſtamento, & in §. ſemel, inſti.
qui & ex quibus cauſis manumi. non
poſſ. aliâs quibus ex cau. manumi. nõ
licet. Ad quod eſt etiam text. clarior
quàm fortè in iure reperiatur in l. 2.
C. de vindi. liber. vbi ad verbum dici-
tur, [Nihil ciuitati Romanæ ſemel
præſtitæ vel addere, vel detrahere
ſecundam manumiſſionem certiſſi-
mum eſt.] Subdunt hîc Bald. & Do-
ctores rationem ad hanc deciſionẽ:
videlicet, quia cauſa quæ iſto caſu no-
uè ſeu de nouo ſuperuenit libertati
iam ſeruo competenti, quæ fuit exi-
ſtentia conditionis in primo teſtamẽ
to appoſitæ per inſtitutionem de eo
in ſecundo teſtamento cum liberta-
te purè factam, traxit de præterito ori
ginem, id eſt à primo teſtamento: quã
ob rem fit variatio transfuſiua vnius
titu. in alium hoc eſt extinctiuè, ſeu
priuatiuè: nam conditione libertati
adiecta in primo teſtamento poſtea
purificata, ceſſat cauſa & titulus liber
tatis ex ſecundo teſtamento, & inci-
pit habere efficaciã ex primo teſtamẽ
to. Quæ ratio in ſimili de dominio ad
libertatem deſumitur ex mentali in-
tẽtione legis fundo mihi legato, ff. ad
l. falci. quam infrà aptabo nu. 11. vbi ſi
legatarius, cui per teſtatorem ab hęre
de ſub conditione erat legatum fun-
di relictum ante conditionis euẽtũ, ei
dem hæredi ex ſecundo teſtamento
ipſius hæredis vniuerſaliter ſuccedat,
ac poſtea conditio exiſtat, non com-
putat ſibi rem legatam in falcidiam
detrahendam per eundem legatariũ
hæredemque vltimum de relictis ab
hærede primi teſtatoris, eodemq; ſe-
cundo teſtatore in ſuo ſecundo teſta
mento. Quoniam licèt præfatã rem
legatam habuerit ante conditionis
exiſtentiam in primo teſtamento ap-
poſitæ ex ſucceſſione delata ex ſecun
do teſtamento: poſtea tamen exiſten
te teſtamenti primi cõditione, id eſt
in teſtamento primo appoſita, muta-
uit ſibi cauſam dominij, & deſijt eam
habere ex cauſa primi legati, id eſt in
primo teſtamento relicti per primũ
teſtatorem: & conſequenter deducit
eam vt æs alienum quoad hæredita-
tem ſecundi teſtatoris. Et quidem ra-
tio communis Doctorum ad l. illam
tendit in eundem ſcopum cum iſtius
text. ratione, quę eſt: quia cauſa ſuper
ueniens habet originem vetuſtiorẽ,
id eſt ex primo teſtamento, in quo le-
gatum fuit relictum.

Cõis ratio Doct. ad eã dẽ l. fundo legato.

1 †Præſupponunt itaq; Doct. apertè
in redditione rationis ad l. illam, aliud
eſſe ſi cauſa ſuperueniens non duce-
ret originem vetuſtiorem, ſed eſſet
cauſa recentior ſimpliciter & abſolu-
2 tè vulgari illa ratione: quia ſemel † ef
fectus dominus, vel hæres ex vna cau
ſa, non poteſt amplius effici dominus
neque hæres ex alia. l. tertia. §. ex plu-
rimis, ff. de acquiren. poſſ. l: ſequitur,
§. lana, ff. de vſucapio. §. ſic itaque, in-
ſtitut. de actio. l. ſcire debemus, §. ſi à
fure, ff. de verbo. obligatio. & in l. pro
prias res. C. de lega. quę loquuntur in
domino, & in l. quod cõtra, §. vni duo,
ff. de regulis iuris cum concordanti-
bus ibi traditis per gloſ. ff. de regu. iu-
ris, quæ loquuntur in hærede, aliâs
hæredibus. Cuius præſuppoſiti à ſen-
ſu oppoſito. s. proximè deſumpti ra-
tio aut potius declaratio eſt in prõptu
& (vt aliâs dicitur) in numerato.
3 † Quia cùm dominium ſit plenitu
do quædam, non poteſt recipere con
currentiam. Quod autem ſit ius ple-
num, probatur ex l. fœminæ, §. illud,
verſicu. quòd ſi nulla, ibi. [pleno pro-
prietatis iure.] C. de ſecundis nuptijs.
quem text. Bald. ibi valdè ſignat. Ad
idem etiam text. in l. mater, C. ad Ter
tu. & in l. fina. §. ſimiliq; modo. C. de
bo. quæ libe. & in l. ſi ancillam, C. de
act. emp. & in l. ſi tibi, ff. quibus modis
vſusfructus ami. & in l. prima, in prin.
cip. C. communia, de manumiſ. & ſic
non poteſt eſſe niſi vnum numero, ſe
cundum Barto. in l. ſi quis vi. §. differẽ
tia, ff. de acquiren. poſſeſſ. vbi idẽ præ
ſupponunt, & tenent Pau. de Caſtro,
Ioan. de Imo. Alexan. & Areti. in de-
claratione diffinitionis ipſius domi-
nij per Barto. ibi poſita: & ſic non po-
teſt recipere concurrentiam alterius
dominij vel iuris, vt inquit Bald. in re-
peti. l. in ſuis, colum. 2. ad medium, ff.
de libe. & poſthu. Quæ enim rogo cũ
alio iure vel dominio concurrentia,
vel concomitantia, vel multiplicatio
poteſt conſiderari in ipſo dominio, re
ſpectu eiuſdem rei? Certè nulla, cùm
in eadem re, non ſit dabile aliud ius,
vel dominium præter vnũ ſolum. Nã
(vt dixi) dominium eſt ius plenum,
4 perfectumque, † & rei perfectæ nihil
poteſt addi, aliâs eſſet imperfecta. l.
prima, in fine, ff. de dote prælegata.
5 † Perfectum ſiquidem ac plenum
idem ſignificant, & eandem vim ac
naturam habent. Nam perfectum di-
citur, quod ex omnibus ſuis partibus
conſtat. l. ſi is qui. cccc. §. quædam. j. ad
l. Falcid. quem Bald. commendat in l.
ſecunda, colum. 12. C. de ſer. & aqua.
In re ſimili facit quod Barto. tenet in
l. is qui reipublicæ, ff. quibus ex cauſis
maio. & Decius in l. non omnis nu-
meratio, in princip. primo notab. ff. ſi
cert. peta. & quod notat glo. iuncto il
lo text. in l. rectè dicimus, ff. de verbo.
ſignificatio. eademq; ratione & ple-
num: nam perfectum propriè dicitur,
cui nihil addi (vt eſt prædictum) vel
minui (ſalua integritate) poteſt, vt de-
clarat Alciatus in l. ædificia, §. perfe-
ciſſe, in primis verbis, ff. eodem titu.
allegat l. Iuriſperitos, ff. de excu. tu. mi
hi id non probantem, ſed tamen eſt
ad idem bonus text. in l. vrbana fami
lia, §. pernoctare, eodẽ quoq; titu. vbi
Alciatuſmet ponit alia exempla, &
allegat alia iura. vide eum dicentem
6 per illum tex. & illa iura, † quòd perfe
ctum & integrum parificantur. Ita e-
tiam (vt ſuperiora repetam) plenum
quoq; dicitur, cui nihil addi poteſt,
cuiq; nihil deeſt, ſecũdum Bal. in cap.
licet deuitanda, in prin. de elect. per l.
Iul. in fi. ff. de rei vendica. & in l. rapto
res, ad medium, C. de Ep. & cle. quam
l. Iul. ad fi. in illis verbis, [Quia plenũ
ius incipit habere.] cõmẽdat etiã vt

Perfectum quid ſit.

ſing.Fran.de Are. in l.cùm incertus.ꝗ.
de lega.1.& in.§. differẽtia.l.ſi quis vi.
ſuprà allega.& conſilio.155. Ad idem
eſt text.in l.huiuſmodi,§. ædes, de le-
ga.primo. Ex quo Bald. Ioan. de Imo.
7 & recentiores notant, † quòd non
dicitur plenum, cui aliquid iuris vel
facti deeſt. Quod etiam tenet Bald.
conſi. 138. exordiente, Quando ſu-
per facto certo, in princip. libro. 3. &
conſi.293. incipien. Thema integra-
8 le,colum.2.lib.4. vbi ex hoc infert, †
quòd quando facultas cõceditur ple-
no iure,intelligitur,id eſt abſq; dimi-
nutione,vt in cap.apoſtolicæ, de præ-
ben.libro.6.& in l.quæro. ff.de ali. &
ciba.lega.& capi.Si omnia.prima quę
ſtione prima,& l. ſi te ſolum, verſicu.
[Sed ſi te hæredem.]ꝗ. iſto titu. cuius
in hac re Pau. de Caſt. reminiſcitur
conſilio.147.Quia circa, colum. 2.ad
finem lib.primo.& inquit Barto. con
ſi.15. Pater habens filium, ad finem,
9 † quòd pleno iure ſignificat reſpectu
quantitatis & qualitatis nullo detra-
cto,per legem ſi cùm dies, §. plenum,
ff.de arbi. & in authenti. hocius por-
rectum,C.de ſacroſanct.eccle. vbi ta-
men id non dicitur,ſed voluit,vel de-
buit allegare authenti. hæc vſus præ-
ſtatio, eodem titulo, vbi hoc expreſ-
ſim probatur. Cùm itaque (vt ad ſupe
riora,id eſt ad præſuppoſitũ à contra-
rio ſenſu ex ratione.l.fundo.ꝗ.deſum-
pto redeam) dominium ſit plenum,
& perfectum,& ex vna ſola cauſa cõ-
petijt ſemel, cauſa nouè ſuperueniẽs
non poteſt quicquam operari circa il
lud:quapropter vt ſuperuacua nõ at-
tenditur:prout in ſimili aliâs dicitur
10 in tutore, † quòd quia plenam pote-
ſtatem occupat, non poteſt admitti
ſecundus tutor.l.licèt,C.in quib.cau-
ſis tuto.habenti.&c. Ad hæc etiam fa
cit quod idem Bald.inquit declarans,
quid ſit perfectum in l.precibus, poſt
principium,verſicu. ſecundo quæro.
C.de imp.& alijs ſubſt. Ad idem facit
l.ſecunda. C. in quibus cauſis ceſſat
longi temporis præſ. quam Barto.
allegat in l.iij.ff. de vſucapio. pro gloſ.
ibidem. Ex quibus iuribus fulcitur id
quod ſingulariter & peregrinè deci-
dit Alexan.Imolen. conſilio. 56.exor
diente, Perlectis verbis teſtamenti li-
11 bro.3.† Quòd ſi teſtator relinquat ali
cui vſumfructum fundi, & alium in-
ſtituat vniuerſaliter,cum clauſula ple
no iure hæredem, quòd tali caſu hæ-
res concurrit in vſufructu cum lega-
tario ſolius vſusfructus: ea potiſſimũ
ratione motus,quia verbum,pleno iu
re, in diſpoſitione poſitum ſignificat,
ſeu importat, & proprietatem, & v-
ſumfructum,vt dicitur iuribus præal-
legatis.Citat Alexan.optimam l. ſi a-
lij.ꝗ.de vſufructu lega. quam ſuo caſu
dicit Bald.ſingula.in cap. ſecundo re-
quiris,de appella.De cuiꝰ l. intellectu
tradit idem Bald.conſi.23.volumi. ſe-
cundo:adducit etiam Alexan.Bartho
lomęum in l. Sempronio, in princip.
eodem titulo de vſufructu lega.& eã-
dem deciſionem Alexandri ſummè
commendat Paulus à Monte Pico in
repe.§. Titia cùm nuberet.l. Titia cũ
teſtamento.21. quæſtione.ꝗ. de legat.
ſecundo,dicens idem eſſe dicendum,
etiam ſi non eſſent appoſita verba il-
la,pleno iure, ſed tantummodo ver-
bum plenariè. [Hiſpanè cumplida o
enteramente dicitur] per ea quæ tra-
dit And.Sicu. Barba.conſilio. 2. inci-
pien. Sapienter & præclarè, libro. 2.
vbi plura ad hanc rem pertinentia cõ
gerit,colum. 3. licèt aliud agens, ne-
que tangens iſtum articulum.Sed vl-
tra ibi tradita, adde alium effectum
horum verborum, quem ponit de-
ciſio Delphinat. 537. incipi. dixi
ſuprà

Elegãs deciſio Alex.



ſuprà. Quam etiam deciſionem Alex.
ſequitur, & commendat Tho. Ferra.
cauſa.32.vltra Cæpo. & licèt illi non
dicant per eandem deciſionem Ale-
xandri, reſtringitur, & declaratur ſa-
tis eleganter quod per textum ibi te-
net Baldus notanter in l. quotiens.
C.fami.herciſcun. cuius Iaſon ſimpli-
citer meminit conſilio. 18. colum. 2.
primo volumine.& in l. cùm quæſtio,
in princip.C.de lega.& ibi, ſcilicet in
dicta l.quotiens, Bald. in illis duobus
verbis,pleno iure, de quibus hîc agit,
videtur ſenſiſſe hanc declarationem,
licèt ſubobſcurè,& aliud agens: & ſic
videtur præſupponere idem, quod
Alexander vbi ſuprà dicit,licèt Iaſon
vbi ſuprà, in allegatione quam di-
xi eum facere, ad id non expendat
illum.

Sed antequam ad vlteriora per-
gam, non omitto quòd licèt deciſio
Alexandri in ſe ſit vera, non tamen
omnino rectè allegatur per aliquot
vel ferè omnes prædictos Doctores,
dum dicunt,vel præſupponunt,quòd
illa deciſio Alexandri vertatur princi
paliter ſuper ipſo themate: quia imò
rectè penſiculato illo themate, aliò
tendit deciſio vel determinatio the-
matis & dubij ex eo reſultantis, ſuper
quo conſuluit ibi Alexander, & aliò
prædicta deciſio à præfatis Doctori-
bus commendata, quum reſpiciat fi-
lias inſtitutas pleno iure: & principa-
le dubium conſilij vertitur circa le-
gatum vſusfructus omnium bono-
rum mariti factum per eum vxori in
codicillis, ſuper quo, tanquam cardi-
ne, vertitur dubium ipſius conſulta-
tionis, & eiuſdem dubij deciſio. Alia
autem deciſio eſt incidens, & tan-
quam præmiſſiua ad principalem de-
ciſionem: quia (vt dixi) concernit di-
rectò ipſas filias vniuerſaliter & ple-
no iure inſtitutas. Hoc nolui præter-
mittere, ne quis incautus legat Alexã
drum innixus prædicta paralogizan-
tium allegatione. Quæ quidem Ale-
xandri deciſio deſeruit ſignanter ad
hanc ſpeciem: videlicet, ſi pater me-
liorauit filium vnũ, ex duobus quos
habebat, in vſufructu tertiæ partis
bonorum, & eundem ſimpliciter in-
ſtituit in ſua legitima, vel in re certa
pro ipſa, & alium filium inſtituit in
reliquis bonis hæredem vniuerſalem
iure pleno, vel plenariè: nam tali ca-
ſu fiet concurſus inter ambos fratres
in vſufructu meliorationis,ſiue in me
lioratione vſusfructus: & ſic per præ-
dicta verba, pleno iure, vel plenariè
illic poſita reſoluitur in effectu & re
ipſa melioratio vſusfructus tertiæ bo-
norum quoad medietatem ipſius v-
ſusfructus: ex quo concurrunt in eo
pariter ſeu viriliter: & ſic tantum ha-
bet vnus, quantum alius, id eſt ſingu-
las vſusfructus medietates. Sed ſi eſſet
tertius, vel quartus filius vltra iſtos
duos,ſimpliciter, & nõ pleno iure in-
ſtitutus: melioratio vſusfructus ter-
tiæ partis in effectu minueretur per fi
liũ inſtitutũ pleno iure vniuerſaliter:
non autem reſolueretur quoad alios,
quia quantũ ad eos, ideſt filium ter-
tiũ & quartum, poteſt dici remanere
in medietate vſusfructus melioratus,
etiam ſi ab eo euellatur pars vſusfru-
ctus per alium filium, eundemq; fra-
trẽ pleno iure inſtitutum, qui etiam
remanet aliorum reſpectu in alia me-
dietate vſusfructus tertię partis melio
ratus.

Sed ne id prætermittam, quanquam
authoritas Alex. ſit magna, poteſt pro
babiliter in dubium vocari. Nam cõ-
currentia non ſolet dari in rebus ſe-
paratis,id eſt diuerſarum ſpecierum.l.
ſub conditione in fine, ff. quibus mo.
vſusfructus ami.& in l. cohæredi, §. co
hæres,verſicu.vltimo.ꝗ. tit. primo, vbi

Taxantur alleganteſ abſolutè præfatã Alex. deciſionem.

Adaptat ad materiã meliorationis.

Bal. Alexã. & Areti. vbi hoc probatur per contrarium: ſed melius in l. planè, §. ſi coniunctim. de legat. primo. Et in l. vna, §. hæc autem, cum ſequen. C. de cadu. tollẽ. qui tex. loquitur in cõiunctione reali, & in l. re coniuncti, verſi. penulti. & in l. coniunctim, de lega. 3. & in §. ſi eadem res, inſtitu. de lega. cũ omnibus iuribus loquentibus de coniunctione reali. Quo ſuppoſito videtur Alexan. deciſionem non propriè ſtare. Nam ſi legetur alicui vſusfructus, ille eſt formalis, & ſolidus, ſeu in ſolidum & in abſtracto debet pertinere ad legatariũ: ergo hæres inſtitutus pleno iure ad quem pertinet vſuſfructus cauſalis bonorum, non poteſt concurrere ad euellendam legatario partem vſusfructus formalis, quum inter iſtos vſusfructus non poſſit dari communio aut coniunctio. Præterea ſecundum formam vſitatam in confectione teſtamentorum, quæ eſt, vt poſt legata particularia, dicitur, & in reliquis bonis inſtituo, &c. non video quomodo deciſio Alexan. poſſit hodie practicari.

Ex quibus (vt inſtitutum principale proſequar) patet ex Doctorum communi intentione hîc, & in dicta l. fundo mihi legato, eandem prope rationem militare, quoad hunc. §. & l. illã fundo mihi legato, videlicet, quia cauſa ſuperueniens traxit originem de præterito, & ſic per contrarium præſupponunt, quòd ſi res vel cauſa non habuiſſet originem vetuſtiorem. i. de præterito, illius ſuperuenientia nihil operetur, per ea quæ ſuprà dicta ſunt in redditione rationis ad illud vulgare dictum, quòd dominus vel hæres effectus ex vna cauſa. &c. Sic itaque dicta l. fundo mihi legato eſt

Adaptatio ſimilitudinaria. l. fundo mihi legato ad mentem iſtius text.

eſt baſys & fundamentum (vt aliâs dici ſolet) cardinale rationis mentalis ad iſtum textum, facta iſtiuſmodi metaphorica inductione illius text. vice adaptationis ad iſtum, quæ eſt. Nam quemadmodum ibi variatur qualitas vel titulus dominij acquiſiti per mutationem vnius tituli in alium, id eſt de titulo hæreditario nouo in titulum legati antiquum. Sic à ſimili in præſentiarum mutatur titulus, vel qualitas acquiſitionis libertatis. Nam licèt olim ſeruus nunc verò libertus fuerit libertatem conſequutus ex ſecundo teſtamento: quia tamen conditio primi teſtamenti poſtea fuit purificata, aſſequitur præfatam libertatem ex eodem teſtamento: ſicque ex titulo vetuſtiore. Et ad

Cõprobatrõ. Bald. ex pluribus ſequen.

prædictam rationem Bald. & Doctorum fundatam in cauſa ducente originem de præterito, & ſic reſpiciẽtem retro: ſcilicet quòd operetur variationem qualitatis, vel tituli diſpoſitiui, vel cauſatiui (vt ſic dicam) vltra eos bene facit in ſimili textus in l. ſi rem, §. vltimo, ff. de pigno. act. vbi ſi poſt li. conteſtatam, ſuperuenit actorii ius vel actio, quam à principio non potuit intentare, vtpote nondum nata vel nondum competens, poteſt ex tali iudicio ſententia ſequi. Ad idem l. ſi mandauero tibi, vt à Titio, ff. man. vbi idem effectu & re ipſa probatur: videlicet, quòd actio ſuperueniens actori pẽdẽte iudicio ex cauſa de præterito, prodeſt ſibi ad condemnationem contra reum ab eo conuentum: duntamen ſuperueniat ante rem iudicatam, vt ibi text. inquit. Item & ante concluſionem in cauſa, vt ſupplet Barto. in l. ſi mater, §. eandem, colum. finali ad finem, ff. de excep. rei iudicatę. Quod ſequuntur Roma. Alexã. & Iaſon in l. ſi Titius, ſecunda chart. illius tituli, ff. de verbo. obligat. quam dicit eſſe cõmunem ſententiam Frã. Are. ibi, col. 3. ante med. licèt aliud dicat eſſe de iure magis ſubſtẽtabile pl.

quod



quod ſi in diem, in princip. ff. de per. hæreditatis. Sed in vero illa lex non facit ad rem de qua agimus, nam loquimur in iudicijs particularibus, prout Barto. & Docto. vbi. ſ. loquuntur, ſed prædicta l. quod ſi in diem, in princip. in vniuerſalibus, inter quæ iudicia in hac materia eſt aperta differentia, vt patet ex l. quarta. ff. de peti. hære. vbi Docto. & tradit Barto. in l. edita, colum. 2. vbi Alexan. Iaſ. & recentiores in propoſito dictæ l. quartæ, multa tradunt. C. de eden. Sequenda eſt ergo communis opinio in terminis in quibus loquitur. Confert itidẽ præmiſſæ rationi text. in l. ſi quis alienam, ff. de actio. emp. vbi ius ſuperueniens venditori poſt venditionem prodeſt emptori, vt illum poſſit cogere ad contractum venditionis implẽdum. Iuuat etiam præmiſſam rationem lex cùm vir prædium, ff. de vſucapio. vbi ſi is qui non iure alicui prędium vendidit, ſuccedat domino prædij venditi, confirmatur venditio retrofacta per eum. Ad idem eſt etiam text. in l. proinde, ff. ſi cert. peta. vbi ponuntur tres caſus, ſiue tria exempla, in quibus ob cauſam, id eſt exiſtẽtiam conditionis de nouo ſuperuenientem, habentemq; originem, vel ortum de præterito, confirmatur mutuum, quod à principio in euentum conditionis pendebat.

De eadẽ re cõſideratio.

Conſiderandum tamen eſt, quòd licèt Doctores prædictam rationem tenentes non aperiant, videntur tamen præſupponere, dum interpretantur iſtum text. per eandem rationem, velle † quòd

12 etiam in diſpoſitionibus ſingularibus legatorum & fideicommiſſorum particularium conditionalium eſt locus retrotractioni ad tempus mortis teſtatoris: quod eſt contra cõmunem Doctorum ſententiam in varijs locis, & quam in ſpecie tenet Barto. in l. ſi is qui pro emptore. 5. quæſtione principali, colum. 16. in materia fictionis retrotractiuę. ff. de vſucapio. Motus præcipuè per legem primam, §. ſerui appellatione, ff. de ſenatus conſul. Sylla. quem ibi in idem notat Barto. met: cuius text. verba formalia ſunt, [Neque quòd conditio exiſtens, quæ efficit, vt deſinat eſſe hæredis, facit ne interim videantur ipſius fuiſſe.] Adducit etiã Barto. in idem textum in præallegata l. ſi mater, §. eandem, ff. de excep. rei iudi. vbi dominium legati, quod per exiſtentiam conditionis acquiritur, dicitur acquiri ex noua cauſa, & ſic non ex prima: & conſequenter in legato conditionali non eſt locus fictioni retrotractiuæ, quam tranſlatiuam de tempore præſenti ad præteritum vocant, & ibidem Barto. ſecunda oppoſitione expendit ad idem illũ text. In eam etiam rem adducit Barto. ibi eadem col. 16. text. nota. in l. Sempronius Attalus. ꝟ. de vſufructu legato. vbi probatur, quòd legatum in diem certum relictum, licèt ante diei euentum cedat, quoad obligationis perſonalis ortum, nec non quoad legati ipſius tranſmiſſionem: non tamen cedit interim quoad dominij tranſlationem. Ad quod dicit eum eſſe ſingula. Ioan. de Imo. in l. prima, col. penulti. ꝟ. de lega. primo, & ſic patet ibi, quòd dominium non eſt in conſideratione, niſi à die legati aduenient e. Sed cauendum, nam quicquid Barto. & Ioã. de Imo. dicant, text. in prędicta l. Sempronius Attalus, non probat aliquid de fictione retrotractiua.

Atten.

Ad l. Sẽpronius Attalus.

13 † Quia licèt probet id quod. ſ. proximè retuli: non tamen aperit, quid ſit poſt aduentum diei dicendum reſpectu temporis retro decurſi. Et eandem communem concluſionem negatiuam, quòd in legatis conditionalibus poſt conditionũ exiſtentiã &

puriſi-

purificationem non ſit locus effectui
retrotractatiuo, tenet idem Barto. in
l. ſi filiusfami. in princip. ff. de verbo.
obligatio. contra Dynum qui oppo-
ſitum tenuit, in regula prima, quæſt.
vltima de regu. iuris libro. 6. Rationē

Ratio cōis cōcluſionis negatiuę.

præfatæ communis cōcluſionis nega
tiuæ dicit Barto. vbi ſuprà eſſe pro-
pter voluntatem defuncti. l. mulier, §.
ſi hæres, verſicu. [alia cauſa.] ĵ. ad Tre-
bel. Fortè voluit Barto. dicere, licèt
Doctores non declarent (nam iſtam
rationem non refert Iaſon ibi, quan-
quam referat alias rationes differen-
tiæ inter contractum cōditionalem,
vbi fit retrotractio, & legatum condi-
tionale, vbi non fit) quoniam teſtator
legando, vel fideicommittendo ſub
14 conditione, † videtur limitaſſe diſpo-
ſitionem ſuam: ita demum ſi condi-
tio eueniſſet: & ſic videtur voluiſſe,
quòd medio tempore res maneret a-
pud hæredem prout reuera manet ſe
cundū iuris diſpoſitionē, pleno quidē
iure, vt inquit text. in l. generaliter, §.
ſub conditione, ff. qui & à quib. ma-
numi. libe. non fi. iuncta prędicta l. fœ
minæ, §. illud. C. de ſecundis nupt. &
ex conſequenti voluit interim hære-
dem manere dominum & poſſeſſo-
rem rei ſic legatæ ſub conditione. Et
quòd talis conditio retrotractiua ſeu
tranſlatiua de tempore præſenti ad
præteritum non procedat, neq; poſ-
ſit effectum ſortiri in legatis & fidei-
commiſſis ſingularibus iiſdemq; con
ditionalibus, eſt (vt dixi) communis
ſententia Doctorum in præfatis lo-
cis, prout apparet ex traditis per Iaſ. in
dicta l. ſi is qui pro emptore, nu. 312.
cum ſequen. Ex qua deducitur ſecun
dum Barto. in dicta l. ſi is qui pro emp.
colum. 16. quòd fideicommiſſarius
conditionalis adueniente conditio-
ne fideicommiſſi, non poteſt petere
fructus medio tempore ab hærede
perceptos, cùm non ſpectent ad ta-
lem legatarium ſeu fideicōmmiſſariū
conditionalem: ex eo quòd non fin-
gitur retro, id eſt à morte teſtatoris
fuiſſe dominus, per text. apertum in
eodem. §. ſi hæres, verſicu. [alia cauſa]
qui (vt dixi) loquitur in fideicōmiſſo
vniuerſali. Sed idem dicēdum in par-

Atten.

ticulari per legem, ſi poſt diem. §. pri-
mo. ĵ. quando dies legati cedat, vbi hę
res percipiens fructus ex re ſubiecta
reſtitutioni ex cauſa legati vel fideicō
miſſi ſingularis & conditionalis, facit
illos ſuos: adeò quòd tales fructus ex
illa re ſubiecta reſtitutioni in euentū
conditionis, putà poſt mortem graua
ti, vel ſub alia conditione caſuali, effi-
ciuntur liberè & irreuocabiliter ipſi⁹
hæredis, & non ſupponuntur tali fi-
deicōmiſſo, vel vinculo quod vocāt:
& conſequēter talis grauatus poteſt
ad libitum de illis diſponere, in quem

Ad fructus bonorū maioratus.

cunq; etiam pręter fideicommiſſariū
eundemq; vocatum ad eiuſmodi vin
culum. Text. eſt ſummè notandus in
l. codicillis. §. inſtituto, de lega. 2. quē
ibi commendat Pau. de Caſt. & per eū
15 dicit patêre, † quòd is qui non poteſt
obligare vel vendere rem ex teſtato-
ris prohibitione vel etiā donantis, nō
prohibetur vendere fructus ex tali re
perceptos, vel quomodolibet, & in
quemlibet de eis diſponere. Ad quod

De eadē re.

dicit illum tex. crebrò allegari, etiam
(quod eſt fortius) ſi alienaſſet fructus
per ſe percipiendos, obligando ſeip-
ſum perſonaliter ad eorum præſtatio-
nē, etiam in annum centeſimū, ſi ad
illum vſque vitam produxiſſet, ſecun
dum Barto. ibi iſtud ſingulariter tenē
tem, quod eſt in effectu & re ipſa idē
dicere quod pro toto vitæ ſuæ tempo
re, quæ non præſumitur longius du-
rare. l. vltima. ad fin. C. de ſacroſanct.
eccleſ. l. an vſusfructus, ff. de vſu-
fructu. Ad idem facit l. in ædibus. §.
ex re-



ex rebus, ff. de dona. & idem ante Bar.
per d. §. inſtituto, tenet gloſ. And. de
Iſer. in conſtitutione incip. cōſtitutio
nē ad fi. lib. 3. cōſti. citerioris Scicilię. i.

Atten.

Neapolitanarū, quæ tū in vno dicto
eſt pollienda, ſiue climāda, vt per Bar-
to. in eodem §. inſtituto, aliâs (quoad
illud dictum inquam) non rectè lo-

Ad fructus rerū feudalium.

queretur. Hinc eſt etiam, quòd vaſſal
lus poteſt locare, & fructus concede-
re, nec non alias commoditates, & e-
molumenta feudi, quod tenet diſtra-
here pro toto tempore quo apud eū
eſt poſt talem conceſsionē vel diſtra-
ctionem duraturum, vt notat And. de
Iſer. & ſequitur ibi Iaco. Alua. in c. im-
perialem in princi. de prohi. feu. alie.
per Fede. in vſibus feudorum, & in c.
primo. §. ex eadem lege, in tit. de lege
corra. eo. libro, & Bal. in cap. primo. §.
aut ſi libellario. in titu. quibus mod.
feu. ami. eo. lib. Mouentur præfati Do
cto. inter alia potiſsimum, per text. in
eodē §. inſtituto, & in l. pater filiū, in
prin. ĵ. de lega. 3. & in l. cōmuni diuidū
do, §. cùm de vſufructu, ff. cōmuni di-
ui. Facit etiam quod tradit Spe. in tit.
de pigno. in verſ. ſed quid de decima.
& Bald. in dicta l. communi diuidun-
do, in princip. finali. verbis. & in l. pri-
ma, in princip. ff. quibus mo. vſusfru-
ctus amitta. quod ſequitur Alex. con-
ſilio. 118. colū. prima, ante fin. volu. 6.
Quibus etiā adamuſſim quadrat qđ p
text. in eodem §. ex rebus, tēnet elegā
ter Bald. in cap. primo ad fin. principij
de ſucceſſ. feu. in vſi. feudo. dicens ꝙ
vaſſallus poteſt grauare filium ſuum
hæredē vniuerſalem futurū in bonis
ſuis liberis, vt quotannis ex fructibus
legendis ex fundo feudali, ſoluat cer-
tos fructus pijs cauſis, & valet tale re-

Attē. aduertenter.

lictum vel fideicommiſſum. Quia (ſe-
cundum eum) teſtator diſponit de
fructibus à fundo ſeparatis, aliâs ſepa-
randis, vel quando erunt ſeparati, &
ſic confert effectum diſpoſitionis in
id tempus ſeparationis, qui fructus
quando ſunt percepti, non ſunt de
feudo, vel feudales: ſed ſunt res pro-
priæ ipſius hæredis eiuſdemq; vaſſalli,
ſeu feudatarij futuri poſt mortem in-
quam patris feudatarij, de quibus re-
bus hæredis teſtator vaſſallus, vt qui-
uis alius, poteſt vt de proprijs diſpone
re. l. vnum ex familia, §. ſi rem, cum
alijs. ĵ. de lega. 2. Vnde (ſecundum eū)
non dicitur alienatio fundi feudalis,
ſeu feudi, quando alienantur fructus
ex tempore quo fuerint à fundo ſepa
rati, per eundem. §. ex rebus. Quod di
ctum Bald. reperio ponderatum à
Paulo de Mon. Pico in prædicta rele-
ctione. §. Titia cùm nuberet. l. Titia
cum teſtamento, colum. 93. poſt prin
cip. de lega. ſecundo. Idem effectu vi-
detur Bald. tenere in cap. primo. §. do-
nare, colum. 2. qualiter olim feu. alie.
pote. vbi videtur id temperare. Et re-
uera ſi ratio Bald. conſideretur in di-
cto cap. primo ad finem principij de
ſucce. feu. videtur eademmet vigere
etiam ſi huiuſmodi relictum fuiſſet
factum ad non piam cauſam. Ex qua

Extēſio prædictæ deciſionis Bald.

deciſione Bald. intulit notanter præ-
dictus Paulus Picus, in præallegata. 93
col. ad medium, quòd ſi teſtator vaſ-
ſallus vel feudatarius leget vxori ali-
menta ab hærede vniuerſali, eodem-
que feudi futuro ſucceſſore præſtan-
da, talis ſucceſſor tenebitur ad illo-
rum præſtationem, etiam ex fructi-
bus ex bonis feudalibus legendis. Et
ſic Bal. reſtringit ſe, & rectè, ad ſucce-
dentem in feudo vel maioratu, eun-
demque hæredem ipſius diſponen-
tis vniuerſalem, quod præſupponit

Aduertētia nota. ad prædictā Bal. deciſionem.

Bald. apertè, quum proponit prædi-
ctam quæſtionem, item & in decidē-
do illam: dum voluit, ſecus debere
eſſe, ſi repudiaſſet bona allodialia ſeu
libera retentis feudalibus. Sed reuera
vltra

vltra eos, id eſt Bald. & Picum eius aſ-
ſeclam, pari ratione dicẽdum eſt idẽ,
ſi teſtator non inſtituiſſet futurum
feudatarium hæredẽ, ſed ei reliquiſſet
aliquid grauamini ſibi ex fructibus fu
turis feudi, vel ex feudo percipien-

Ad iura hodierna & maiorias.

dis iniuncto, cõmenſurabile. Hodie
autem filio in maioratu ſucceſſuro,
hærede vniuerſali per patrem tam in
bonis liberis quàm maioratus inſtitu
to, & grauato, aliquid præſtare ex fru-
ctibus maioratus ad piam vel non piã
cauſam, res eſt expeditiſſima, quòd
grauamẽ non valeret vltra quintam
bonorum liberorum partem. Si au-
tem inſtitutus, qui erat, vel eſt ſucceſ-
ſurus in maioratu, non eſſet ex eis
quibus legitima deberetur, & ſic eſſet
extraneus, vel haberetur pro extra-
neo, grauamen valeret quoad omnia
bona libera eidem commẽſurabilia,
etſi non ſufficeret. Deliberãdum eſt,
an reliquum ſoluendum eſſet de fru-
ctibus maioratus, de quibus teſtator
iuſſit debere ſolui tale grauamen. Et
certè ſi talis hæres confeciſſet inuen-
tarium, non teneretur vltra commẽ-
ſurabilia bona cum grauamine, & nõ
vlterius, ſi grauamen excederet quã-
titatem bonorum hæreditariorum,
in quib[9] ſucceſſit, & extitit hæres per
regulam l. fina. §. etſi præfatam, C. de
iure deliberan. Et prædicta quæ de iu
re communi ſunt tradita, ſunt notan
da, quia fortè non reperientur ſic de
ciſa ſecundum Picum, vbi. ſ. Et ad id
quod eſt dictum de venditione, loca-
tione, & conceſſione fructuum re-
rum feudalium, vel emphytheoteca-
rũ, vel maioratus, videri poſſunt vber-
rimæ remiſſiones traditæ per And.
Tiraquell. in opere retractus, fol. 36.
nume. 46. vbi tamen nonnihil ex præ
dictis intentatum reliquit. Et priuſ-
quam hinc diſcedam vnum adijcere
præmiſſis libet, quòd communis ſen-
tentia Doctorum de qua ſuperius eſt
traditum, quæ habet, quòd in legato
conditionali non eſt locus retrotra-
16 ctioni poſt conditionis euentum, †
& ſic quòd legatarius non fingitur
fuiſſe dominus rei legatæ à morte te-
ſtatoris, vel ſaltem ab adita hæredita-
te, videtur eſſe veriſſima hac ratione
inuincibili ac ꝓpe irrefragabili: quia
cùm talis fictio eſſet in præiudicium
hæredis, qui per prædicta iura pendẽ-
te legati conditione eſt dominus ip-
ſius rei legatæ pleno iure, vt ſuprà di-
xi, fictioni tali caſu non poteſt eſſe lo-
cus: quia retrotrahitiones conditio-
num non poſſunt fieri in præiudiciũ
tertij, vt tradit Bald. conſilio. 16. viſis
teſtamento, &c. libro 4. argumento
eorum quæ tradit Cynus & Bald. &
alij poſt eum, in l. fina. C. ad Macedo.
Ad quod etiam Cardina. Floren. qui
idem tenet, conſilio. 105. incipiente,
conſilium redditum, colum. 4. allegat
text. in l. ſtipulatio de dote, ff. de iure
dot. & in l. inſulam, §. vltimo, ff. ſolut.
matrimo. Ad hæc alia ratione talis fi-
ctio non procedit: quia eſſet circa im
poſſibile de iure. quòd patet, quia cũ
(vt dixi) hæres ſit pleno iure dominus
rei legatæ, pendente legati conditio-
ne, & duo non poſſunt eſſe domini
inſolidum, concurſus in dominio in-
ſolidum eſſet de iure impoſſibilis. l.
tertia. §. ex contrario, ff. de acquiren.
poſſeſſ. nec non eſſet impoſſibile, de
iure fingere, quòd hæres deſierit re-
tro in totum fuiſſe dominus: cùm ſit
iure impoſſibile abſque voluntate, &
facto proprio, quem deſinere eſſe do-
minum. l. ſi quis vi, §. differentia, ff. de
acquiren. poſſe. & l. id quod noſtrum,
17 ff. de regu. iuris. & ita eſt, † quòd quẽ-
admodum fictio non operatur in his
quæ ſunt impoſſibilia de natura. gl. or
di. in l. Gallus, §. ſi ei[9], in parte, excluda
tur prope fi. ſ. de libe. & poſth. ad quã
ponit

Aduertẽtia circa præcedẽtia, de nõ retrotractione legati cõditionalis.

Retrotractio nõ operatur in præiudiciũ tertij.



ponit plures concordan. Iaſ. ibi, colũ.
antepe. ita neq; in his quæ ſunt impoſ
ſibilia de iure. Gloſ. nota. in l. talis ſcri-
ptura, in gloſ. fina. j. de legat. primo, &
licèt gloſ. aliud voluerit in l. ſequens
quæſtio. j. de legat. 1. præcedentem ta
men ſequũtur ibi Bart. & Docto. cõ-
muniter, & eam dicit ibi eſſe ſingula.
Pau. de Caſt. de qua tradit plura Iaſ. in
l. ſi is qui pro emptore, colũ. 53. ff. de
vſucap. ſ. ſæpe allegata.

Redit ad ſuperiora.

Redeundo modò ad præcedens in
ſtitutum, videlicet ad ponderationẽ
quam. ſ. feci de intentione communi
ſcribentium hîc, quos dixi velle con-
trarium eius quod ſuprà aſſerui, id eſt
communis opinionis, quam ſuperius
probaui, q̧ in relictis conditionalibus,
conditione purificata, nõ eſt locus re
trotrahitioni in fauorem legatarij, vt
fingatur fuiſſe dominus retro, id eſt
à tempore mortis teſtatoris, vel aditę
ab hærede hæreditatis: quia vt eſt cõ-
munis conclu. ſ. firmata, non fingi-
tur: ſed (vt dixi) Doctores hîc vidẽtur
oppoſitum tenere: imò quòd retrotra
hitio hoc caſu locũ habeat per fictio-

Reſponſio.

nem. Sed ad hoc dicimus, quòd ſi tex.
iſte internè conſideretur, ſiue expen-
datur, non ſolũ non facit contra præ-
dictam cõem ſententiam Doctorum,
cuius. ſ. eſt habita mentio, imò ſtat im
motus pro ea, quamuis nemo ſcriben-
tium, quos viderim hucuſq;, ne dicã
in præſentiarum, qui eſt locus exor-
bitans & peregrinus ab iſto articulo:
ſed neque in vniuerſa materia fictio-
nis ordinaria, quæ paſſim tractatur in
locis communibus & cunctis obuijs,
hunc text in hanc rem induxerit.

18 Quòd autem non faciat contra cõ

Expẽdit ſubtiliter iſte textus vt non faciat cõtra cõmunem.

munem oſtenditur. Primo, nam in ca
ſu iſto non poſſet retrotrahitio con-
ſiderari, hac ratione mihi inuincibi-
li: quia ſi iſte ſeruus retro, id eſt tem-
pore confectionis ſecundi teſtamen-
ti fingeretur fuiſſe liber, & ſic ante il-
lãmet confectionẽ, ꝑ conſequens fin
geretur poſt mortem ſecundi teſtato
ris fuiſſe hæres voluntarius eiuſdem
ex ſecundo ipſius teſtamento: ſed ta-
le conſequens eſt falſum, & impoſſibi
le: ergo & antecedẽs. Quod apparet,
quia cùm iſte ſeruus ex ſecundo teſta
mento fuerit effectus hæres neceſſa-
rius ſecundum veritatem ipſi teſtato
ri ſecundo, talis veritas præualere de-
bet, quæ eſt quòd fuerit hęres neceſſa
rius, vtpote ſeruus hæredis eiuſdẽq; ſe
cũdi teſtatoris, & tali veritati fictio
debet cedere, per quã fingeretur hæ-
res volũtarius propter præcedentem
medio tẽpore fictã & imaginariam li
bertatem, quæ fingi non põt, vt. ſ. eſt
dictũ, propter hæredis ſecundiq; teſta
toris pręiudiciũ, cuius intereſt habere
ſeruum hæredem neceſſariũ, ne poſ-
ſit decedere inteſtatus, vt in prin. in-
ſtitut. de hære. quali. & diffe. iuncta l.
& quia, ff. de interroga. actio. Nã prin
cipalis effectus alterationis ſeu varia-
tionis tituli libertatis, quæ fit in caſu
iſtius text. ſolummodo conſideratur
ad eum finem, an ſit hæres neceſſa-
rius, an verò volũtarius, vt inquit iſte
text. Si itaq;, ꝑſupponeremus fingi eũ
fuiſſe liberum à tempore mortis pri-
mi teſtatoris, ex neceſſaria conſequẽ-
tia fingendum eſſet eum medio tem
pore ſequenti, id eſt poſt mortẽ ſecũ-
di teſtatoris, & ante conditionis exi-
ſtentiam, & purificationẽ fuiſſe hære
dẽ volũtariũ eiuſdẽ teſtatoris ſecũdi:
ſed (vt dixi) hoc eſſet impoſſibile fin-
gi. Tũ ob id qđ modò diximus de hæ-
redis ſecũdi pręiudicio vitãdo. Tum
19 etiã, † quia in illo intermedio, vel inte
rim fingeretur fuiſſe in duplici ſtatu
contrario contra l. duobus, & l. ſi pa-
riter, ff. de libera. cauſa: & ſic eſſet
20 de iure impoſſibile. † Tum denique,
quia non tantum (vt dixi) vbi veritati
natu-

naturali fictio aduerſatur vel eſt cõtra
ria, præualet veritas ſubſiſtens: verùm
etiam vbi ambæ concurrunt, & ſeſe
compatiuntur, abſq; aliqua contrarie
tate viciſſitudinaria, vt quia tendunt
in eundem ſcopum (vt infrà etiam di-
cã) ſemper & indiſtinctè præualet ve-
ritas fictioni, vt eſt text. elegans, in l.
filio quem pater. ſ. de libe. & poſthu.
in illis verbis, [Ne imagine naturæ ve
ritas obumbretur.] quem text. poſt
gloſ. ſummãt Bat. & Docto. hoc mo-
do. Quando veritas & fictio tẽdunt
in eundem finem, ſemper pręualet fi-
ctioni veritas. Ita per punctum ratio-
nis ſimilitudinariæ dicendum eſt in
caſu iſtius text. vbi fictio prætenſa li-
bertatis imaginariæ ipſius ſerui, id eſt
quæ attentaretur hæbere locum de
præterito. i. tẽpore vel poſt tẽpus mor
tis teſtatoris & aditæ per hæredẽ hæ-
reditatis & fictio prętenſa ac conſecu
tiua, videlicet q̃ ſeruus effectus liber,
medio tempore. i. poſt mortem ſecũ-
di teſtatoris, & ante exiſtentiam cõdi
tionis libertati appoſitæ in primo te-
ſtamento fingatur fuiſſe hæres volun
tarius, concurrunt inuicẽ cõtrariãtes
cum ipſa hæredis vera exiſtentia, nec
non neceſſaria: ergo talis veritas præ-
ualere debet vtriq; fictioni, tam cõſe-
quenti, q̃ antecedenti, tanquã ipſius
fictionis præſuppoſitiua & præãbula.
Quinimo etſi poſſet quomodolibet
dici fictionem retrotractiuam potuiſ
ſe habere effectum in fideicommiſſo
particulari conditionali (quod tamen
ſecundum veram & cõem Doct. opi.
dici nequit) non tamẽ poſſibile eſſet
eam habere locum iſto caſu: quia eſ-
ſet præſupponere fictionẽ, non ſolum
(vt dixi) in præiudicium hæredis ſecũ-
diq; teſtatoris, ſed etiam omniũ quæ
interim. i. cõditione pendente geſta
eſſent per hæredẽ neceſſarium olim
21 ſeruum hęreditarium, † & tamen eſt
iuris certiſſimi retrotractionem ſeu
tranſlationem temporis præſentis ad
præteritũ non poſſe, neq; debere fieri
in præiudicium iuris tertiò quæſiti,
prout in ſimili. ſ. diximus de conditio
nis exiſtentia, ſiue de ipſa conditione
impleta & purificata. Et in fictione
(qui caſus eſt de quo agimus) id tenet
Bal. conſi. 16. incipien. viſis, lib. 4. vbi
colũ. 2. verſicu. ſed poſito (licèt aliud
agens) vult, quòd fictio non trahitur
retro, quando tempore intermedio
ſtatus rei eſt mutatus, quod aptatur
ad rem noſtrã eo caſu, videlicet, quan
do iſte ſeruus, qui fuit per primum te
ſtatorem libertate fideicõmiſſaria, cõ
ditionaliter donatus, & liber, & hęres
poſtea purè factus ab hærede ſecun-
doq; teſtatore, medio tempore, id eſt
priuſquam conditio libertatis purifi-
caretur ex primo teſtamento, dũ hæ-
res neceſſarius exiſteret poſt mortẽ
eiuſdem ſecundi teſtatoris eidem te-
ſtatori aliquid geſſiſſet de concernen
tibus hæreditatem eiuſdem, vt quia
ſoluiſſet hęreditarijs creditoribus, vel
debitoribus feciſſet pactum de non
petendo, vel dediſſet liberationẽ eiſ-
dem debitoribus hæreditarijs, vel ali-
ter contraxiſſet cum alijs ſuper bonis
eiuſdem hæreditatis: & ſic ex prædi-
ctis geſtionibus eſſet quæſitũ ius alijs
perſonis. ſ. ſuprà dictis. Nam ſi poſt exi Atten.
ſtentiam cõditionis relicto libertatis,
in primo teſtamento facto iſti ſeruo
quõdam, adiectæ, iſte idem repudiet,
vtpote effectus voluntarius ex primo
teſtamento non poteſt illis tertijs, qui
bus iam erat ius quæſitum, inferre ali-
quod præiudicium quum tẽpore re-
pudiationis res iam non eſſet integra
ob mutationem intermediam ſtatus
ipſius. i. de neceſſario in volũtarium:
& ſic repudiatio non poteſt retro fin-
gi ad tempus mortis ſecundi teſtato-
ris, ne omnia fierent irrita, quæ ante
existen-



exiſtentiam conditionis adiectę liber
tati in primo teſtamento fuiſſent ge-
ſta per iſtum hæredem neceſſarium
exiſtentem geſtionis tẽpore, & ipſo
hærede poſtea effecto voluntario re-
pudiante. Quibus conſonat glo. ordi.
in bono ſimili, in l. Gallus, §. & quid ſi
tantum, in parte emancipatus, ad fin.
& quod Bart. & Doct. ibi tradunt cir-
ca materiam legitimationis, argumẽ.
illius gl. loquentis de reſtitutione de
portati retrotrahenda vel non. ſ. de li
be. & poſthu. Facit etiam l. & ſi ſine, §.
ſed & quod Papi. ff. de mino. & l. fina.
C. de ſenten. paſſis. & cap. quanuis, de
reſcriptis lib. 6. De quo articu. multa
traduntur per Iaſ. in d. §. & quid ſi tan
tum. 2. lectu. col. 13. & per Soci. col. 5.
cum ſequẽ. Bene facit l. ſtipulatio de
dote, ff. de iure dot. & l. inſulam. §. vlt.
ff. ſolu. matri. quas ll. in id video cita-
tas vt ſ. retuli per Cardi. Floren. conſ.
105. incip. poſt conſilium redditum,
colũ. 4. verſi. item retrotrahitur. Nam
etiam ſi cõſideremus retrotractionẽ
(vt ad ſuperiora redeã) reſpectu ad ſo-
lam conditionem habito, & conſimi
liter non trahitur retro in præiudiciũ
iuris alteri quæſiti, ſecundũ Bal. & Sa-
lice. in l. prima, per illum tex. C. an ſer-
uus ex ſuo facto. &c. & tenet expreſ-
ſim Alexan. de Imo. conſi. 228. ponde
ratis, col. 2. vol. 6. dicens illud eſſe ſin-
gulariter not. & Deci. in l. pecuniam,
in fi. ff. ſi cer. peta. verſi. Secundò regu
la non habet locũ. Et ante iſtos à mul
tis retro tẽporibus idem ſenſit Hoſt.
in ſumma de condi. appo. §. quę cõdi.
col. 2. verſ. quid ſi cõtraho cũ vna. &c.
Qui omnes Docto. tenent, quòd vbi,
vel in caſibus, in quibus exiſtentia cõ
ditionis retrotrahitur, non tamen tra
hitur retro in præiudicium iuris ter-
22 tio iam quæſiti. † Sed ita eſt quòd in
caſu iſtius text. mixtim tractatur de
vtraq; re, id eſt de fictione & cõditio-
ne, id eſt de retrotractione cõditionis
per fictionem: ergo quanuis fictio hîc
eſſet poſſibilis (quod tamen. ſ. proxi-
mè fui inficiatus) non tamen poſſent
inuicem concurrere: quoniam veriſi
militer poſſet reſultare inconueniẽs
prædictum. ſ. iuri tertio quæſito præ-
iudiciale. Et iſta ad redundantiã ſpe-
culationis ac theoricæ huius text. di-
cta eſſe volumus: quia reuera (vt præ-
dixi) non poteſt in præſentiarum eſſe
locus retrotractioni fictitiæ conditio
nis exiſtentiæ. Reſolutio itaq; cõmu- Reſolutio intellectua-
nis intellectus textualis, quoad iſtum lis in primo
primum articulum ſtat in hoc. Quòd articu.
hîc fit variatio (priuatè inquam) noui
titu. ſeu nouæ cauſæ libertatis in iſto
liberto manumiſſo in ſecundo teſta-
mento hæredis, eiuſdemq; ſecundi te
ſtatoris ob cauſam de nouo ſuperue-
nientem, ducẽtemq; de præterito ori-
ginem. i. à primo teſtamento, vbi fuit
primum relicta eidem ſeruo libertas
ſola, deinde eodemmet ſeruo libero,
atque hærede eſſe iuſſo in ſecundo te
ſtamento. Ad cuius primi articuli ve- De eadẽ re
ram & ſolidam reſolutionem, quoad inueſtigatio
nitidum & ſyncerũ ipſius intellectũ,
opæræpretium eſt inueſtigare, & in
quæſtionẽ vocare id qđ pro re cõper-
ta, & penè expedita præmiſi in huius
tex. prælectionis principio ſiue ingreſ
ſu, verſi. circa primum decidit iſte te-
xtus. &c. videlicet, An & quonã mo- Quæſtio op
do, ſeruo ſemel effecto libero ex ſecũ portuna imò
do teſtamento poſſit in caſu iſtius §. neceſſaria.
conditione poſtea adueniente ex pri
mo teſtamẽto libertas eidem iterũ cõ
petere? pręſertim, quòd huic rei videa
tur mirum in modum refragari præ-
dicta l. ſecunda in eodem verſicu. reci
tata, C. de vind. libertate. Sed ad hoc Solutio.
ſatis videtur fuiſſe reſponſum vbi. ſ. vi
delicet, quòd ſubſtantia ipſius liberta
tis, quæ eſt (vt dixi) vnica in ſe ipſa, nõ
variatur, neq; mutatur, eſſentialiter

inquam:

inquam: & ſic non poteſt iterũ cõpe-
tere: quia eadẽmet libertas quę ſemel
cõpetijt, manet poſt exiſtentiã cõdi-
tionis appoſitæ ĩ primo teſtamẽto, vt
eſt de cõmuni intentione ſcribẽtium
hîc: & vno verbo valde conciſè tãgit
hîc Rapha. Cu. non progrediens vlte
rius in hoc articu. ſed variatur cauſa
& titulus ipſius libertatis, nam eadem
libertas quæ antea competierat ex ti-
tulo, & cauſa ſecundi teſtamenti, nũc
competit ex primo teſtamento: & ſic
ex cauſa quæ ducit originem retro de
præterito, vnde reſultat effect⁹ textua
lis. i. poſitus in hoc text. in fi. circa mu
tationem qualitatis exiſtentiæ hære-
dis neceſſariæ in qualitatem volunta
tis. i. exiſtentiæ hæredis voluntariæ, ſe
cundum cõmunem intellectum glo.
Recedit ab intel. Doct. & Docto. Sed licèt in eo quod Doct.
dicunt, quòd in caſu huius tex. nõ va-
riatur ſubſtãtia ipſius libertatis, bene
dicant: tamen id quod dicunt de cau-
ſa superueniente. ſ. quòd oporteat eã
ducere originem à tempore retro, &
ꝙ ea de cauſa, vel ratione, in hoc text.
decidatur id quod deciditur circa prę
dictũ effectũ reſultantẽ ex primo re-
ſpon. text. quem (vt dixi) ponit text.
in fi. in illis verbis, [& erit interim ne-
ceſſarius. &c.] Item quòd iſta ſit ratio
huius text. fundamentalis (vt prædixi
Intelligit iſtũ tex. aliter ꝙ Doct. Doctores tenere) nõ placet. Imò mea
ſentia (ſi qua in hac re eſt) text. iſte eſt
accipiẽdus aliter in hoc puncto: vide-
licet, ꝙ etſi ſemel hęres effectus ex v-
na cauſa, nõ poſſit ex alia amplius hę-
res effici, prout neq; ſemel dominus
effectus, non poteſt amplius fieri do-
minus, vt eſt prædictum: tamen cùm
ſeruus ex prima cauſa non fuerit effe
ctus plenè, perfectè, & vltimatè liber,
poterit ex ſecũda liber effici: etiã ſi ta-
lis cauſa non duxerit de præterito ori
ginem. Nam in hoc text. hic ſeruus
fuit liber effectus ex ſecũdo teſtamẽ-
to: ſed nõ plenè, neq; perfectè, ſiue vl-
timatè, id eſt non ita efficaciter, & vti
liter, vt ex primo: quia cũ hæres idẽq;
ſecundus teſtator non fuerit plenus,
& ſic perpetuus dominus eiuſdẽ ſer-
ui, ſed ad tempus incertum & limita-
tum ſolũmodo, id eſt interim ꝙ con-
ditio libertati adiecta in primo teſta-
mento impleretur. l. fina. §. ſin autem
ſub conditione, C. cõmunia de lega.
conſequitur quòd ſeruus ex ſecun-
do teſtamento efficitur interim dun-
taxat hæres neceſſarius, & ſic nõ ple-
nè, neq; perfectè ac perpetuò domi-
nus, quod eſt ſibi valde oneroſum: ſed
per ſuperuenientiam tit. ex primo te-
ſtamento propter conditionis exiſtẽ-
tiam efficitur hæres volũtarius: & ſic
plenè ac perfectè hæres, quod eſt ſibi
fauorabile. Quamobrem quanuis li-
bertas ſit ĩ ſeipſa irreuocabilis, ex quo
ſemel competijt: tamen poteſt habe-
ri iure pleno. i. ſolidiore quàm fuerit
primum ius: & ſic tali primo iuri addi
tur ſola qualitas ſoliditatis, perfectio-
nis, & vtilitatis: non autem mutatur,
neque variatur quicquam de ipſius
ſubſtantia, vt. ſ. eſt dictum. Et ſic circũ
ſcripta ſpecialitate libertatis, quę nul-
la iſto caſu ſubeſt, nec non prætermiſ
ſa communi Docto. ratione, quę niti-
tur cauſa ſuperueniente, eademq; de
præterito originẽ ducente, quę quidẽ
ratio non eſt in vniuerſum efficax, ne
que ſolida, dicendum eſt, quòd pro-
pterea huic liberto, iam libero ex ſecũ
do teſtamento effecto, poſt euentum
conditionis libertati primo teſtamen
to appoſitæ, dicitur ex eo libertas cõ-
petere: quia poſt modum. i. poſt titu.
nouè ſuperuenientem per exiſtentiã
conditionis in prædicto primo teſta-
mento appoſitæ habet eã, vt eſt dictũ
iure ſolidiore, efficaciore, ac commo-
diore, quàm prius ex ſecundo teſta-
mẽto eã habebat: ſicq; licèt ex vtroq;
teſta-



teſtamento eã nullatenus inſolidum
conſequi valuiſſet, vt. ſ. eſt dictum, &
probatũ, & probatur etiã ab ſpeciali
ex lege duo ſocij. ĩ. hoc eodem tit. ta-
men libertatem ſemel acquiſitã ex ti-
tu. minus ſolido, minuſq; efficaci, po-
terit idẽ manumiſſus denuò nõ pro-
priè conſequi, ſed retinere ex tit. vetu
ſto, vtpote ſolidiore, atq; (vt prædixi)
vtiliore, eo quia efficitur hæres varia-
bilis & voluntarius quoad effectum
prædictũ. i. habendi facultatẽ omittẽ
di hæreditatem quæ ſemel ſibi fuerat
neceſſariò infixa, omitti in quã ex vlti
mo titu. ſcilicet ſecundi teſtamenti, &
habendi eã ex capite inteſtati: ſi eo in
quã iure aliâs poſſet admitti, tenendo
nouam intelligentiã quam infrà po-
no circa ſecundum articulum textua
lem. Vel tenendo cõem quoad eun-
dem artic. vtilitas reſultat circa repu-
diationem hæreditatis abſolutã, ſi eã
vellet facere. neque vellet, aut neque
Probatio iſti⁹ noui intellect. poſſet ex alio admitti capite. Quę no
ua conſideratio quoad intelligẽtiam,
& perceptionẽ primi articuli textua-
lis cõprobatur optimo ſimili. Nam &
aliâs videmus, quòd nõ incõuenit eũ-
dem ſibiipſi ſubſtitui mutata ſucceſ-
ſionis cauſa, id eſt tali ſucceſsione affe
rente nouam vtilitatem quæ ex inſti-
tutione nõ afferebatur. l. ſed etſi plu-
res. §. nemo. ĩ. titulo primo, ſecũdum
declarationem gloſ. & Docto. ibi, &
in l. fina. §. primo, eodem titu. Si enim
cauſa non mutaretur, id eſt non ſub-
eſſet nouum commodum ex ſubſtitu
tione, quod ex inſtitutione antea nõ
afferebatur, ſubſtitutio eſſet nullius
23 momenti, † cùm natura & ars nihil fa
ciunt fruſtrà, vt inquit Philoſophus,
& probatur in ijſdem iuribus, nec
non in l. qui bis idem, vbi Iaſon notat,
ff. de verbo. obligatio. & probatur
etiam ex l. quinta ad finem. ff. de capt.
& poſtli. reuer. & ex l. ſtipulatio. §.
Diuus, ff. vt lega. no. caue. & ex l. non
cogendum verbis finali. ff. de procu.
& l. non ſolum, ff. de actio. & ob. & l.
tertia. ff. de milit. teſtamento, & l. in
operis. ff. loca. & dicta l. ſecunda. C. de
vind. liber. Sic etiam in hoc text. (vt
præmiſſa repetam) libertas ex ſecun-
do teſtamento non poteſt iterum ha
beri ex primo, & ſic ex titulo antiquo
ſeu vetuſto, abſque alio effectu, id eſt
allatione noui emolumenti, vt etiam
probatur ex lege pater filio. ĩ. iſto titu
lo: ſed quia (vt prædixi) habetur iure
vtiliori & magis efficaci ex primo te-
ſtamento cõpetente vel deſcenden-
te, meritò non inconuenit multipli-
cationem titulorum diuerſis tempo-
ribus in ipſa libertate concurrere. Prę Repetuntur ſuperiora.
terea, ad id quod eſt prædictum, vide-
licet quòd vbi quis ex prima cauſa
vel titulo nõ eſt effectus plenè ac per
24 fectè dominus alicuius rei, † ita quòd
ſibi deficit aliquod ius accidentale,
perfectiuum, confirmatiuum & cor-
roboratiuum (vt ita loquar) prioris do
minij ex priſtina cauſa acquiſiti, po-
teſt ex noua cauſa plenè ac perfectè
effici dominus. Text. eſt celebris, in l.
in bello, §. ſi quis ſeruum, ff. de capti.
& poſtli. reuer. ad finem, vbi notãter
probatur quòd dominus cõmutabili-
ter poteſt rem propriam præſcribere,
vt eam deinceps habeat titulo fortio-
ri & incõmutabili, ſecundum Bar. ibi,
& in l. ſequitur. §. fructus, poſt gloſ. ibi
ff. de vſucapio. Ad idem eſt bona glo.
vbi Bart. Bald. & alij ordinarij in l. ter-
tia. C. quod me. cauſa, & tradit Areti.
conſilio. 144. colum. ſecunda, vbi poſt
Barto. in eodem §. ſi quis ſeruum, alle-
gat in idem bonum text. in l. ex ſextã
te, §. Latinus Largus, ff. de excep. rei-
iudi. & eundem text. in §. ſi quis ſeruũ
allegat ad idem Iaſ. in l. tertia. §. ex plu
ribus, tertio notab. ff. de acquiren. poſ
ſe. Ad præmiſſam conſiderationem De eadẽ re.
 facit

facit etiam text.in l.ſi quis mihi bona, §.ſed quid ſi mandauit.ÿ. de acquiren. hæreditate. vbi etiam ſi pater ratificauerit bo.poſſe.agnitam per filium, ex qua agnitione ratificata dominium vtile eſt ſibi quæſitum.§.quos autem, inſtitut.de bon.poſſe.titu.genera.adhuc tamen poteſt filius adire hæreditatem de iure ciuili:& ſic acquirere patri iura directa quę ſibi deerant, & quæ ſunt ſolidiora: & ſic eſt ibi text. quòd is qui habet dominium vtile, vtpote ſemiplenum, & ſic debilius pleno, poteſt acquirere directum, quod coniunctum vtile efficitur ſolidum plenum & firmum, ſecundum Ange. & moder.in dicto §.ſed quid ſi mãdauit, poſt Dynum, & tradit Areti. in eodem §.ex pluribus, col.fina. & Iaſ.in l.

Ad eũdẽ §. ſi quis ſeruũ & iſtũ text.

puberem, C.de iure delibe. Sed tamẽ talis acquiſitio (vt ad rem ipſam redeamus) quæ fit ex noua cauſa vel titulo in caſu illius. §. ſi quis ſeruum, operatur ſolummodo acquiſitionem ſolius qualitatis hoc eſt fortificationem ipſius dominij vel iuris prius quæſiti:nõ autem operatur acquiſitionem nouã ſeu nouæ libertatis, prout neque in iſto text.operatur nouam acquiſitionem libertatis: ſed ſolum variationẽ tituli vel cauſę, ob emolumentum ex tali variatione reſultans, id eſt ob mutationẽ qualitatis neceſsitatis in qualitatem voluntatis exiſtentiæ hæredis: non tamen ſubeſt omnimoda ſimilitudo: quia in caſibus prædictorũ

Atten.

paragraphorum, Sed quid ſi mandauit, & Si quis ſeruum, nõ poteſt negari quin primum dominium vt debile mutetur in ſecundum, vt ſolidius & fortius. Ratio eſt, quia illa qualitas quæ ineſt ſecundo eſt ſubſtantialis, &
25 ſic mutat omnino primum, † cùm vtile & directum ſecundum communẽ opinionem Doctorum in dicto §. differentia.l.ſi quis vi. prout & plenum, & ſemiplenũ, perfectum & imperfectum differant ſpecie. Et ſic ad terminos proprios noſtros:ſcilicet mutationis vel alterationis vnius qualitatis in aliam de qua iſte text. loquitur ſecundum communem intellectum, melius facit text. in dicto §. Latinus Largus, quàm alij præallegati.

Primũ corollarium.

Ex his primo apparet rationem cõmunem ad hunc text. innixam vetuſtiore cauſa, eademq; trahente originem de præterito, non eſſe ſolidam, neque perpetuam. Quia licèt in caſu iſtius text. reuera talis ſit cauſa, ſcilicet de præterito ſuperueniens:tamen virtus & efficacia ſecundæ cauſæ non extat in hoc: ſed in allatione noui emolumẽti, quod ex eo conſtat, quod ex neceſſario voluntarius efficitur, vt eſt ſæpe dictum.

Secundũ corollarium. Ad l.fundo.

Secundò patet, rationem aſsignatam per Docto. communiter ad prædictam l.fundo mihi legato, conſimiliter non eſſe efficacem:neque debere ſolùm fundari in cauſa vetuſtiore: ſed in noua commodi allatione per ſupradicta, & monſtratur ex verbis eiuſdem l. quæ talia ſunt.

Verba.l.fundo.

[Fundo mihi legato ſub conditione, pendente legati conditione, hæres me hæredem inſtituit, & poſtea legati conditio extitit.] Sequitur & ſtringit, [in falcidiæ ratione fundus non iure hæreditario, ſed legati, meus eſſe intelligitur.] nõ ergo ponderatur ibi vetuſtas ſeu antiquitas cauſæ, niſi ad finem illum vel effectum vtilitatis reſultantem quoad detractionem integræ falcidiæ ex legatis relictis in ſecundo teſtamento hæredis primi, ſecundique teſtatoris, & quoad non imputandum eundem fundum in eandem falcidiã deducendam ex legatis relictis per teſtatorem ſecundum in ſecundo teſtamẽto:quin potius habendum illum æris alieni loco, quoad hæreditatem ſecũ-



di teſtatoris: & ſic habetur duntaxat reſpectus ad commodi ſeu vtilitatis allationem, & non ad ſolam cauſam trahentem originem de præterito.

Ad prędictã l.nihil.

Subdeducitur tertiò, non obſtare huic textui in hoc articulo text.in dicta l.nihil, de vindicta liber. C.eadẽq; in ordine titu.ſecunda, per quam apparet, ſecundam manumiſsionem factam de liberto, qui ſemel iam obtinuerat libertatem ex prima manumiſsione de ipſo facta eidem, nihil prodeſſe, neque obeſſe, vt illud intelligatur procedere, niſi quãtum ad ius fortius, vel ſolidius, & vtilius quod ex tali manumiſsione poſſet reſultare, & ipſum libertum conſequi prout videtur fuiſſe de intentione Bald.ibidem, licèt per verba mutila, conciſa, & impropria, dũ inquit. [Hic cauſa prima erat imperfecta quoad eſſe donationis.]

Declarãtur verba Bald.

nam Bald.vocat primam cauſam eam quæ primo affuit: & conſequenter vocat ſecundam reſultantem ex ſecundo teſtamento, & vocat eſſe, vel eſſentiam donationis, ipſam conceſſionem gratuitam libertatis, quæ fuit facta ſimul cum inſtitutione pura: nã videtur fuiſſe imperfecta, vtpote facta per eum qui tunc temporis non erat verus. i. plenus ac perfectus dominus perpetuò:ſed ſolum temporaliter vel momentaneè, vt ſuprà fuit declaratũ. Et poſt plures dies quòd excogitaueram prędictã rationẽ pręfati intell.ad iſtum text. in hoc articulo, offendi verba Bald.s̃. recitata in dicta l. nihil, quæ vt ſuprà expoſita & intellecta cõferunt apprimè eidem rationi. Nec

Adq. ex facto emergẽtem.

omittendum eſt hîc obiter tradere in propoſito prædicti §.ſi quis ſeruum, ꝙ per eum in ratione ſui aliâs ex facto interrogatus reſpondi, iunctis iuribus in eius conſonantiam ſuprà deductis, ſtante & præſuppoſita l.fori regij, quę vulgo vocatur, [del tanto por tanto.] nec non legibus ordi.& Tau. idem diſponentibus:ſcilicet quòd proximior conſanguineus venditoris, poſsit rem venditam retrahere intra nouendiũ depoſito pretio, ſeruatiſq; alijs ſolẽnitatibus ab ijſdem ll.requiſitis, ab ipſiꝰ rei emptore, nec non ſtantibus ac pręſuppoſitis alijs ll.eiuſdem fo. & etiam Tau. diſponentibus de lucrorum vel multiplicatorum cõmunicatione inter coniuges matrimonio conſtante.

Caſus ex facto cõcurrẽs

Si quis emit rem aliquam ab alio, & intra nouem dies, quibus res per eum empta poterat ab eo auocari per conſanguineum proximiorem, talis conſanguineus ſeſe oppoſuit venditioni ex illarum legum diſpenſatiua (vt ſic dicam) permiſsione: deinde pendente eodem tempore oppoſitionis, prædictus emptor nupſit alicui fœminæ, & fortè propter omiſsionem alicuius ex diligentijs vel ſolennitatibus ab ijſdem ll. requiſitis in conſimilibus retractibus, vel ob aliã cauſam res non fuit ab illo emptore per eundẽ cõſanguineũ efficaciter retracta: ſed mãſit apud emptorẽ: quã ob cauſam prædicta emptio matrimonio cõſtãte eſt irreuocabiliter confirmata.

Deciſio q̃ ex prædicto facto reſultãtis.

Reſpondi ex ratione iurium prædictorum:ſcilicet paragraphi ſed quid ſi mandauit, & §.ſi quis ſeruum, & §. Latinus Largus, rem illam non eſſe cõmunicandam vxori vel cum vxore, quam eo medio tempore duxit, vtpote non auctam, neque multiplicatam conſtante illo matrimonio inter eoſdem coniuges:quia illa res non fuit præſcripta per maritum eundemq; ipſius emptorem per lapſum decendij, ſed ſolum ius vel facultas retrahendi illam:& cõſequenter eam irretractabiliter per ipſum maritum retinendi, ex vno etenim ſequitur aliud : nam ſi proximior amiſit facultatem retrahendi: ergo emptor idemque maritus conſequu-

ſequutus eſt ius irreuocabiliter eã retinendi. Ad id etiam facit, quia prædictæ ll.reg.dicunt, quòd inter cõiuges communicetur, [Lo multiplicado y acreſcentado durãte el matrimonio] referentes ſeſe ad ſubſtantiam patrimonij adaucti, & non ad eius qualitatem de nouo ſuperuenientẽ: ſcilicet irreuocabilitatis. Et idem eadem ratione dicendum eſſet in alia quæſtione huic nõ diſſimili: ſcilicet retractus conuentionalis. *Quęſtio priori conſimilis.* Putà ſi maritus ante matrimonium contractum emiſſet rem ſub pacto de retrouendendo intra certum tempus, ac deinde nupſiſſet, & matrimonio conſtante laberetur ipſi venditori tempus reemẽdi ſiue redimendi eandem rem venditã. *Deciſio eiuſdem.* Nam eadem ratione talis res conſimiliter non cenſeretur de nouo acquiſita ipſi emptori: & conſequenter neq; multiplicata matrimonio inter eũ & vxorem conſtante: quia his & ſimilibus caſibus (vt inquit Albe. in dicto §. ſi quis ſeruum, & fuerunt verba gloſ. ordina. in dicta l. tertia, C. quod metus cauſa, allegantis eundem text. nõ præſcribitur (vt ſuprà etiam dixi) dominium rei: ſed præſcribitur contra intentionem agentis, hoc eſt dicere, (vt ſuprà etiam tetigi) quòd imò præſcribitur facultati offerendi redimendi, ſeu retrahendi rem venditã, quam facultatem habebat tertius conſanguineus vel ipſe venditor referendo ſingulis ſingula contra iſtum maritũ. Sicque in effectu, & reipſa, his & cõſimilibus caſibus maritus pręſcribit rei retentionem, vt inquit Bald. in l. ancillæ, colum. 4. in princip. C. de furtis, & ex conſequenti per eiuſmodi præſcriptionem potius augetur effectus irreuocabilitatis, quàm ipſamet res de nouo acquiratur (vt eſt ſæpe dictum) vel præſcribatur, vt declarat etiã Bar. ſuper gloſ. dictæ l. tertiæ in vtraque lectura. vbi etiam Salicet. & Pau. de Caſtro. Crederem tamen indubiè, quòd in prædictis duobus caſibus & conſimilibus fiat cum vxore communicatio intereſſe probabilis, quod prętendere poteſt coniux illius mariti apud quem talis res manſit, quod eſt conſiderabile præter ipſius rei valorem: *Notanda cõſideratio.* nã cùm (vt prædixi) per dictas ll. regni generaliter & abſolutè communicetur inter coniuges omne id quod per alterutrum eorum conſtante matrimonio fuerit auctum, nõ poteſt aliud dici, niſi quòd tale intereſſe fuerit auctũ & multiplicatum: & ex conſequenti inter tales cõiuges debeat diuidi. Hęc de primo articulo intelligẽtiæ textualis concernente variationem vel mutationem tituli vel cauſæ ipſius libertatis, dicta ſufficiant.

26 Quo†ad ſecundum verò articulũ intellectus textualis concernentem repudiationem hęreditatis ſcripto hęredi ſemel infixæ, conſiderandum eſt *Repugnãtia literæ cõtextualis.* primum in hoc text. prima inſpectione ſiue apparenter videri quandam difficilem contrarietatem nodoſámque repugnantiam contextualem, id eſt de eodem text. ad ſeipſum. Nã primò inquit litera, quòd ſi pendente cõditione adiecta fideicommiſſo libertatis in primo teſtamento ſeruo relictæ, idem ſeruus per eundem hæredẽ ſecundúmque teſtatorem purè inſtituatur hæres, ſtatim id eſt non expectato conditionis euentu, fit interim liber ac neceſſarius: tandem conditione purificata efficitur hæres voluntarius. ſubdit text. [non vt deſinat eſſe hæres, ſed vt ius in eo mutetur ſucceſſionis.] Nam quid rogo aliud eſt, quẽ hæredem eſſe, quàm habere ius ſuccedendi ſibi iam infixum, & quæſitum. Aut quid item econtrario aliud eſt, quem deſinere eſſe hæredem, quàm mutari ius ſuccedẽdi in tali hærede. l. hæres



hæres in omne ius, ff. de acquiren. hęre. & in omnibus ll. dicentibus, hæredes eſſe iuris ſucceſſores. l. quoties, §. hæredes. ȷ̃. eo. l. quædam, §. nihil intereſt, ff. de eden. vbi Alexan. & Iaſ. poſt Doctores ibi, & alibi de hac re multa congerunt. Sicq; videtur (vt dixi) repugnantia penè intollerabilis in hac litera, vt in ea dicatur, [non vt deſinat eſſe hęres, ſed vt in eo ius mutetur ſucceſſionis.] quod in idem dicere recidit, ac ſi dixiſſet text. quòd non deſinat eſſe hæres, & per contrariũ quòd deſinat hæres eſſe, quod manifeſtam implicat contradictionem: & videntur hæc verba per Iuriſconſultũ prolata per modũ ænigmatis ad torquendos legentes. *AEnigma textuale.* Et quoniam nulla nocẽtior, neque tetrior peſtis, quàm familiaris hoſtis. l. prima, in princip. cum gloſ. ff. de Senatuſconſulto. Sylla. vbi gloſ. citat Boë. Seue. ante quem multis temporibus retro idem dixerat Cice. in Inuecti. in Catili. operępretium duxi, huic tam viruléto ac pernicioſo malo pro virili ſtatim occurrere, cùm ex iſtius inuoluoli diſſolutione, text. intelligentia in hac parte vltima pendeat, eoq́ue ſoluto protinus pandatur: idq; fieri oportet priuſquam concluſionis enarrationem aggrediar. Et quidem iſtius cõtrarietatis prætextu intellectus textualis variatur per glo. & Doctores dupliciter. Primò, vt ſit ſenſus literæ, quòd iſte libertus interim effectus hæres neceſſarius ex ſecundo teſtamento, efficiatur voluntarius adueniente conditione libertatis relictæ in primo teſtamento: nõ quòd tunc deſinat hæres eſſe ex ſecundo teſtamento, etiam ſi ex eo repudiet, quoad nomen inquam directum hæredis, à primordio ex legis diſpoſitiõe ſibi infixum: ſed vt effectu & reipſa hæres eſſe deſinat, quoad commoda inquam & incommoda hæreditaria: quia poterit repudiare hæreditatem, vt illa onera à ſe abijciat, & (vt ita dicam) abigat, ac propulſet, ab eiſque eximatur, & immunis fiat. Et iſte eſt communis Docto. intellect. cuius eſt *Cõis intell. epitomica intentio.* intentio ſummaria, quòd iſte libertus manumiſſus in ſecundo hæredis eiuſdemq; ſecũdi teſtatoris teſtamento, conditione libertatis ſibi in primo teſtamento relictæ adueniente, non deſinit eſſe hæres nomine, etiam ſi repudiet: tamẽ quoad effectũ nõ habebit ius ſucceſſionis. i. actualem & realem hæredis exiſtentiam: & ſic quoad nudum nomẽ permanet hæres ſemper. Sic itaq; iſte cõmunis ſenſus vult, aliud eſſe quem hęredẽ, & aliud habere ius hæredis, prout & aliâs in ſimili dicimus, aliud quẽ eſſe ingenuũ, aliudq; habere iura ingenuitatis, vel ingenuorum. Item & aliud eſſe legitimum, & aliud habere iura legitimorũ, ſecũdũ Bal. hîc. Nec non & aliud eſſe, quem ſuum, & habere iura ſuorum. l. meminimus, verſ. cùm igitur. C. de legi. hæ. & l. cùm in adoptiuis, verſ. & ideo ſancimus, C. de adop. Sed hic intellectus *Obex cõtra iſtum intell.* patitur qualem qualem difficultatẽ, quæ ſuboritur ex ſequentibus. Primò, quia non eſt veriſimile, legem iſtam conſideraſſe rem fruſtraneam & nullius momenti, id eſt inane nomẽ hæredis in ſeruo hærede neceſſario, cùm rariſſimi, imò verò nulli ſint effectus ex eiuſmodi denominatione hæredis nuda: etſi qui ſunt (quod non credo eſſe) erunt paruæ aut nullius importãtiæ ſeu vtilitatis. Nam duo effectus per Barto. poſiti in l. cùm filiofami. 4. colum. poſt medium. ȷ̃. de legat. primo concernunt ſeruum alienum inſtitutum, quatenus debet acquirere domino. quo caſu ſecundum Barto. ibi, & Docto. magis communiter allegantes. l. quotiens, §. fina. ȷ̃. eo. vbi Bar. idẽ notat, in tali ſeruo alieno hærede inſti-

inſtituto poſtquam domino ipſius acquiſiuit hęreditatem poſt aditionẽ illius iuſſu factam, conſideratur quoddam nudum ac ſimplex nomen hęredis, abſtractum & nudatum (vt ſic dicam) ab omni iuris effectu ſeu efficacia, concernens ſolũmodo nudum factum, prout in exemplis caſuum ſiue effectuum per Bart. ibi poſitorum luculenter apparet. Sed quando ſeruus eſt hæres à domino ipſius inſtitutus, momentaneo inquam domino ſeu inſtantaneo: & ſic effectus eſt illi hæres neceſſarius tempore intermedio, & ex caſu ſuperueniente: ſcilicet purificationis conditionis in primo teſtamento libertatis præſtationi appoſitæ, effectus eſt hęres voluntarius, ſicq́; adeptus eſt repudiandi facultatem, & actu repudiauit, qui eſt caſus noſter: quòd in iſto inquam caſu in tali hærede quondam neceſſario, & poſtea (vt eſt dictum) effecto volũtario, maneat, vel ſit conſiderabile nomen hæredis nudum quoad iuris vel facti effectus, nõ reperietur (niſi fallor) iure cautum, quod apertè ex .j. tradendis demonſtrabitur, quum autẽ iura noſtra reijciant fruſtranea, otioſa, & ſuperuacanea. l. non putauit. §. non quęuis. j. de bonorum poſſe. contra tab. & in l. ſi filius qui in poteſtate. s. de lib. & poſthu. cum multis alijs iuribus, & deciſionibus Doctorum, in ſimili congeſtis per Feli. in cap. ex tenore, colũ. 3. cum ſequen. de reſcriptis, in ornatu illius regulæ, Non præſtat impedimẽtum, de regulis iuris, in ſexto: ergo in re de qua agimus non eſt credendum l. iſtam habuiſſe conſiderationem ad nudum nomen hæredis in hoc liberto voluntario hærede effecto de neceſſario, per hanc legem.

Alter obex cõtra cõem intelle.

Secundò contra præfatam cõmunem intelligentiam videtur facere, quia ſi tex. iſte ſecundum eam acciperetur, non tolleretur repugnantia, quam dixi. l. iſtã in verbis vltimis præſeferre: nam ſi text. vult (prout cõmunis intelle. aſtruit) quòd libertus poſt repudiationẽ adhuc remanet hæres directus, & ſic quòd ſaltem nudo nomine manet hæres, quonãmodo tex. ſtatim dicit, quòd ius ſucceſſionis mutatur in illo: cùm iuris hæreditarij appellatio ſimpliciter & abſolutè enunciata ſignificet ius directum: nõ autẽ vtile vel obliquum. Glo. eſt ordina. in l. prima. ff. ſi ager vectiga. vel emphy. peta. & in l. minor, §. ſi ſeruus, ff. de euict. in parte ſupererit in prin. & gloſ. in l. ſi domus, §. vlti. j. de lega. primo. Et ſic ſecundum hoc eſſet ſenſus literæ, quòd libertus poſt repudiationem nõ deſinit eſſe directus hæres: ſed mutatur in eo ius directũ ſucceſſionis. quæ eſſet alia apertior literæ implicatio in ſeipſa. nam qui ſemel eſt hęres. &c.

Alius.

Præterea, & tertiò, iſte communis intellectus ex alio capite recipit difficultatem: videlicet, quia etiam ſi iſte libertus poſt aduentum conditionis poſſet abſtinere, & text. loqueretur de ſola commodi, vel incõmodi abiectione, hæreditarij inquam: tamen vt s. fuit traditum talis abſtenſio vel repudiatio non poſſet fieri in præiudicium iuris tertiò quęſiti: ſi quod inquã fuit illi quæſitum ex contractu fortè, vel ex quaſi contractu, vel ex geſtione alia per tertium cum illo hærede, dum ſeruus eſſet ſtatuliber, in tis. l. ꝙ ſi minor, §. Scæuola, ff. de mino. l. fi. cũ gl. C. de repu. vel abſt. hęre. & ſic ratio illa non eſt generalis, neque perfecta. Quapropter ad euitanda fortaſsis pręfata inconuenientia, Bald. & Pau. de Caſ. poſt Doct. antiquos inclinant in alium intelle. videlicet, vt iſte tex. accipiatur hoc modo, ꝙ poſt euẽtũ conditionis appoſitę libertati in primo teſtamento ſeruo relictæ ipſe non deſi-

Intel Bal. & Pau. poſt Doctores antiquos.

nat



nat eſſe hæres, ſi nolit: ſi tñ velit, deſinit hęres eſſe funditus & omnino: & ſic mutabitur in eo non ſolũ nudũ nomen hæredis, aut ius vtile, ſi quod habet, ſed etiam ius hæreditariũ ſubſtantiale & directum ipſius ſucceſſionis: & ex hac cauſa de nouo ſuperueniente, id eſt ex ipſo conditionis implemẽto, talis libertus ſemel effectus hæres neceſſarius conſequitur facultatẽ repudiandi, quam prius nõ habebat. Et ſecũdum iſtam lectionem dictio [ius] ſtat propriè: quia in vero eą attenta per repudiationẽ iſtius liberti mutatur abſolutè ipſum ius hæreditarium directum in ſua ſubſtantia, eo deſinẽte eſſe hærede in vniuerſum ſiue vniuerſaliter. Sed ſecundum alium præcedentem intellectũ, verbum iſtud [ius] capitur pro qualitate accidentali ipſius iuris ſuccedendi, id eſt pro ipſa neceſſitate, item & pro voluntate, quæ accidentaliter adhærent, & ſolent adhærere ipſi iuri ſuccedendi. id eſt dicere, mutatur qualitas neceſſitatis eſſendi hæres, in qualitatem voluntatis non eſſendi: ſi ille inquam nolit eſſe hæres, ſed repudiare velit. Cõprobatur iſte intellectus per Docto. hac potiſsimum ratione fundamẽtali. Quia non inconuenit,

Diſidentia inter hos duos intel.

27 † quòd qui ſemel fuit hæres, deſinat eſſe hæres funditus & abſolutè authoritate legis ciuilis, & ſic iſtius tex. hoc diſponentis circa præfatam mutationem & circa illam prouidentis. Gloſ. eſt iuncto text. in l. in ſubſtitutione in parte fortè, in finali. verbis. j. titu. primo, de vulga. & pup. ex qua gloſ. iuncto text. ibi in illis verbis. [Hæres eſſe deſijſſet.] notant ibi Bart. & Doct. cõmuniter poſt illũ, ꝙ is qui ſemel fuit hæres effect⁹ propria volũtate, & etiã actu põt deſinere eſſe hæres ex l. diſpoſitione & authoritate, vt dixi. Adidẽ vltra ſcribẽtes eſt text. optimus vnde effluxit auth. hoc amplius, C. de fidei cõmiſ. in auth. de hære. & fal. §. ſi quis aũt nõ implens, colla. 1. cõiuncta glo. ibi, dũ ibidẽ habetur, ꝙ hæres grauat⁹ per teſtatorẽ aliquid dare alteri, ſi à iudice monitus ſolenniter illud nõ impleuerit, prout à teſtatore fuit ſibi iniunctũ, priuat᷑ ſucceſsione, & deſinit eſſe hęres: etiã poſt in fixã ſibi acquiſitionẽ hæreditatis. Nam in quantũ litera ibi dicit. ſ. in d. authẽ. hoc ampli⁹, [Excluditur] intelligitur per Bart. & Sali. & bene ſecundũ Cor. (quicquid ibi teneat Pau. de Caſt.) ipſo iure, quæ expoſitio euincitur ex illo tex. quatenus vult, ſubſtitutionẽ vulgarẽ iã extinctam hęredis aditione reuiuiſcere. Cuius tex. vt notabilis & ſingu. Bald. meminit in l. poſt aditã. C. de impub. & alijs ſubſti. expendens ex illo text. ſing. probari, in eadẽ inquã auth. ſubſtitutionẽ ſemel extinctã per hæredis primo loco ſcripti aditionẽ poſſe reſtaurari per reſolutionẽ aditionis iam pridẽ ab hęrede factę. Reddit Bal. ibi eãdẽ quã prædiximus rationẽ. ſ. quia id procedit potius ex legis prouidẽtia q̃ hominis: & eandẽ rationẽ poſuit apertè tex. in d. §. ſi quis aũt nõ implẽs: dũ inquit, [Legitima per hanc legem parte priuatus eſt.] & ibi gl. 2. in parte in omnibus, & glo. in verſ. auferret in prin. reipſa & effectu tenet idẽ quod Bar. in prædicta authẽ. hoc amplius. ſ. ꝙ in caſibus in eadem authen. recenſitis, q̄s deſinit eſſe hæres ipſo iure funditus & in vniuerſum. & idem ante Bald. in eadẽ l. poſt aditam, tradiderat Cy. in eadem authen. hoc amplius. 1. oppoſitione poſt gl. ibi, & ibi etiã Ioã. Fab. ſuper ver. ſubſtitutis, itẽ & ſuper verſi. potiore, & idẽ Bal. in l. vna. §. vbi autem, col. fi. C. de cad. tollen.

Ad authent. hoc amplius

Comprobatur etiam præfata ratio Doctorum ex l. antiqui, fina. ver. cum l. ſequen. ff. ſi pars hære. petatur.

quam in idem adducit Alexã.in l.pla-
nè la.1.§.ſi coniunctim, de legat pri-
mo,col. fina. vbi manifeſtè probatur
iſta ratio Doctorum fundamentalis
De eadẽ re. ad iſtum tex. Secundum iſtum inquã
intellectum ſuperius, id eſt loco vlti-
mo recitatum & explicatũ,ꝙ poſtquã
aliquis effect⁹ eſt hæres, per ipſius adi
tionem verbalẽ vel actualem, põt ex
legis cenſura deſinere eſſe hæres. Nã
is qui ibi.i.in d.l.antiqui, effectus erat
hæres ex quarta hæreditatis parte pẽ-
dente natiuitate poſthumorũ,ſi poſt-
humi naſcantur ex eodem vtero plu-
res,quàm tres, deſinit hæres eſſe, pro
rata ſeu quota parte,ex illius legis au-
thoritate ad fin.iuncta ſequente.

Ad idem. Comprobatur,item ex text.in l.ex
facto,§.fina.ꝟ.titu. primo de vulga. &
pupi. in vltimo reſpon. illius text. ex
quo ſingulariter deducitur, ſecundũ
epitomẽ(quã ſummã vocamus) Bart.
& cõem,quòd ſi hæres inſtitutus redi
gatur in ſeruitutem,deſinit eſſe hęres
ipſo iure. & ſic funditus & radicitus.
authoritate illius l. ſi efficiatur inquã
hominis ſeruus, nõ pœnę,vt ibi decla
rat Fran.Are.poſt Docto.

De eodem. Confirmari etiã poteſt ex tex. in §.
per contrariũ inſti.de hære.quæ ab in
teſtato defe.vbi ſi poſt mortem teſta-
toris & aditam hæreditatem per hęre
dem idẽ teſtator fuerit reus perduel-
lionis iudicatus,talis hæres deſinit eſ-
ſe hæres ipſo iure & in totum,vt ibi di
citur in tex.& gloſ.& eum in id com-
mendat Are.poſt Io.de Imo.in d. §.fi.
l.ex facto,dicens ibi eſſe caſum in quo
poſtquã aliquis eſt effect⁹ pleno iure,
ideſt poſt aditionẽ ab eo explicatã,de
ſinit hæres eſſe legis poteſtate & au-
thoritate.Et licèt gl. in §. per cõtrariũ
ſ.allegato faciat differẽtiã,an per ſen-
tentiã deſinat eſſe hęres,vel ipſo iure:
tamen præſupponit,ꝙ quomodocun
que deſinat eſſe hęres, deſinit in vni-
uerſum.i.totaliter vt dicunt.Vtcunq;
res habeat, gl. illam in differẽtia quã
facit in terminis illius text.reprehẽdit
Io.de Pla.ibi, tenens ꝙ imò deſinit eſ-
ſe hæres ipſo iure.

Aſtipulatur etiam ſupradeductis. l. In eandẽ rẽ
miles ita,§. & quia diximus.ꝟ. de mili.
teſta.vbi ſi quis ab inteſtato ſucceſſu-
rus militi per eundem militem hæres
inſtituatur ex certo tempore in poſte
rum,& ſic poſt certum tempus à teſta
tore deſignatum, priuſquam illud tẽ-
pus accedat,ſuccedit ipſi militi defun
cto ab inteſtato tanquam legitimus,
& adueniente tempore pręſtituto de
ſinit ipſo iure eſſe hæres ab inteſtato,
& incipit eſſe hæres ex teſtamento, le
gis authoritate id diſponentis ob pri-
uilegium militare. Ad idem l.in frau- In idem.
dem.§.pe. & l.quærebatur, §. vlti.eo.
titu.& l.certi iuris,C.eo.quem tex.in
d.§.& quia diximus,adducit etiã idem
Are.in præallegato §.fi.l.ex facto.& p
eundem text.dicit Bar.in l.fi.§.primo
ꝟ.ad ſena.con.Tertul. quem Ange. &
Ioan.de Imo.ſequuntur in l.ei qui ſol
uendo.ꝟ.iſto titu. quòd lege vel ſtatu-
to poteſt fieri vel diſponi, quòd quis
ſit hæres alicui ad vitam duntaxat ip-
ſius hæredis, & poſt mortem eiuſdem
hæredis,alius ſit directus hęres eidem
defuncto teſtatorique primo. Et ibi-
dem Alexander iſtud ſignat, & com-
mendat in addit. adducens Bald. in
idem in l.extraneum,la primera, col.
fina.C.iſto titu.de hæredi. inſtituen.
vbi Bald.in verſicu. aut dubitatur, te-
net idem apertè: ſcilicet quòd lex po-
teſt facere pro tempore certo Titium
hæredem, & pro reſiduo tempore
Seium. Citat ea quæ notantur in præ
dicta authenti. hoc amplius, & in di-
cta lege in ſubſtitutione, & textum
inſtitut. de eo cui liber. cauſa bon.
adij. Ex quo corollariè dicit pa-
têre, quòd ſtatutum poteſt facere
hæredem



hæredem maſculum quoad viuet, &
ſororem ipſius poſt mortẽ eiuſdem,&
prætereà inquit, quòd maſculus inte-
rim adminiſtrabit omnia quæ ſunt
hæreditatis bona fide,argu.l. ſi quis in
ſtituatur,in prin.ꝟ.iſto tit. & quod per
Taxat Bal. eam ibi tradunt Docto. Sed melius di
xiſſet Bald.ꝙ talis maſculus erit inte-
rim hæres abſolutè.i. pleno iure & di-
recto:non autem ſimplex adminiſtra
tor,& poſtea deſinet eſſe hæres autho
ritate ſtatuti, vt eſt prædictum. Nec
credendum eſt,Bald.aliter intellexiſ-
28 ſe, † quum ius hæreditarium interim
non potuiſſet pendere & apud nullũ
non eſſe, prout neq; aliud dñium ex
quauis alia cauſa quæſitũ poſſet.l.de-
niq;l.neq; vtilẽ,ff. quib⁹ ex cauſis ma
io.vbi Bar.& ita voluit Bald.in d.l. ex-
traneũ,ad fin. Et ex prædeductis per
Ad maioratus hodiernos vi.in ſequent.num. Bar.& Bald.vbi ſuprà ſubinferre licet,
ꝙ omnes vocati ad ſucceſſionẽ maio-
ratus gradatim & ordine ſucceſſiuo,
vniuerſalis inquam, & regia authori-
tate per primum ſtabilientem inſtitu
29 ti ſeu fundati ſunt veri † & directi ſuc
ceſſores ipſius primi inſtituentis vel
ſtabilientis illum, qui ordinauit ſuc-
ceſſiones conſequutiuas. Sic itaq; illi
vocati ad ſuccedendum in eiuſmodi
maioria poſt primum immediatũ ſuc
ceſſorem ipſius primi ſtabilientis, nõ
dicuntur propriè & exactè fideicom-
miſſarij,ſed potius reſpectiuè largè &
impropriè,videlicet reſpectu & conſi
deratione prouiſionis ſubrogationis
vnius ſucceſſoris remoti in locum al-
terius proximioris deficientis:quę eſt
natura regularis ſubſtitutionis fidei-
Aduerte. cõmiſſariæ. Sed tamen alio reſpectu,
& quidem principaliori,dicũtur,imò
verò ſunt potius hæredes directi, &
immediati ipſi primi ſtabilienti, dem
pto vel dẽptis ſucceſſoribus interme-
dijs,etiam ſi agnouiſſent prædictã ſuc
ceſſionem maioratus, & poſtea defe-
ciſſent vel deceſſiſſent,per quorũ obi
tus fieret locus ſequenti ſucceſſori re
moto:nam lex animata.i. princeps in
authẽ.de conſuli.in fi.colla. 4. conce-
dendo talẽ facultatẽ teſtandi vniuer-
ſaliter de omnibus bonis per viã ma-
ioratus & ſucceſſiuè per ordinationẽ
& deſignationẽ ſucceſſoris de vno in
alium poſt mortẽ præcedentiũ in gra
du,vel gradibus,& ſic perpetuò & gra
datim,potuit facere,& concedere, ꝙ
præcedens in gradu eſſet verus hæres
dum viueret,& ſic ad tẽpus:& ſequẽs
in gradu eſſet verus & directus hæres
poſt mortẽ prædecedẽtis: & ſic de cæ
teris ſucceſſoribus ſucceſſiuè & grada
tim ad talem maioratum vocatis ab
ipſo primo illum inſtituente, argu. il-
lius.§.& quia diximus.l.miles ita.ſ. al-
lega. dum traditur illa conſequentia
de rebus ad tempus, cum ſimi.ſ.alle-
ga.iunctis inductiuis declarationibus
illius tex. & ſimiliũ: maximè dum re-
tuli Bar.& Bal.in propoſito illius.

Confirmatur opportunè hęc ſubil- De eadem il
latio,quia etiã ſecũdũ iuris cõis termi latione & in
nos nõ incõuenit, dñium alicuius rei terminis ſtri
eſſe apud vnum inſolidũ reuocabili- gentioribus
ter,pro tẽpore certo, & ꝙ poſt aliquẽ
euentum tranſeat in alium, in vniuer
ſum vel pro parte, vt patet in l. Sẽpro-
nius Attalus,in princi. ff. de vſufruct.
legat.& not.gloſ.& Docto.in l. ſi quis
hæreditatem,ff.de condi.inſti. ſecun-
dum Alexã.in dicto §. ſi coniunctim.
l.planè.colum.penulti. verſicu. ſed in
caſu noſtro.

Et ad eoſdem terminos conducit Ad idẽ.
item,& quidem apprimè, quod Bald.
dicit in d.l.extraneum,la.1.col.vlt. ad
fi. ꝙ dominiũ ſępe acquiritur cõmuta
biliter,interim tamen ille, cui fuit ac-
quiſitum poteſt omnia, vt dominus.
citat l.nota.non ideo minus, ff. de rei
vendicatio. & l. ſi marito, §. cùm pa-
tri, ff. ſolut. matrimo. Confert & ad De eadẽ re.
hæc

hæc text. nota. in l. vltima. C. de legat. vbi valet relictum ad tempus certũ, quo trãſacto, tale relictum regreditur ipſo iure ad hæredem. Ad idem l. quotiens, C. de dona. quæ ſub modo. ad quam videtur reſpexiſſe prædicta l. fi. na. de legatis. C. Quarũ legum inductio eſt talis.

*Inductio apta.*

Nam quod in eis operatur voluntas diſponentis reſpectu habito ad particularem diſpoſitionẽ ad rem certam relatam, operatur etiam in propoſito de quo agimus reſpectu ſucceſſionis vniuerſalis, quãdo eſt roborata regia licentia & facultate, vt extincto præcedente ſucceſſore, ſequens immediatusq; ſucceſſiuè & gradatim ad ſucceſsionẽ admittatur vniuerſaliter in maioratu: ſicq; ſuccedat iure directo ipſi primo & principali inſtituenti ſeu ſtabilienti. Non eſt tamen prætermittendum quòd Bal. in ſæpe allegata l. extraneum, colũ. vlti. verſi. ex hoc patet, quem. s. retuli, ſubdit quòd ſtante ſtatuto ſupradicto. ſ. quòd vſque ad vitam maſculus ſuccedat, & poſt mortẽ ipſius ſuccedat fœmina, maſculus non tenetur ſatiſdare fœminæ: quia vt ipſe dicit, nõ eſt grauatus ſed prælatus.

*Notanda ſunt hæc ad ſucceſſores maioratuũ, vel in maioratibus vide in præcedẽtinum.*

Tamen ſtatim poſtea, & melius, inclinat in cõtrarium, adducitq; l. inter omnes, ff. qui ſatiſda. cogan. vbi præſertim ſecundum ſecũdam & tertiam declarationes gloſ. probatur, quòd poſſeſſor relicti ſubſtitutioni ſuppoſiti, tenetur cauere ſequẽti in gradu de eodem relicto poſt euentũ diei reſtituendo, & in antecedens neceſſarium de eo conſeruando & manumittendo: nam ſi non cõſeruaretur, non poſſet poſtea ad ſubſtitutum deuenire. Gloſſaq; illa vult id procedere tam in ſubſtituto per fideicõmiſſum quàm directo. Quaſi velit vnà cum text. quòd etiam ſi non ſit grauatus expreſsim reſtituere per fideicõmiſſum, negari nõ poteſt, quin talis hæres, tanquã quilibet alius poſſeſſor poſt euentum diei, ſaltem teneatur ad reſtitutionem facti, prout etiam tenet gloſ. ibi, in alia lectione quam notant Bald. Angelus & moderni, dum loquitur de præcedente in gradu, qui nondum impleta cõditione, ſub qua fuit inſtitutus, ingreditur bona de facto, qui quidem cùm teneatur etiam reſtituere, ſaltem de facto ei qui erat ſibi ſubſtitutus directo, tenetur interim ſibi cauere vel ſatiſdare, ſi fuerit ſuſpectus, vel incipiat dilapidare, vt ſequitur ſic pũctuatim. Idem dicendum eſt in poſſeſſore maioratus præcedente in gradu, vt. s. dixi, & per l. illam inter omnes, dicit ibi Bald. ceſſare dubitationem Barto. in dicta l. fina. col. vlti. j. ad Tertul. quem retuli ſuprà, vbi quærit, ſtante & præſuppoſito ſtatuto, quòd quandiu, vel quouſq; ſuperſit filius maſculus, filia dotata nõ ſuccedat, an interim quòd frater viuit, filia, eademq; ſoror, poſsit eum cogere ſatiſdare de non diſsipando, aut non alienando bona paterna, & de reſtituendo illa, poſt diei, vel cõditionis euentum.

*Vi. omnino infrà ad finnum. ſequẽ.*

Et Bart. ibi hoc dubium indeciſum reliquit dicẽs ſuper eo. i. ipſius ſolutione cogitandũ. Sed Iaſ. vbi. s. 1. in d. l. inter omnes, in verſi. ſecũdò principaliter, dicit, quòd Bal. in l. ſi quis filium. 3. quæſtio. col. fin. C. de inoffi. teſtamen. tenet per eãdem l. inter omnes, quòd poteſt cogi ſatiſdare, ſi eſt ſuſpectus, vel incipiat dilapidare. Quam allegat etiam idẽ Bal. in dicta l. extraneum, colum. fina. in eũdem ſenſum, ad quem illam ſuprà citaui, quando dixi, eum inclinare in hanc opinio. dum dicit argumentum contra de l. inter omnes, ff. qui ſa. cog. Adducit etiam Iaſon in id Ioan. de Imola in l. ei qui ſoluendo, in princip. j. iſto titu. vbi Ioan. de Imo. allegans Bal. idẽ tenet, col. fi. verſi. circa quintũ & vl-



timum. Et vltra Iaſo. conducit optimè in noſtro propoſito, id quod Bal. eleganter ait in l. humanitatis, colũ. 9. poſt princip. C. de impube. & alijs, dũ allegans dictã l. inter omnes, ſecundũ prædictam gl. declarationem, tenet, quòd aliquando verbum reſtituo applicatur ad ſignificationem directã: allegat etiam l. tertiam. C. de iure delibe. & ibi ex hoc infert vnum notabile, nec non mirabile ſecundum eum

30 in materia ſubſtitutionis vulgaris, † quòd ſi teſtator dirigendo verba ad hæredem dixiſſet, [Si hæres meus nõ eris reſtituas.] iſta ſubſtitutio eſt directa vulgaris per dictam l. inter omnes: refertur enim ad facti non iuris reſtitutionẽ. Et hoc ſummè extollit Alex. in l. verbis ciuilibus, col. 2. j. titu. 1. & Soci. in repe. l. primæ colũ. 19. ad fi. eo. tit. vbi omino eſt videndum, quomodo iſtud intelligat.

*Adaptatio ad rem qua de agitur.*

Ita in propoſito noſtro dicendum eſt, quòd cũ inſtituens maioratum vniuerſalem omnium bonorum regia authoritate poſsit facere ſubſtitutiones directas in fauorem ſequentium in gradibus poſt primũ adeuntẽ, & valeãt iure directo: & cõſequenter præcedẽtes in gradibus non reſtituant niſi de facto tantum: ergo etiã tenẽtur cauere vel ſatiſdare ſequentibus, ſubſiſtente tamen cauſa ſuſpicionis dilapidationis, vt prædixi, allegando & inducẽdo d. l. inter oẽs, cum gloſ. declaratione ibi, cõiter à Doct. approbata. Ad idẽ, & ſic q; iſto caſu per præcedentẽ in gradu ſit ſatiſdandum ſucceſſori immediatè ſequenti in gradu, ſuſpicione inquam ſubſiſtente, videtur bonus text. & quidem in terminis fortioribus in l. Imperator. j. ad Trebel. ſed tamen loquitur in grauato expreſſim reſtituere diſſipante fideicõmiſſum apertis (vt aliâs dicitur) velis, prout ibi textus dicit, iuncta glo. tertia in vlti. expoſitione, quam Barto. & Docto. cõmuniter ibi ſequũtur: ſed noſtri termini ſunt, quãdo ſuſpicio ſolummodo vrgebat contra poſſeſſorem rerum maioratus, vel alij vinculo ſuppoſitarum, vel quãdo clanculũ & obſcurè cœperat eas prodigere, vel dilapidare: & ſic non tenebatur reſtituere, ante diei vel cõditionis euentum, prout tenetur in caſu dictæ l. Imperator, qui eſt differens à noſtro: & ideo in noſtro tenetur ſolùm ſatiſdare, ſe reſtituturũ adueniẽte die, vel conditione, integraliter, & abſque aliqua diminutione: & antecedenter conſeruaturum talia bona reſtitutioni ſuppoſita, quæ vinculata vocant.

*Differentia inter caſum l. Imperator infrà ad Trebel. & terminos noſtros*

Quanuis Bald. in dicta l. ſi quis filium, quæſt. 3. col. fina. coniungat allegationem l. Imperator, cum dicta l. inter omnes: ſed reuera non mediocriter diſſident illarum ll. caſus inter ſeipſos, vt prædixi. Præmiſſis etiam confert l. cũ Archimedorã, C. vt in poſſe. lega. & l. vnum ex familia, § ſed etſi fundum, verſicu. [quòd ſi talia.] j. de legat. 2. Ex quibus omnibus concludo, quòd poſſeſſor rerum maioratus, vel ſimilium, tenetur ſatiſdare ſequenti in gradu (id inquam petenti) ſe illi reſtituturũ adueniente die, vel conditione, integraliter & abſque diminutione: & ſic antecedenter res maioratus vel ſimiles conſeruaturum, & (vt dici ſolet) manutenturum.

*Concluditur vt ſuprà in puncto ſatiſdationis.*

Quemadmodum & tenetur hæres rogatus reſtituere fideicommiſſum vniuerſale, vel particulare, in euentum diei, vel conditionis, ex diſpoſitione titulorum, C. & ff. vt in poſſe. lega. & vt lega. no. caueatur. Sic ergo eſt concludendum quòd quum in maioratu & bonis ſimilibus ſuccedatur iure directo primo inſtituenti maioratum vel vinculum, vt ſuprà non ſemel eſt firmatum, ad hoc vt id quod eſt dictum de ſatiſdatione præſtanda procedat

*Tẽperamentũ prædictorum*

Aduertēdū.

cedat,requiritur, ꝙ talis poſſeſſor re-
rũ maioratus vel ſimilium à quo illa
petitur præſtari,ſit ſuſpectus de dilapi
datione talium rerum,vel cœperit di-
lapidare tales res clanculum (vt dixi)
prout tenet glo.& Docto.in dicta l.in
ter omnes, quæ lex loquitur in ſubſti-
tutione directa. Et ſic dicēdum in ca-
ſu noſtro, in quo (vt eſt ſuprà pluries
dictũ)ſucceditur per mediatos ſucceſ
ſores directo ipſi primi ſtabilienti ma
ioratum,vel vinculanti bona.Et gloſ.
illa intelligit illum text. in poſſeſſore
de dilapidatione ſuſpecto,&eodēmet
caſu loquuntur, & procedunt decla-
rationes Doct.per illam l.innixę. Sed
in eo qui in euentum conditionis gra
uatus eſt reſtituere fideicommiſſum
vniuerſale,vel particulare ſimpliciter
& non per modum vinculi perpetui
ac ſucceſſiui, non eſt opus tali ſuſpi-
cione,vt patet ex diſcurſu prædictorũ
titu.vt legatorũ no.caue. & vt in poſ-
ſe.lega.Et in hac aduertentia ſtat ma-
gnum momentum iſtius puncti. Ra-
tio differentiæ inter vnum caſum &
alium poteſt eſſe,quia reſtitutio maio
ratus vel vinculi vniuerſalis vel parti-
cularis perpetui ac ſucceſsiui, quæ fit,
vel fieri debet per poſſeſſorem eiuſdē
eſt quid facti per ipſummet poſſeſſo-
rē,tanquam per hęredem explicandi,
in caſu inquã, ꝙ ipſe detentet, vel poſ
ſideat res maioratus, vel vinculo ſup-
poſitas: & ſic habeat facultatē eas re-
ſtituēdi eiuſmodi ſucceſſori, & ita de-
cedat:quia talis prędeceſſor idemque
poſſeſſor talium rerum non videtur
propriè & exactè grauatus, ſed præla-
tus ſeu præhonoratus ſequentibus or
dine & gradu,vt.ſ.retuli Bal.dicere in
ſimili propoſito: & ſic potius tenetur
vt poſſeſſor ſimplex, quàm vt hæres
grauatus poſt mortem ſuam: cùm alij
ſequentes in gradibus vocentur tan-
quam directi ſucceſſores primi ſtabi-

Atten.not. rationem di uerſitatis.

lientis talem maioratum,vel bonorũ
vinculũ: & conſequenter non poteſt
peti per ſequentem in gradu ſatiſda-
tio prædicta à præcedente in gradu vl
timo poſſeſſore talium rerũ maiora-
tus vel vinculi actione perſonali, id
eſt condictione ex prædictis titu. niſi
demũ iuſta cauſa de nouo ſuperueniē
te.i.ſuſpicione futuræ dilapidationis,
iuxta l.in omnibus, cũ materia, ff. de
iud.Secus dicendũ in alio grauato ex
preſsim & ſimpliciter per fideicōmiſ-
ſariũ reſtituere poſt eius mortē: quia
ex tali grauaminis iniunctione cenſe
tur,& eſt obligatus actione perſonali,
tali fideicōmiſſario ad reſtituendũ il-
li,ſi agnouit hæreditatē, vel relictũ.l.
cùm ſecundũ voluntatem,C.de fidei
cō.Idem dicendum in grauamine ta
citè tali honorato iniuncto,vt ſi ad vi-
tam relinqueretur primo, & poſt eius
mortem vocaretur alius: quia paria
ſunt vocari aliquem ad vitam tantũ,
& poſt ipſius mortē aliũ, vel ꝙ grauet
illi alteri reſtituere.l. Titia cũ teſtamē
to,§.fi.ff.de lega.2. quam in id Soci.al-
legat in l.cũ auus,col.14.in princi.ff.de
cōdi.& de.hoc eſt expeditũ in relictis
particularib⁹,etiã vinculatis perpetuò
per illũ tex.Et ſic iſta conſideratio ſo-
lum procederet in eis, quia cùm præ-
cedens in gradu idemq; vltimus poſ-
ſeſſor particularis vinculi facto eidem
relicto ad vitã tm̃,& vocatis poſt mor
tem ipſius alijs in gradu ſequentibus
ſemper cenſeretur grauatus reſtitue-
re eiſdem vocatis,haberent de plano
locũ illi tit. & poſſet peti à præcedēte
eodēq; vltimo poſſeſſore talis rei vin-
culatę prędicta ſatiſdatio, abſq; inter-
uētu alicui⁹ ſuſpicionis: quēadmodũ
ſi eſſet nũcupatim grauatus poſt mor
tē reſtituere.Sed in maioratibus vni-
uerſalibus vis ſupradictæ conſidera-
tionis ſtat in eo quod ſuprà punctua-
ui:videlicet, quia ſequētes in gradib⁹
vocantur

Atten.

Atten.



vocantur poſt primũ nominatum, vt
ſuccedant gradatim poſt eum imme-
diatè,& directo modo: & ſic ſequens
in gradu vocatus ad maioratum poſt
mortem primi eſt directus & imme-
diatus ſucceſſor in talibus bonis vni-
uerſaliter primo ſtabilienti,& non ca
pit vllo reſpectu vel effectu de manu
præcedentis.Secus in fideicommiſſa-
rio vniuerſali, qui capit ab hærede in
bonis liberis abſq; vinculo perpetuo
vocato:qui licèt ſuccedat primo teſta
tori,per fideicommiſſum inquã.l.co-
hæredi,§.cum filiæ.ff.titu. primo, & l.
credendum, §. ſi verò, ff. qui pe.tuto.
Capit tamen (vt dixi) de manu hære-
dis grauati eidem reſtituere: non au-
tem immediatè & directò de manu
teſtatoris, prout alius ad maioratum
inuitatus,de quo.ſ. proximè dixi, po-
terit indiſtinctè petere ſæpe dictam
ſatiſdationem ab hærede, vt in dictis
iuribus,prout ſucceſſor ſecundus par
ticularis poteſt eam petere à præcedē
ti legatario particulari,etiam (vt dixi)
irretito reſtitutionis onere expreſsè
vel tacitè.i. quoad vitam ipſius tan-
tùm,item & vinculo perpetuo,vt præ
dixi ſuprà. Et in his quæ tradita ſunt
circa poſſeſſores vltimos maioratuũ
vniuerſalium,præſertim quoad ſatiſ-
dationem præſtandã,vel minimè, re-
linquimus deliberandum, vtpote nō
tactis ſpeciatim per ſcribentes practi-
cos Legiſtas ſuper ll. iſtius reg. & ta-
men ſunt apprimè importantia: licèt
modernus Hiſpanus cognomento à
Pala.Rube. in relectione cap. per ve-
ſtras char.121.col.1.2.ĩ parua impreſ-
ſione,ſimpliciter & abſolutè ac nimis
cōfidēter dicat de iſta differentia ſeu
diſtinctione horũ duorum caſuum.ſ.
fideicōmiſſorum relictorũ de bonis li
beris,& maioratuũ ſeu vinculorũ vni
uerſaliũ,nō eſſe curandũ:imò alba (vt
aliâs dicitur) linea oĩa miſcet, & inui-
cē cōfundit,ac ſi eodem caſu conclu-
derentur:non aduertens, ꝙ etiam ſi il
la iura quæ ipſe argumentatiuè addu
cit poſſent trahi ad hãc materiã ma-
ioratus:tamē ob præfatam rationē dif
ferentiæ,quam.ſ.aſſignaui,quæ(ni fal
lor)eſt vera & iuridica,intereſt multũ
inter vnã ſatiſdationē & aliã.i. inter
eã quę ab inuitato in gradu ſeq.poſtu
latur pręſtari per vltimum poſſeſſorē
bonorũ maioratus vel vinculi vniuer
ſalis, & eam quæ petitur præſtari ab
inuitato ſequēti per poſſeſſorem vlti-
mum bonorum etiam perpetuò vin-
culatorum per viam vinculi maiora-
tus.Sed eã differentiã ipſe nō cōſide-
rauit: nimirũ quia materia iſta egredi
tur cancellos Canonicæ profeſſionis.

Amplius etiã dico per præmiſſa, ꝙ
poſſeſſor maioratus vel vinculi vni-
uerſalis bonorũ perpetuò vinculato-
rũ,excepta cauſa ſuſpicionis ſuperue-
niente,non poſſet etiam moleſtari ſu
per ſatiſdatione præſtanda de vtēdo
fruendo boni viri arbitratu,de qua in
l.ſcire debetis,& aliâs,C.vt in poſſe.le
ga.fit mentio:niſi (vt dixi) cœpit actu
illis bonis clãculum abuti,& ea (vt di-
cũt)dilapidare,ſeu prodigere,vel pro-
digaliter (vt craſſius dicitur) abſume-
re,& erogare:aut ſaltē eſſet contra eũ
veriſimilis præſumptio, vel ſuſpicio đ
dilapidatione proximè ſperata vel im
minente taliũ bonorũ vinculatorũ.
Quibus autē caſibus poſſeſſor maio-
rat⁹ teneatur ſatiſdare ſequēti in gra
du,intelligi debet & limitari, niſi ꝑce
dens ſit aſcendens, vel frater ſequen-
tis in gradu: quia tunc non poteſt tali
prætextu à tali deſcendente, vel fra-
tre,ſecundario vocato moleſtari quo
ad præſtationem talis ſatiſdationis.
Textus eſt in l. iubemus. §. in ſupra-
dictis, C. ad Trebellia. Cuius text.
meminit gloſ. in dicta l. cùm Archy-
medoram. Et in hoc caſu de fratre,
patet

Limitatio præcedētiũ.

Carpuntur Bar.& Iaſ. ꝺ inaduertentia in codé pūcto.vi.ſuprà nu. 29. ad fin.

patet inaduertenter Barto; figuraſſe,
quæſtionem in fratre, prout retuli.ſ.
nu.29.ad finem, & reliquiſſe cogitan
dum.Dic vt ibi,nam etiam Iaſ. ibidé
per me relatus in eandam incidit in
aduertentiam, tractans eundem arti.

Reſtrictio vel ſublimatio præcedétis limitationis.

poſt Bal.ibi per eum allegatum.Sed ſi
eſſet manifeſta dilapidatio (vt ad præ-
miſſa redeam) ipſius poſſeſſoris, tunc
poſſet talis filius, vel deſcendens, vel
frater, ipſius & quidem à fortiori, dun
tamen talis deſcendens eſſet emanci
patus, ad quẽ ex vocatione primi ſta-
bilientis maioratum, talis maioratus

Atten.ad filios vxoratos & velatos,ſecundū terminos hodie.ll.regni.

eſſet peruenturus, vti, remedio illius
ſingula.legis Imperator, ad Trebel.cū
ipſius materia, quæ loquitur hoc caſu,
& non eſt hodie correcta in tali de-
ſcendente emancipato, ſecundū Bar.
& Alexand.ibi, ſuper gloſ.in parte, nõ
poterant, quæ etiam allegat dictū. §.
in ſupradictis.l.iubemus,& ſic talis de
ſcendens emācipatus in prædicto ca-
ſu manifeſtæ dilapidationis, poſſet pe
tere à tali deſcendente, vel fratre vlti
mo poſſeſſore illorum bonorum vin
culatorum fieri ſibi ſtatim reſtitutio-
nem talium bonorum, & ſic non ex-

Aduertētia.

toto conditionis euentu. Eſt tamen
circa ſupradicta, non indiligenter ad-
uertendum, quòd licèt filio etiā emā-
cipato, ceſſante inq̃ tali manifeſta di-
lapidatione, non competat ius peten-
di ſatiſdationem à patre, habet tamẽ
ſalubre remedium cõtra patrem poſ-
ſeſſorem talium bonorum maioratus
ad eundem filiū perueturorū ex pri-
mi ſtabiliẽtis diſpoſitione: quod tradit

Attẽ. caſum aſsiduum.

Rapha.Cu.conſ.88.verſi.ad tertiū, ad
quem ſolum ſolet remitti per legen-
tes,& conſulentes. Nunc autem repe
rio idem effectu, & re ipſa ante eum
tenere Bald. (qui nihil non perueſti-
gat, indagat, & imaginatur, omnia in
iure introſpicit, & rimatur, rarum na-
turæ miraculum circa iuris interpre-
tationes.) conſi.137.incip. Quidā no-
bilis, verſ.& licèt pater, vel auus, vol.1.

Eſt etiam conſiderandum, q̃ cùm
ſuprà in hiſce terminis maioratus di-
xerimus quòd ſequens in gradu non
poteſt petere à poſſeſſore talium bo-
norum ſatiſdationem de reſtituendo
ſibi illa in euentum conditionis, ſub
qua fuit per primum inſtituentem ad
illa vocatus, niſi in caſu præſumptio-
nis, vel ſuſpicionis dilapidationis veri
ſimiliter de proximo euenturæ vel iā
cœptæ clāculū,& minutatim (vt dici
tur) fieri, quod in idem recidit,& effe-
ctu vterq; eſt vnus idemq́; caſus, hoc
inquam caſu eadem ratione, qua in-
ſtitutor maioratus non poteſt prohi-
bere, ſatiſdationem de vtendo, fruen-
do rebus maioratus arbitrio boni vi-
ri.l.ſecūda, C.vt in poſſe.lega. pari itẽ
ratione non poteſt prohibere eā præ
ſtari, in caſum ſuſpicionis de dilapidā-
dis veriſimiliter de proximo talibus
bonis per ipſorum poſſeſſorem præce
dentem in gradu: quia eſſet inuitare
illum ad delinquendum, vt in alio ſi-
mili caſu gloſ.inquit in dicta l.ſcire de
betis, contra regulam moralẽ, hone-
ſtam, & polyticam, traditam per Iu-
riſcõſultum in l.ſi vnus, §. illud nulla,
ff.de pactis, ex quo deſumitur maxi-
ma quædam notandiſſima, & ad oẽs
prope iuris materias accõmodabilis,
quæ habet, quòd partes etiā per pro-
priam conuentionem nõ poſſunt ef-
ficere ne dolus malus alteri ab altero
præſtetur, hoc eſt (vt communiter al-
31 legatur) † quòd dolus malus de futuro

Dolus malus in futurū vel de futuro etiā de partium cõſenſu eſt irremiſsibilis.

cõmittendus vel qui cõmitti põt con
tra aliquem non poteſt per eū remit-
ti, & conſequenter non poteſt alteri
præſtari occaſio delinquendi, neq; cõ-
tra remittentẽ, neq; contra alium, iū-
cta l.ſi plagij (aliâs ſi flagitij, ſecūdum
literam pandectarum Floren.) ff. de
verbo.obli. Et quia iſte artic.hîc inci-
dit



dit minus principaliter, non ſubiun-
gam in præſentiarum circa illum, niſi
incidentes quaſdam remiſſiones alijs
materijs admodum conducibiles, &
quæ poterunt apprimè deſeruire pro
decidendis dubijs quę poſſent ſubori
ri ex factis indies occurrentibus. Ad
32 hanc † itaq; regularẽ maximam (quę

Regula infallibilis.

vix, quod ego ſciam, habet in iure ci-
uili neq; canonico aliquā propriam
& rectam fallentiam) vltra Doctores

Notandæ atque vberrimæ remiſsiones ad illud vulga. Dolo futuro non poſſe renuntiari.

antiquos & moder. præſertim Alexā.
& Iaſ.ibi videri poſſunt ſequentes, vi-
delicet Bart.in l.ſi ita.1.col.verſ.fallit.
j.de auro & argen.lega.& in l. omnes
populi.2.quæſt.prin. ff.de iuſti. & iur.
& in l.cùm lex, vbi etiam Bald.ff.de ll.
quos ſequitur Sali. in l.2. C. de gene.
aboli.& in l.leges.quęſt.3.C.de ll.quẽ
etiam vide in l.caſtitati, C. de adūl.&
vi.Bald. in l. reſcripta, C. de precibus
Impe. offeren. & in l. cùm in ſecūdo,
ff.de iniuſto rup. & in l. cùm tale, §.1.
ff.de cond.& demonſt.& in l.lege.C.
de legi.hære.& in cap. 1.§. item ſacra-
menta, col.fin.de pace iuramento fir.
lib.feudo.& in l.fi.C.de pactis, præſer-
tim.5.col. vbi tradit de remiſſione fu-
turæ ingratitudinis poſt Bar. & Doct.
antiquos, & in l.fi.C.de bo.liber.& in
l.1.52.quæſt.ff.de rerum di. & in l. eā
quam.12.col.C.de fideicom. And.de
Iſer.in ca.primo.§. naturales, qui feu.
dare poſſ.& Sali.in l.pactum, C.de col
la.& Spe.in titu.de dona.§.primo, ver
ſi.ſed quid ſi actum eſt.Bald. in cap.ſi
cautio, col. vlti. de fide inſtrumento-
rum.Ioan. And. & Hoſtien. quos alij
Docto.ibi ſequuntur in cap. fi.de con
ſue.& in cap.2. de delict.pue. vbi Ioā.
de Ana. & idem in rub. eiuſdem titu.
& vi.tex.& ibi Doct.in cap.ad noſtrā,
de proba. vbi ſpeciatim Bald. Melior
atq; optimus text. eſt qui reperiatur
ſuo caſu in cap. quemadmodum, poſt
princi.de iureiuran. & quidem eſt in
fortiorib⁹ terminis, quàm ſint iſti de
quibus loquuntur prædictæ remiſſio
nes. Et vide etiam text. vbi Bal.in cap.
ex parte, de conſue. vbi Panor. ſingu.
loquitur. Et vi.Ioan.de Imo.in Cle.fi.
col.17.verſic.ſecundò fallit. de reſcri-
ptis, & Iaſ.in l.ait prætor, in prin. ff. de
iureiuran. Et vt interim illud nõ omit

Aduertentia ad c.quēadmodū de iureiuran.

tam, ille text.celebris in d. cap.quem-
admodum, poſt prin.fuit aliâs allega-
tus, (& adhuc pẽdet lis ſuper quā fuit
facta allegatio) inter alia iura & deci-
ſiones Docto.contra clauſulam maio
ratus olim Aluari de Luna Magiſtri
Sancti Iacobi, in qua continebatur iu
ramentum Regis Ioannis Secundi de
non reuocando maioratum prædicti
Magiſtri ob quamuis cauſam, neq; ſe
confiſcaturum bona talis maioratus,
etiam ex cauſa delicti læſæ maieſtatis
per eum, vel ſucceſſores quoquo tem
pore contra Regiam maieſtatem cõ-
mittẽdi. Temerarium quippe fuit ta-

Horrẽdum

le iuramentum, ac pernicioſum, nec
non ipſi Regi, & illius ſucceſſoribus
indécens. De hac tamẽ re aliâs. Poſt-
quam iſta ſcripſeram lis illa fuit ſopi-
ta per vltimam ſententiā ſenatus Re-
gij latā contra quendam deſcenden-
tem ipſius Magiſtri Aluari de Luna,
qui prætendebat Comitatum de San
cto Stephano contra Ducem de Eſca
lona ipſius poſſeſſorem, qui tandem
fuit abſolutus poſt.45.an.quib⁹ lis du-
rauerat, & vltra. Et hæc de ſatiſdatio-
ne præſtanda nec ne, ſic incidẽter ad
rem de qua agebamus tradita circa
iſtum articulum ſunt aduertẽter cor-
di mandanda, quia ex facto aſſiduè
eueniunt.

Reuertitur ad continuationé corū q̃ fuerunt tradi cœpta circa ſecūdū articu.textualem.

Proſequor nunc continuationẽ eo
rum quæ ſuperius incepi tradere, cir-
ca ſecundum articulum textualis in-
telligentię, & illam repetendo eidem
addimus, quòd eandem intelligentiā
quam dixi tenere ad iſtū text. (quoad

L prædi-

prædictum ſecundũ articulũ textua-
lem)in ipſiuſmet tex.mutua concor-
dia & conciliatione Bald. poſt Pet. &
Iaco.de Raue.tenet etiam Pau.de Ca
ſtro hîc,eos(quod miror) non referẽs,
item Ang.Peru.in l.pater filio.ꝟ.iſto ti
33 tu.† ſubdens notãter regulam cõem,
quæ habet,ſemel effectum hæredem
non poſſe deſinere eſſe hæredem, nõ
ꝓcedere in eo qui à principio effectus
fuit hæres neceſſarius legis authorita
te:ſed talem regulã in eo hærede dun
taxat procedere, qui primo fuit effe-
ctus hæres volũtarius ex aditione pro
pria.Sed de hoc aliâs. Et eandẽ primã
intelligentiã tenet idẽ Ange. in l.fi.§.
vlti.ꝟ.titu.1.de vulga.& pup.& Are.in
l.ſi filius hæres;col.2.de libe. & poſth.
& in l.planè.1.§.ſi coniunctim, verbis
finali.ꝟ.de lega.1.cõtra ipſummet An
ge.& Ioan.de Imo.hîc, qui (vt prædi-
xi)ſequuntur aliam,&ſic magis cõmu
nem Doctorum intelligentiam ad ſe
cundum punctum huius tex.quã ſim
pliciter nuncupat communẽ Rapha.

Recedit ab illo intelle. qui dicitur cõmunis.

Cuma.hîc.Sed licèt hoc verum ſit, ꝙ
ſemel effect⁹ hæres poſſit legis autho
ritate funditus & in vniuerſum deſi-
nere eſſe hæres,ipſoque iure eximi ab
effectu & nomine hæreditario. Ta-
men hæc lectio vel intellectus nõ co-
hæret literæ iſtius tex.quia ea retenta
nõ poteſt litera textualis abſq; ſubau-
ditione cõſtare: & quidẽ extranea ac
peregrina:videlicet ꝙ ſi velit repudia
re,& deſinere eſſe hæres in totum,po
teſt id facere, & mutabitur in eo ius
ſucceſsionis,id eſt extinguetur ius hę
reditarium ei primo infixũ, deſinetq;
eſſe hæres ſtirpitus & ipſo iure: quæ
eſt nimia diuinatio & contorquutio

Alius ſenſus

ad iſtum tex. Quamobrẽ,diſputatiuè
loquendo,ſalua potiori ſententia, iſte
text. in hoc ſecundo puncto poteſt
aliter accipi, vt ipſius ſit ſenſus, quòd
iſte libertus hęres neceſſarius ex ſecũ-
do teſtamẽto effectus per legem,tan-
dem poſt exiſtentiam conditionis li-
bertati appoſitæ in primo teſtamen-
to quoad ſubſtantiam ipſius iuris hæ-
reditarij non deſinit eſſe hæres, iuris
inquam hæreditarij in ſeipſo generi-
cè,ſiue generaliter conſiderabilis: ta-
men mutatur in ipſo hærede ius ſuc-
ceſſionis teſtamentariæ in ſpecie eſ-
ſentialiter, ex eo quòd iſta l.efficiẽdo
eum hæredem voluntarium cõcedit
ſibi facultatem & liberum arbitrium
omittendi hæreditatem ex ſecundo
teſtamento:quam ſi omiſerit, deſinet
eſſe hæres ex eodem, & incipiet hæ-
res eſſe ipſo iure eidẽ teſtatori ex alio
capite, vel alio iure, videlicet ab inte-
ſtato, ſi à principio inquam ex vtroq;
capite, teſtati ſcilicet & inteſtati, po-
tuerat ad ſucceſsionem eiuſdem ſe-
cundi teſtatoris admitti.Et poteſt iſta
lectura planè exẽplificari, ſi fortè iſte
libert⁹ erat filius naturalis ſecũdi teſta
toris ex ancilla primi teſtatoris, quæ
ancilla, ſi tempore mortis ſecundi te-
ſtatoris reperitur libera, & ſuperſit vi
ua poſt eius mortem regulandum eſ-
ſet hoc ſecundum terminos iuris au-
thenticorum per auth. licet, C. de
naturali.libe. Sed quãdo tẽpore mor-
tis ſecundi teſtatoris eiuſq; concubi-
ni quondam, eſſet ancilla de medio
ſubducta,etiam ſecundum prædictos
terminos, res iſta planè procederet.
Sic itaq; iſte libertus ſuccedendo ab
inteſtato poſt omiſsionem vel abſten
ſionẽ factam ab eo de hæreditate ex
ſecundo teſtamẽto ſibi delata immu
tatur ipſum ius in ſpecie.i.ipſa ſubſtã-
tialis & efficiens cauſa ſucceſsionis te-
ſtamentariæ, faciendo tranſitum de
vno capite ſuccedendi in aliud:nõ ta-
men deſinit eſſe hæres effectu & re
ipſa in vniuerſum.i. funditus,& radi-
citus. Quia licèt deſinat eſſe hæres ex
cauſa teſtati vno inſtanti:tamen con-
feſtim



feſtim ꝙ omittit ex vno capite.i.ex te
ſtamento ſecundo, incipit eſſe hæres
ex alio capite ſucceſſionis ab inteſta-
to ipſo iure & neceſſario,ſecundũ iſtũ
inquam intellectum,& talis deſinẽtia
inſtãtanea nõ eſt in cõſideratione, ex
quo non poteſt aliquid operari. Et eã
ob rem text. iſte dicit ſimpliciter &
abſolutè,ꝙ nõ deſinit hæres eſſe:quã-
quam reuera per momentũ hæres eſ-
ſe deſinat, eo inſtãti quo fit tranſitus
de vno capite ſucceſsionis teſtamẽta
34 riæ in aliud. ſ. inteſtati. † Lex quippe
non attendit,neq; conſiderat regula-
riter actum acquiſitionis: & cõſequẽ-
ter neq; perditionis , prout neq; aliũ
quemcunq; momẽtaneum.l. qui ſic,
ff.de ſolu.quam Bar.ibi ſummat ꝙ ſo-
lummodo,quę tantum momento eſt

De rebus momẽtaneis.

duratura,non liberat ſoluentem. Ad
idem bonus tex.in l.fi.§.vlti.C.de bo.
quæ libe. vbi vſuſfructus momenta-
neus non acquiritur per filiumfami-
liâs patri. Quo fretus dicit notanter
Ange.in l.volũtas, C. de fideicom.ad
fi.ꝙ prohibitus alienare extra familiã
ſub pœna,poterit nihilominus aliena
re extra familiam ea lege, vt ilicò res
alienata reſtituatur ſibi, vel familiæ:
quia ſecundum eum non dicitur alie
natio fieri extra familiam,quæ momẽ
to duntaxat eſt duratura. Quod ſequi
tur Iaſ.in l.filiuſfa.§.Diui,col.10.verſi.
quartò limita.2.lect.ꝟ.de lega.1.addu-
cit etiam l.cogi.§.hi qui ſolidum.ꝟ. ad
Treb.Idem quod Ange. tenet etiam
And.Sicu.Barba.in l.4.§.Cato,col.21.
verſi.& adduco,ff.de verb. ob. vbi idẽ
dicit de vaſſallo eiuſmodi. i. ad inſtãs
temporis alienante feudum.ſ. vt incõ
tinenti ad eundem tale feudũ regre-
diatur. Idemq; in emphyteota eodẽ
modo alienante tenet Ro. in l. ſequi-
tur.§.Labeo,aliâs itẽ Labeo,ff.de vſu-
cap.& eſt de intentione Anto.de But.
in cap.potuit,col.1.de loca. & condu.
& Iaſ.in l.fina.colũ.15. C. de iure em-
phy.Hyppo.conſi.130.incipien.con-
ſului proximis diebus.col.3.verſ. con-
firmatur.& iterum col.5.vol.2. Quæ

Atten.in materia bonorum maioratus.

omnia ſunt nota.ad poſsidentes bona
maioratus ſeu vinculata, & alienãtes
ea modo prędicto.i.momentariè,hoc
pacto: vt ſcilicet ſtatim redire debeãt
ad eundem,vel ad ſequentem in gra-
du,quòd non incidant in pœnam ob
eiuſmodi alienationes, niſi tenor ſcri
pturæ maioratus refragetur. Hoc di-

Clauſulę apponi aſſuetæ in ſcripturis maioratuũ hodiernorum.

co propter clauſulas præciſas,quæ his
temporibus ſolent in cõſimilibus ma
ioratibus,& vinculis apponi, ob quas
reſiſtitur etiam initio alienationis, &
in eum caſum prouidetur, in quẽ fiat
tranſitus rerũ ſic alienatarum in cõti-
nenti poſt alienationem: imò & ante
eam, poſt attẽptationem factam per
talem poſſeſſorem de alienando eiuſ
modi res: talium inquam rerum alie-
natarum ob prædictas clauſulas præ-
ciſas fit tranſlatio in proximũ ſequen
tem in gradu, ad quem talia bona de-
berent deuenire ex primordiali ma-
ioratus vel vinculi inſtitutione,ſi talis
poſſeſſor vltimus naturaliter decede

Ad eãdẽ rẽ.

ret. Prædictis etiã cõfert, quòd licèt in
ter patrem & filium donatio inter vi-
uos facta non valeat, prout neq; inter
virum & vxorem.l.ſecũda, cum alijs.
C.de inoffi.dona.iunctis titu. iuris ci-
uilis & canonici de dona.inter vir. &
vxor. valet tamen vtraque donatio ſi
ita fiat,vt apud donatarium res ſic do
nata non maneat, ſed ilicò ad alium
transferatur,ſecundum Barto.in l. ſe-
cunda,§.ſi verò pater,col.prima, ff.de
dona.per aliqua iura non bene id pro
bantia,excepta l.profectitia, §.penul.
ff. de iure dot.quę id probat. Ad quod
etiam facit l.Sulpicius,ff. de dona.in-
ter vir.& vxo.Et hoc tenet Ludo.Ro.
in l.ſi donatione, colũ. 2. C. de colla.
poſt princip. Concinit etiã præmiſsis

De eodem.

 text.

text.in l.generaliter.§.ſi cui legatum, ff.de fideico.liber. vbi ſi legatũ ſit mihi relictum, illudq́; ſtatim reſtituere alteri fuero rogatus,& præterea libertatem ſeruo meo præſtare, non ſum eo prætextu, id eſt ex cauſa legati mihi relicti, obligatus ad præſtationẽ libertatis: quia nihil nomine pretij aut compenſationis videor accepiſſe: cũ id legatum ilico rogatus ſum alteri reſtituere. Ad præmiſſa etiã facit quod tenet Bal.in l.vlt.ad ſi j.de condi.inſti. vbi eleganter(motus prædicta l.fi.§.vlti.C.de bo.quæ libe.) decidit, quòd ſi pater ſit conſtitutus in vltimo vitę ſpiritu,filius in poteſtate ipſius exiſtens, non acquirit ei,ſed ſibiipſi. Circa quã

Ad idem.

deciſionem,& eius verificationem,vide Fran.de Ripa,in l.cum filioſa.colũ. 10.ante fin.de lega.primo. Ex quibus & alijs compluribus quæ in eam rem adduci poſſent, patet, quàm nullius pretij diſpoſitio momentanea cenſeatur,regulariter inquam, cùm ex ea vt plurimum paruus aut nullus producatur effectus:quanquam aliquando, & ſic caſualiter ſiue in caſibus ſpecialibus,videamus aliquot effectus ex ea inſurgere, & ex conſequenti debere eſſe in conſideratione, vt colligere licet ex remiſſionibus traditis per Hyppolitum vbi ſuprà num.12. Et hac ratione(vt præmiſſa repetam)dicitur in hoc text: quòd adueniente conditione libertatis fideicommiſſariæ primo teſtamento relictæ, hæres ſemel effectus neceſſarius ex ſecundo teſtamẽto non deſinit hæres eſſe ex eodem: ſed ſolùm mutatur in eo ius ſucceſsionis, id eſt poteſt mutari, ſi velit repudiare:& quoad hoc efficitur voluntarius,quia poteſt omittere ex capite teſtati,& ſic inſtitutionis:quo facto erit hæres ipſo iure ex capite ſucceſsionis ab inteſtato, ſi erat inquam de ſucceſſoribus ab inteſtato.i.legitimis: & ita ſuccedendo mutat ſibi ius.i. cauſam vel titulum ſucceſsionis de vno capite in aliud:non tamen deſinit eſſe hæres neceſſarius quoad ipſam quidditatem ſeu ſubſtãtiam eſſendi hæres vel exiſtentiæ hæredis.Et quanuis ob illã mutationem fiat tranſitus de vno capite in aliud,non tamen cenſetur deſinere eſſe hęres eo tempore mutationis intermedio: cũ(vt dixi)ſit momẽtaneum ſiue inſtantaneum,ac proinde inefficax:ſicq́; non eſt habendũ in cõſideratione, vtpote infructuoſum ſiue ineffectuale, vt.s̃.probaui. Cõtra hoc tñ facit(vt id non omittam)nã reperimus caſum ſingularem, ꝙ actus momentaneus fictus alium actum verum per fictionem præcedens & à lege occultatus habetur in cõſideratione,tanquam ſi ex interuallo præceſsiſſet,vt l.tertia.§.fi.ff.de dona. inter vir. & vxo. vbi ſi quiſquam mihi donaturus fuerit à me iuſſus donare vxori meæ,& eidem in præſentia mea tradiderit, talis traditio erit nullius momenti:quia lex fingit primo mihi eſſe donatũ,ac demum per me vxori meę traditum: & ſic ille actus momentaneus,quem lex fingit primò interueniſſe,hoc eſt donationem prius mihi factam, & demum in continenti per me vxori meæ donationem de eadẽ re factam, operatur perfectã acquiſitionem rei donatæ quoad me: & ſic quòd ego videor eam acquiſijſſe, & incõtinenti ex cauſa donationis vxori donaſſe,& propter eiuſmodi acquiſitionem momentaneam, donationẽ per me in vxorem factam. l. illa dicit eſſe nullam,quæ aliâs valeret,tanquã

Att̃. obic̃.

35 facta à tertio vxori meę.† Et ſic eſt ibi caſus ſingula.& peregrinus,vulgo (literatorum inquam) non notus, vbi actus momentaneus etiam fictus (qđ eſt fortius)operatur effectum acquiſitionis principaliter,ex qua acquiſitione



ne reſultat alius actus nullitatis inductiuus minus principaliter, ſiue in cõſequentiam penè neceſſariam. Neq; reperietur, vt puto, per alium in id animaduerſus. Sed eſt ſpecialis caſus ob fraudem præſumptam,quę de perſona ad perſonam reſultat ratione actus prohibiti à lege, quæ eſt donatio coniugalis iuri inuiſa, & ab eo inhibita.Sed in hoc text. ſecundũ iſtum intellect. neq; eſt actus momentaneus fictus,ſed ver⁹: neq; poteſt ex eo fraus aliqua ſubſultare,cùm trãſitus iſte de vno capite ſucceſsionis in aliud iure ſit permiſſus:dolo (inquam) præiudiciali tertio circumſcripto, vt per titu. ſi quis omi. cauſa teſtamenti. C. & ff. ab ſpeciali dilucidè apparet.

Reſolutio circa iſtũ intellectum.

Intellectus ergo iſte ſtat reſolutè in hoc, ꝙ libertus ſemel effectus hæres neceſſarius ex ſecundo teſtamento deſinit eſſe hęres poſt euentum cõditionis adiectæ libertati in primo teſtamẽto ex vno capite ſucceſsionis.ſ. teſtati:non tamen abſolutè cenſetur deſinere eſſe hæres neceſſarius: quia ex alterutro capite debet neceſſariò hęres eſſe. Quatenus enim attinet ad ſubſtantiam ipſam exiſtẽtiæ hæredis, ſemper eſt neceſſarius. Sed quatenus attinet ad mutationẽ cauſæ, vel tituli hæreditarij,de vna,vel vno in aliã vel alium, ſtatim quòd repudiat, deſinit eſſe hæres ex vna cauſa ſeu titulo vel iure ad momentum vel ad inſtans tẽporis, & illud momẽtum occultatur: & protinus quòd deſinit eſſe hæres ex illa cauſa, efficitur hęres neceſſari⁹ ex alia: & ſic mutatio vnius cauſæ in aliam eſt ea quæ recipit propriè inſtãtaneum temporis intermedium,non autem ipſa hæredis exiſtentia: quia poſtquam ſemel fuit effectus hæres neceſſarius illius ſecũdi teſtatoris, nõ poteſt amplius deſinere eſſe hæres eiuſdem: & tamen poſtea adueniẽte cõditione libertati adiecta, efficietur hæres voluntarius quoad hoc, vt ſi nolit habere hęreditatem ex cauſa teſtamẽti, poſsit ad libitum omittere,& ſi ſemel declaret ſe omittere,manet hæreditati alligatus & aſtrictus neceſſariò, ex cauſa & titulo ſucceſsionis inteſtati.Et hoc eſt quod in tex.dicitur, [efficietur hæres voluntarius] vt volũtas verſetur circa ipſum titulum hęreditarium,quem (vt eſt dictum) poteſt ſola voluntate mutare, repudiãdo ex cauſa & titulo teſtati, & adeundo ex cauſa inteſtati:neceſsitas autem verſetur circa ſubſtantiam iuris hęreditarij in genere ipſi hæredi perpetuo infixi,& à perſona ſua inſeparabilis re & nomine. Sicq́; in quãtum litera dicit, [& interim erit neceſſarius.] debet intelligi,ex teſtamento. Et in quantum ſubijcitur, [& exiſtente conditione, voluntarius hæres efficietur.] debet (prout dixi) intelligi, quòd erit illi libitum,an velit hæres manere ex ſecũdo teſtamento, vel abſtinere, & capere ex cauſa inteſtati. Et in quantum deinde ſubijcitur, [nõ vt deſinat eſſe hæres] ſcilicet in genere ex vno capite, vel alio,ex quo ipſe malit hæres perpetuò manere. Et dum ſtatim ſubditur in litera, [ſed vt ius in eo mutetur ſucceſsionis,] id eſt cauſa ipſa & titulus ſuccedendi mutabitur, de vna ſucceſsione teſtamenti vel ex teſtamento,in aliam ab inteſtato: & ſic mutatio fiet de vno capite in aliud:non tamen deſinet eſſe neceſſarius ex capite ab inſteſtato, in quod fuit facta tituli mutatio & tranſitus, vel transfuſio:ſed non mutabitur exiſtentia hæredis neceſſaria,ſubſtantificè ſumpta. Et hoc modo poteſt diſſolui iſte inuoluolus literæ textualis. Et ſecundũ iſtum ſenſum dictio,ius,in text. poſita ſignificat cauſam vel titulum ſucceſſionis:non autem ipſius qualitatem,

prout ſumitur in intellectu cõmuni
primo loco ſignato. Neq; itidem ſigni
ficat ius ipſum totale hæreditarium,
vt in alio intel. Pet. à Bellaper. Iacob.
Bald. & ſequacium, quos intellect. ſu-
prà retuli.

Aduertẽtia nota.

Sed eſt aduertenter conſiderandũ
quòd hæres in caſu huius text. prout
vltimo loco proximè intellexi, mutat
ſibi cauſam hæreditariam & ſic domi
nij, nulla extrinſecus cauſa ſuperue-
niẽte: eo q̃ prima cauſa vſq; ad condi
tionis implementum & purificatio-
nẽ ſemper & vſq; à principio ſuberat,
potentia inquam, ſiue aptitudine, vt-
pote ſub conditione dilata, vel ſuſpen
ſa: & ſic ſuberat iam, quando ex cauſa
ſecundi teſtamenti, hæres iſte acquiſi
uit libertatem cũ hęreditate. Sic itaq;
hac l. conceditur ſibi facultas mutãdi
cauſam, quæ ſuberat ad pręſens in a-
ctu, & ex ſecundo teſtamento ſumẽs
originem in eam cauſam quę poten-
tia, ſiue aptitudine ex primo teſtamẽ
to ſibi competebat priuſquam ex ſe-
cundo teſtamento libertas ei compe
tijſſet, vt proximè dixi.

36 † Et ex hac litera huiuſmodi decla
rata & intellecta, ſubintelligitur, &
ſubdeclaratur nouè regula illa in iure
protrita, Neminem ſibi cauſam poſ-
ſeſſionis, & à fortiori dominij mutare
poſſe, cauſa extrinſecus nulla accedẽ-
te. l. 3. §. illud, ff. de acqui. poſſ. l. cũ ne-
mo, C. eo. l. ad probationẽ, in fin. C. de
loca. & cond. l. nõ ſolũ, §. quod vulgo,
ff. de vſucap. vt intelligatur, niſi cauſa
in initio ſubeſſet aptitudine ſeu potẽ
tia, poſteaq; deduceretur ad actũ per
exiſtentiã conditionis ei appoſitæ, vt
hîc. Sic igitur ſatis eſt, ſolã purificatio
nẽ cõditionis primo appoſitæ fideicõ
miſſariæ libertati ſuperexiſtere, vt cẽ-
ſeat cauſa de nouo accedere ipſi mu-
tationi poſſeſſionis, vel dominij. Et
quanuis in primo huius text. articulo
quem. s. in principio textualiũ inter-
pretationum enodaui (vt ibi dixi) nõ
attendatur potiſsimum (nam minus
principaliter & cõſequutiuè ſic) an cõ
ditio vel cauſa retrotrahatur ad origi-
nem: tamen in hoc articulo, quẽ ver-
ſamus de omiſsione hęreditatis vel iu
ris vniuerſalis, bene attenditur, & cõſi
deratur, eo q̃ conditionis exiſtẽtia re
trotrahitur in inſtitutionibus vniuer
ſalibus ad tempus mortis teſtatoris. l.
quod dicitur, in prin. ff. de mili. teſta.
& tradit Bar. in l. hæreditas ex die, ver
ſicu. [quæ eo] quæ eſt diuerſitatis ra-
tio. ĩ. iſto titu. Quemadmodum & in
eiuſmodi inſtitutionibus aditio retro
trahitur. l. hæres quandoq;, aliâs quan
docũq;, ff. de acqui. hære. Et hæc quo-
ad examinationem intelligẽtiarum
textualium tradita ſufficiant. Nec mi
hi ſubſannator aliquis ſuccenſeat, q̃
in his ſubtilitatib⁹ (vt illi & perperã di
cunt) infructuoſis tempus teram: nõ
enim potui excuſari quin textui ſatiſ-
facerẽ, adeò equidẽ implicito & no-
doſo, vt nullus alius magis ſit in hoc ti
tu. Pręſertim, q̃ hoſce crabrones me-
miniſſe oporteret ſententiæ Bald. ſu-
premi Docto. dicentis in l. vna, poſt
prin. C. ſi ſer. exte. ſe emi. manda. in iu-
re noſtro nullã eſſe ſubtilitatẽ abſque
vtilitate, ſaltem in acumine intelle-
ctus, qua (niſi fallor) nulla alia excellẽ
tior ex illa reſultare poteſt. Necnon,
q̃a (vt ex præcedentib⁹ apparet, & ex
ſequentibus adhuc amplius liquebit)
complura vtilia, & ſcitu non indigna
neque iniucunda ex hac relectione
candido Lectori, mordaci inquã ace-
to aures lotas nõ habenti, ſeſe obuia
inſinuabunt. Sed iam tempus eſt ad
concluſionẽ analyticam ſeu huiuſce
actus reſolutoriam pro roſtris (vt aliâs
dicit) propoſitã accedere, quę talis eſt.

*¶ Aſſertio Analytica.*





ET ſi bonorum maioriæ aut cuiuſli
bet alterius vinculi, quod vocant,
reſtitutio pręſens, præmatura, ſiue in
tẽpeſtiua, vtpote ante mortẽ vltimi
poſſeſſoris eorũdem, quocunq; titulo
alienationis ab eo facta in vocatũ ſe-
quenti gradu ac ſucceſſiuè per primũ
ſtabilientẽ, quoad quid ſubſiſtat, & ſit
valida, primæuãq; inſtitutionẽ vincu-
li vel maioratus quoad id nouare in-
terim. i. ante mortem eiuſmodi poſſeſ
ſoris vltimi eo modo aut titulo inter
viuos reſtituẽtis poſſit: reſtitutionem
tamen factam ab eodem vltimo poſ-
ſeſſore eidem in gradu ſequenti voca
to, per quamcunq; vltimæ voluntatis
ſpeciem, nullius eſſe momenti, quin
morte ipſius poſſeſſoris vltimi ſubſe-
quuta, idem ſucceſſor per primũ ſta-
bilientem immediatè vocatus, perq;
vltimũ met poſſeſſorem in vltima vo-
luntate nominatus, eiuſmodi bona
maioratus vel vinculi pleno iure ex
priore & vetuſtiore titulo & cauſa. i.
ex primæua primi ſtabilientis diſpoſi
tione cõſequatur conſtãter, aſtruim⁹.

Quæ aſſertio reſolutoria ſeu cõclu
ſiua, recipit ſectionem in duos tomu-
los. In primo deciditur præſuppoſiti-
uè (vt ſic loquar cum Dialecticis) de re
ſtitutione præmatura, inter viuos per
vltimum poſſeſſorẽ purè facta ei qui
poſt obitum reſtituentis per primum
diſponentem ſeu ſtabilientẽ, ſequẽti
gradu vel loco fuerat ad maioratum,
vel vinculum vocatus. Et licèt iſtius
primæ particulæ tractatio non perti-
neat principaliter ad intentũ quo de
agimus, ſed potius ad l. poſt mortem,
cũ materia. C. de fideicõmiſſis, & ad l.
cũ pater, §. à filia, ff. de lega. 2. Tamẽ or
dine retrogrado ſeu inuerſo poſt pro-
bationes ſecundæ particulæ, quæ eſt
principalis huius concluſionis, incidẽ
ter circa illud attingam, & reſoluã nõ
nulla non contẽnenda. In ſecũda par
ticula (vt dixi) principali deciditur, in
utilem eſſe reſtitutionẽ rerũ maiora-
tus factã per vltimũ illius poſſeſſorem
immediatè poſt eũ ad illũ per primũ
ſtabilientem inuitato, ſi fiat in vltima
voluntate, & iſta ſectio ſit loco inter-
pretationis cõcluſionis vt. s. formatæ.
Conſequutiones autẽ ex ea fluentes
non deſignaui impræſentiarum, ne eſ
ſet (vt aliâs dicitur) actum agere: cùm
ex probationibus inferius tradẽdis ſe
ſe in propatulo exhibeant.

Præfata nanque aſſertio in. 2. parti-
cula, quæ ad rem noſtram pertinet,
comprehenſiuè aſtruit, habentẽ ma-
ioratum antiquum. i. maioribus inſti-
tutum vel creatum, cũ dignitate, vel
ſine, reſtitutioni cõditionali ideſt poſt
ipſius mortẽ ſuppoſitum, nõ poſſet ef
ficaciter de eo ſub ijſdem conditioni-
bus, modis, vel vinculis, aut ſimplici-
ter, quod in idem (vt iam dictum eſt)
recidit teſtari, vel aliter de eo in vlti-
mo elogio, vel inter viuos in ſucceſſo
rem, immediatè ſequentem ad illum
ex præordinatione primi eum inſti-
tuentis vocatum diſponere: & pari, ac
fortiori ratione, eidẽ maioratui noua
vincula, vel nouas cõditiones aut mo
dos non poſſe inijcere: licèt inter vi-
uos id poſſet purè quoad id efficere,
vt in prima cõcluſionis particula. &c.
Quod ergo de bonis maioratus cõclu
ditur in pręḋicta prima particula ſecũ
dæ partis concluſionis, ſcilicet quòd
de eis diſpoſitio vltima facta p̃grauа-
tum eundemq; vltimum maioratus
poſſeſſorem non valet, probatur pri-
mo in ſimili ex cap. vno, in princip. de
ſucceſſ. feu. lib. feudo. vbi ad verbum
dicitur, [Nulla ordinatione defuncti,
in feudo manente, ſeu valente.] & ibi
iſtud notãt And. de Iſer. Bal. & alij or-
dinarij ſcriptores, vltra quos dictio
[nulla] eſt expẽdenda, quæ diſtribuit
vniuerſaliter negatiuè. Et ſic ille tex.

non tantum vult ordinationem vel diſpoſitionē nō valere in alias perſonas collatam: verùm neque collatam in eaſdem perſonas ad illud vocatas in prima feudi conceſſione. Aliâs ſi dictio nulla non distribueret inter vtrãque diſpoſitionem, id eſt tam collatam in inuitatos ad feudum, quàm collatam in alios, non poſſet verificari in vna ex prædictis duabus diſpoſitionibus: quia distributio præſupponit pluralitatem, & nullatenus poteſt concernere vnitatem, vt eſt notius, quàm vt probari expediat. Simili inductione distinctionis [nulla] vtitur Areti. in l. quemadmodum. 1. notabi. vbi etiam Iaſ. 3. ff. de acquiren. poſſeſ. & ante eos Alexan. in l. prima. col. 12. ad fin. eo. titu. Ange. conſi. 159. ad fin. in id ponderans. l. ſi quis ad declinandam, C. de Epiſco. & cle. Et rationem illius text. (vt ad eum redeam) videtur ponere text. in cap. primo. §. cùm verò, de his qui feu. dare poſſunt, vbi videtur probari, quòd feudum defertur liberis per legem, & ipſius prouiſione, ſeu prouidentia ſecundum Lucam de Pe. in l. Anonas ad finem. C. de ano. ci. lib. 11. vbi in hui⁹ rationis præſidium adducit l. ſi arrogator, ff. de adop. vbi eſt text. in id celebris prope finem, & l. cùm patronus. ꝟ. de lega. 2. Imò ſecundum eum transfuſio feudi in deſcendentes potius cenſetur, cuiuſdam debiti naturalis ſolutio, quàm mera liberalitas, ex l. prima, in princi. C. de impo. lucra. deſcriptione, lib. 10. His confert etiam l. prima, §. permittitur, ff. de aqua quotidia. & ſti. & l. proximè, ff. de ritu nupt. & l. ſi ſeruo fideicommiſſa. ff. de fideicom. liber. vbi textus notandiſſimus, quem poſtea etiã adducam: & l. vnũ ex familia in prin. & §. prim. ff. de lega. 2. in ratione ſui. Et licèt Lucas vbi ſuprà ponat hanc rationem, & tendat ad illum ſcopum, quòd poſſeſſor feudi vel maioratus nequeat teſtari in præiudicium illius ad quem feudum vel baronia, ex primæua inſtitutione debent peruenire, prout etiam tradit Bald. in cap. Imperialem, in princip. colum. 4. de prohi. feudi alie. per Fede. lib. feu. in verſicu. Quæro vtrùm pater, el primero, & in cap. primo. §. item ſacra. colũ. penulti. verſicu. Quęſtio fuit de facto in Rege Aragonum de pace tenen. & iuramento fir. eodem lib. feud. Tamen eadem ratio (alia tamen conſideratione) militat in caſu de quo agim⁹, quando teſtamentum vel vltima voluntas dirigitur in eundem immediatè, & ſucceſſiuè vocatum poſt talem diſponentem, id eſt poſt ipſius mortem ex primæua primi ſtabilientis diſpoſitione. Nã cùm ex eadē præambula diſpoſitione legis animatæ vel inanimatæ authoritate fulcita, maiorat⁹ trãferatur in ſucceſſores immediatos, gradatim ac ſucceſſiuè, diſpoſitio poſſeſſoris vltimi ipſius maioratus erga talem immediatum ſucceſſorē poſt illum, nullum prorſus iuris effectũ poteſt inducere: cùm non ſit liberalitas vel beneficium: quin potius ſit debiti quædam exolutio, vt in præfatis iuribus. Facit etiam ad præmiſſa tex. in c. primo, §. donare, qualiter olim feudũ alienari poterat, eo. lib. feudo. Ex hoc inquit Martin. de Laude. in cap. 1. in prin. col. prima. qui feu. da. poſſ. eo. libro, ſe reſpondiſſe aliâs in facto ſuper hac re interrogatus, nō valuiſſe teſtamentum Marchionis Mãtuæ, in quo primogenitũ inſtituerat hærede͂ vniuerſalem per tex. in cap. 1. de ſucceſſ. feu. cuius reſponſi meminit Iaſ. in l. de quibus, col. 17. poſt prĩ. ff. de ll. Quod & ante eos videtur voluiſſe Bar. (quãq̃ generaliter & ſubobſcurè loquēs) in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, col. prima, in princip. ff. de operis liber. per idem



idem cap. primum, & ibidem Barto. poſt Iacob. de Aret. ſubdit, idem eſſe in emphytheoſi pro ſe & libe. ſuis ab emphytheota recepta: nam ſi liberi per eum inſtituantur inæqualiter, nihilominus talis diſpoſitio non valebit, & admittentur nihilominus omnes æqualiter ad emphyteoſim ex prima concedentis diſpoſitione. Et eadem, vel pari ratione, idem eſſet dicēdum, ſi eos æqualiter inſtituiſſet: quia non attenderetur talis diſpoſitio vltima: ſed potius conceſſio prima ipſius emphyteoſis, prout eſt de intentione Barto. ibi, attento eo quod ſuprà retuli eum generaliter & ſubobſcurè dicere.

37 Secundò in idem affero † text. reconditum in ſui ratione in l. irritum, C. ad l. falcid. vbi probatur, quòd poſſidens res ſubiectas fideicommiſſi reſtitutioni poteſt ꝗ̃ eis teſtari in ipſummet fideicommiſſarium, propter alia bona quæ ipſe grauatus aliunde habebat libera: vel ſaltem propter ipſam hæreditatem: quam relinquit illi per inſtitutionem, quæ etiam abſque re corporali aliqua hæreditaria habet iuris intellectum. l. hæreditas, in princi. ff. de peti. hære. vbi declarant optimè Ange. & Pau. de Caſt. Sic ergo vult dicta l. irritum, iuncta declaratione Rapha. Fulgo. Pau. de Caſt. & Philippi Corne. ibidem, quòd poſſidēs res ſubiectas reſtitutioni, & pari ratione res quę ſunt de maioratu vel vinculo, nō propterea cenſetur eſſe inteſtabilis: imò poteſt teſtari in eum qui vocatus eſt ad ipſius ſucceſſionem ex primi ſtabilientis diſpoſitione, vt ibi ſpeciatim notat Pau. de Caſt. cōtra quoſdã vulgares aliud aſſerentes. Eſt tamen hoc addendum, quòd quatenus tangit ipſum fideicōmiſſum vel maioratum, teſtamentum, vel diſpoſitio vltima illam concernens nihil operatur, in fauorem inſtituti, eiuſdemq́; vocati ad eundem maioratum: quanuis alio reſpectu vel conſideratione. ſ. aliorũ bonorum liberorũ, vel etiã ipſius hæreditatis, ſeu iuriſmet vniuerſalis hęreditarij, ipſum teſtatorem repręſentãtis (quando inquam in hæreditate nō ſunt corpora) vt in l. hæreditas, in prĩ. ff. de peti. hære. dicatur teſtatus decedere. Quod eſt etiã de intentione Rapha. Ful. vt patet ex verbis Pau. de Caſtro & Corne. ibidem eum referentium, & verba Rapha. ibide͂ ſunt hæc, in text. ibi [decederet.] Sunt qui putant filium non poſſe teſtari, quando *Verba Rapha. Ful.* pater grauauerat eũ reſtituere: ſed nō eſt verum. Deinde ſtatim & immediatè idem Rapha. ibi ſubijcit, nota contra vulgarem & idiotarum opinione͂ putantium filium non poſſe teſtari, ſi pater eum grauauit reſtituere, onere fideicōmiſſi. hæc ille. Et vt dixi, hoc deducitur rectà ex illa lege, ſi nō oſcitanter legatur. Ibi enim ſupererant *Inductio l. irritum.* bona de quibus fuerãt legata relicta, ex quibus legatis hæres hęredis, ideq́; primi teſtatoris fideicōmiſſarius, falcidiã deducere, & volebat, & poterat: alias inſtitutio de ſolo fideicōmiſſo facta, & in eunde͂ fideicōmiſſarium directa ſeu deuoluta, nō eſſet alicui⁹ pōderis vel momēti, vt ibi apertè pręſupponitur. Quod aũt bona, quæ in caſu illius l. erãt extra fideicōmiſſum, fuiſſent, alias fuerint bona libera, patet: quia alias nō eſſent per falcidã defalcabilia: quia falcidia nō deducitur de bonis reſtitutioni ſubiectis, vt in authē. ſed & in ea re, quæ præcedit di. l. irritũ, intermedia authē. ſimiliter, dũ ad verbũ dicitur. [Sed in ea re falcidia ceſſat, quæ ita relicta eſt, ne alienetur, ſed permanet apud ſucceſſores eius cui relicta eſt,] quæ authent. ſumitur ex corpore authenticorũ in tit. vt ſpōſa. largi. §. ſi qñ colla. 9. qui caſus eſt

Caſus admodū notādus & aſsiduè eueniēs ex facto.

valde nota. & quotidianus, ſecūdum
Bald. ibi dicentem, quòd Doctores &
aduocati non aduertunt ad illum: &
eſt caſus ſpecialis, in quo hodie nō de
trahitur falcidia de relictis particulari
bus conſiſtentibus in rebus immobili
bus, prout hanc ſuppletionem facit
text. in d. §. ſi quando. licèt textus per
Irne. extractus in d. authenti. Sed in
ea re, loquatur generalius, de quo nō
eſt curandum, quia Irne. non habuit
facultatem legis condendæ. Et quan-
do exemplum diſcrepat ab exempla-
ri, vt ſunt authenticæ in C. per Irne.
extractæ ex corpore authenticorum,
ſtatur ſcripturæ originali, prout aliâs
fit regulariter in alijs ſcripturis & in-
ſtrumentis authē. ſi quis in aliquo. C.
de eden. Et ita expreſſim vulgariza-
tur prædicta authē. ſed & in ea re, per
legem ſextam tit. 11. partit. 6. dum ad
verbum dicit. [Otro ſi dezimos, que ſi
el teſtador hizieſſe manda a alguno
de caſtillo, o de otra heredad, en tal
manera que la no pudieſſe vender, ni
enajenar. &c.] & ſic loquitur duntaxat
de re immobili prohibita aliena-
38 re.† Ex qua deciſione patet, q in ma-
ioratibus regia facultate vel licen-
tia conditis, & ſine ea in vinculis quę
hodie fiūt de melioratione tertiæ vel
quintæ partis bonorum, vel de vtraq;
authoritate ll. for. & Tau. redundat,
ſeu ſuperfluit clauſula quæ apponi ſo
let in teſtamentis & maioratibus. ſ.
quòd trāſeāt de vno ſucceſſore ī aliū
integraliter, & abſque aliqua diminu
tione, & ſine deductione falcidiæ &
Trebellianicæ. Nam per ſolam prohi
bitionem alienationis factam à teſta
tore expreſſa cauſa, prout debet expri
mi l. filiusfami. §. Diui, ff. de lega. 1. &
quæ ſatis exprimitur, quando prohibi
tio fit cōtēplatione maioratus. i. vt res
ſint maioratus, & permaneant ipſius.
Vel etiā ex cauſa ſubintellecta, & con

Clauſula in maioratibus integraliter, & abſq; diminutione apponi ſolita, ſuperflua vide infrà.

iecturata, quæ deſumitur à qualitate
ipſius rei prohibitæ alienari, vt per gl.
ordi. in l. quoties. 1. C. de fideico. com
muniter approbatam per Bal. & Do-
cto. ibi, & recentiores in d. §. Diui. cē-
ſeretur fal. prohibita per iura illa au-
thēticorū. & l. parti. etiā ſi in teſtamē-
tis in quibus tales res ſubijciuntur re-
ſtitutioni fideicommiſſi, vlterius non
eſſet proceſſum ad prohibitionē fal.
directo, neq; æquipollenter. Et idem
(vt. ſ. tetigi) dicendum eſt in maiorati
bus vniuerſalibus authoritate vel licē
tia principis conſtructis: quia per pro
hibitionem alienationis rerū immo-
bilium eorundem maioratuum cen-
ſeretur prohibita detractio Trebellia
nicæ, etiam ſi in facultate regia non
fuiſſet addita clauſula de qua prędixi,
quòd bona maioratus irēt de vno in
alium integraliter. &c. Nam per præ-
dictam prohibitionē alienationis ſa-
tis debet cenſeri prohibita quæuis di-
minutio: & conſequenter Trebellia-
nicæ deductio, vt in præfatis iuribus
habetur, ſuppoſito, q teſtator poteſt
prohibere etiā quartæ Trebellianicæ
deductionē, prout & fal. ſecundū Bar.
in l. Marcellus, in princi. eademq; ter-
tia, colum. fina. ff. ad Trebellia. poſt
gloſſas, pro & contra ibi per eundem
relatas. Vbi idem tenent communi- Cōis opinio
ter Docto. & ſpeciatim Iaſ. inquiens,
iſtam eſſe cōmunem, & ab ea in con-
ſulendo & iudicando non eſſe rece-
dendum, nu. 45. Et Claud. de Seiſel.
aſſerit eam eſſe cōmunem, & ſeruari
in practica, addēs idem quod Iaſ. dicit
ab ea in iudicando non eſſe receden-
dum poſt Alexā. ibi per eū relatū cōſi.
67. in prin. volu. 1. eāq; vt magis cōem
amplectitur Raph. Fulgo. dicēs ſecun
dum eā reſpōdiſſe ex facto in magna
& ardua quæſtione in authenti. ſed
cùm teſtator, ad finem. C. ad l. falcid.
& ob has opi. vitandas fortè in licētijs
& in



& in maioratibus ponitur prædicta
clauſula vt bona pergāt integraliter,
& ſine diminutione de ſucceſſore in
ſucceſſorem gradatim. Ad expeditio-
rem cautelam, & abundantiorem rei
claritudinem, hoc inquam ſecūdo ca
ſu loquente de Trebellianica: quia in
primo caſu loquente de falcidia, neu-
tiquàm opus eſt illa clauſula, propter
diſpoſitionē dictæ authenticæ, ſed cū
teſtator iuncta prædicta authentica,
ſed & in ea re. Nam prima cauetur, te
ſtatorem poſſe prohibere falcidiam
expreſsè. In ſecunda q tacitè. Sed re-
deundo ad prædictam l. irritum, licèt
ea quę in illo pūcto tradita fuere. ſ. q
bona ibi extra fideicōmiſſum fuerint
libera in ſe ipſis, ſint vera & notanda,
tamen quia l. illa eſt de iure. C. anti-
quo, illa quę dicta ſunt non adaptan-
tur ad eam, cùm loquātur de iure au-
thenticorum nouo. Ideo melius dicē
dum eſt, quòd in caſu illius l. bona ex-
tra fideicōmiſſum ſunt cēſenda libe-
ra, ideo quia in dubio ſecundam legi-
timam præſumptionem bona præſu-
mantur allodialia ſeu libera, non au-
tē nexui feudi vel maioratus ſuppo-
ſita, vt ex multis tradit Alex. ad quem
me refero vice plurium, conſi. 15. inci
piente, viſis narratis in themate, poſt
prin. volu. 5. Et ſic citra conſideratio-
nē iuris noui authen. lex illa bene fuit
ſ. adducta ad præfatū propoſitū: quia
ex quo ibi erat fideicōmiſſum in quo
ab hærede fuit inſtitutus fideicom-
miſſarius, cenſetur habere tacitā à iu-
re de non alienando, vt in d. l. Marcel-
lus, §. res quæ, ff. ad Treb. &c. Quan-
quam de hac re non adaptatur ibi iſta
conſideratio, quia in caſu illius l. irri-
tum, non poteſt tractari de deductio
ne Trebellianicæ, quia ius deducēdi
fuit cōfuſum, ex quo hæres grauatus
fideicōmiſſo inſtituit directo ipſum
fideicommiſſarium.

Excuſat appoſitionē p̄fatæ clauſulæ integraliter. &c.

Redit ad l. irritum.

Tertiò ad eandem aſſertionem ad
duco tex. optimum in l. ſi te ſolum, §.
1. ſ. eo. in illis verbis. [Quia ſatis plena
prior fuit inſtitutio.] Vnde notat Bal.
quòd quando prima forma inſtitutio
nis eſt plenior quàm ſecunda, ſtatur
primæ: & poſterior forma non poteſt
ei derogare ſeu detrahere. Ad idē tex.
in l. ſi ita ſcriptum fuerit, Titius. ſ. eo.
ibi, [ſecunda ſcriptura potior erit, ple-
nior eſt enim quàm prior.] Ad idē l.
talem, in prin. vbi Bar. Bald. & Doct. ſ.
eo. Idem in contractibus, quia ſimili-
ter in eis plenior diſpoſitio præualet.
l. ſi id quod, ff. de recinden. ven. quam
Bald. citat, & poſt eum Ioā. de Imo. in
d. l. ſi te ſolum. ſic in propoſito, quādo
is qui primo inſtituit maioratum, re-
linquit illū primogenito, & illo mor-
tuo cęteris deſcendētibus gradatim
& ſucceſſiuè de vno in alium, talis for
ma ſucceſſionis ſubrogatiuæ in mo-
dum fideicōmiſſi facta, eſt plenior q̄
ſecūda, quā faceret primogenitus, vel
ſequens in gradu de alio immediatè
ſequente in gradu per prius ſeu ante
in prima diſpoſitione vel inſtitutione
maioratus poſt eum vocato: quia iſta
ſecūda non poteſt fieri cōferendo eā
expreſsè vel tacitè poſt mortē huius
ſecundario diſponentis, vtpote in tē-
pus prohibitum. i. in tempus quo ma-
ioratus erit ipſo iure futurus illius cui
confertur eiuſdemq; immediati ſuc-
ceſſoris ſequentis ex primordiali inſti
39 tutione ad eum inuitati, † quum ad
paria iudicentur, aliquid fieri tempo-
re prohibito, vel permiſſo, & confer-
ri in prohibitum. l. quod ſponſæ, C.
de dona. ante nup. quæ ponit hanc re
gulā, & non habet contrariā ſecundū
Barto. ibi, id eſt dicere, id eſt non ha-
bet fallentiam, vel nūquam fallit illa
regula: licèt regula ecōtrario ſumpta
ſic. ſ. paria ſunt aliquid fieri tempore
permiſſo vel prohibito, & conferri in
tempus

tẽpus permiſſum. quæ regula elicitur ex l.in tempus,in prin.j.iſto tit.& in l. 1.§.ad eos.j.ad l.falci.& in l. hæredem meum.2.char.j.de lega.2. Ad primam regulam concordat etiam l. 1. ad fin. C.eo.tit.de dona.ante nup.& l.Titio, ff.de vſufruct.lega. ad idem text. in l. quia ad id tempus,iuncto fine. l. præcedentis,ff.de dona.inter vir. & vxo. & l.ſi inter,ff. de pactis dota. per quæ iura Albe.in d.l.quod ſpõſæ, refert Io. Monachum dixiſſe in cap.vno,de religioſis domi.lib.6.
40 † ꝙ magis inſpicitur terminus ad quem, quàm terminus à quo. Quæ generalis theorica Io. Monac.probatur pariformiter ex præfata vtraq; regula, quæ deſumitur ex prædictis iuribus. Non omitto in diſcurſu verborum, ꝙ Io.de Imo.in l.ſi ſocer,§. Lucius,ff.ſolu.matri.col.1. attentauit ſignare quandam fallentiam ad prędictam regulam deſumptã ex d. l. quod

Carpit Ioã. de Imo.

ſponſæ,cum iuribus ſimi.s̃.citatis. Sed quia loquitur ſub dubio,vt illi ſępe accidit,nec non loquitur in caſu habente ſpecialem rationem diuerſitatis, & prætereà prædicta regula,de qua agimus,non reperitur in propoſito, neq; in eius ſimili limitata, non expedit il-

Concludit circa præmiſſa.

lam fallen. commemorare. Redeundo ergo ad rem noſtram, cõcluditur, quòd prima diſpoſitio circa ſucceſſionem in maioratu, per quam omnes deſcendentes gradatim & ſucceſſiuè de vno in alium ſunt vocati, præferenda eſt vt plenior ac potentior cuicunque alij diſpoſitioni, quæ fieret vel in vltima voluntate, vel inter viuos per quemcunque vltimum poſſeſſorem maioratus de alio immediatè ſequenti in gradu ad illius ſucceſſionem vocato: & ſic abſorbet eam, quando inquam fieret ſub iiſdem cõditionibus, modis,& grauaminibus (nam de alijs non eſt curandum, quum non poſſint apponi) expreſſim vel tacitè, ſub quibus ipſa ſucceſsio in maioratu fuit ſtabilita in illius fundatione vel creatione: quia (vt dixi) ſi ita fieret, conferretur in tempus, in quod ex primi ſtabilientis diſpoſitione reperitur iam dudum facta prima diſpoſitio, & ſortita mero iure effectum ſuſpenſiuũ ex prima nominatione, reſpectu inquã nominatorum, ad eiuſdem maioratus ſucceſſionem poſt primum nominatum ad eandem.

Quartò in idem adduco tex.in eadem l.ſi te ſolum,§. fi. vbi ſi plures inſtitutiones de eadem perſona hęredis fuerint factæ de eadẽ hæreditate vel eadẽ hæreditatis portione, ſub diuerſis conditionibus diſiunctim appoſitis,vel de diuerſis portionibus eiuſdẽ hæreditatis ſub diuerſis itidem conditionibus ſeparatim appoſitis, vt ibi gl. exemplificat vtrius, id eſt cuius inſtitutionis conditio prior extiterit, illa erit plenior & præferenda inſtitutioni alterius: quia manet conditionalis, & ſic inſtitutio purificata non ſuſpenditur quoad ipſius efficaciã, propter pendentiam alterius conditionis inſtitutioni de altera parte appoſitæ. Ex quo text. & aptè & pertinenter ad rẽ de qua agimus,colligit Bald. ibi, ꝙ qñ plures conditiones ordinantur ad eũdẽ effectũ diſiunctim, ſiue ſeparatim, illa conditio, quæ primò purificatur, trahit protinus ſecum effectum: & alia habetur ꝓ ſuperuacua. Sic in propoſito cõditio mortis cuiuſcunq; ſucceſſoris ad maioratum vocati, gradatim atq; ordine ſucceſſiuo per primũ ſtabilientẽ appoſita in inſtitutione teſtamentaria,vel alia inter viuos diſpoſitione, quæ modò, ſiue de nouo fit ꝑ poſſeſſorẽ maioratꝰ de ſequẽti in gradu poſt eũ inuitato ad eundẽ: talis inq̃ conditio mortis expreſsim vel tacitè repetitur ab eodem poſſeſſore diſponente: & ſic quando idem poſſeſſor, idemq;



idemq; ſecundario diſponens de maioratu moritur, purificatur quoad immediatũ ſequẽtem ſucceſſorẽ ex cauſa de præterito, quæ prius fingitur extitiſſe facta retrotractione ad tẽpus mortis primi ſtabiliẽtis maioratũ: nã conditio inſtitutionis vniuerſalis regulariter retrotrahitur, vt prædixi, dũ citaui legem quod dicitur,in prin.j.de mili.teſt. quam ſummat Bal.ibi, ꝙ effectus conditionis exiſtentis retrotrahitur ad tẽpus mortis teſtantis in hære-

Carpit Bal.

ditate. & hucuſq; bene. Sed quatenus addit, & in legatis, nõ rectè, per ea quę s̃.in diſcuſſione intelligentiarũ huius tex.fuerunt tradita. Debuiſſet dicere, & in ſubſtitutionibus in hæreditate: & ſic vniuerſalibus,in quibus ille tex. loquitur: ſecus in legatis. Et ſic fingit̃ conſummaſſe (vt præcedentia proſequar) prius effectum ſuũ: ergo diſpoſitio vltimi poſſeſſoris facta de eodem maioratu in ſucceſſorẽ poſt illum ad eundẽ vocatũ, eſt irrita & inanis: præſertim, quia cũ ſit vna & eadẽ conditio.ſ. mortis eandẽ perſonam concernens, hoc eſt ipſum ſucceſſorem poſt præcedentem eundemq; vltimũ poſſeſſorem diſponentem, non põt pluries exiſtere. l.ſi ita fuerit,in prin. ff. de manu.teſt. vbi ad verbũ dicitur, [Non enim amplius ei parere põt, cũ ſemel expleta ſit.] & ibi gl.reddit rationem. Cũ itaq; per mortẽ vltimi poſſeſſoris eiuſdẽq; poſt ipſius mortẽ diſponẽtis, cõditio mortis, quæ fuerat poſita per primũ ſtabilientẽ maioratũ, fuit purificata ſecũdaria diſpoſitio vltimi poſſeſſoris collata in proximũ ſequẽtem vocatũ, quę etiã ſi nõ exprimatur, habet in ſeipſa (cũ ſit volũtas vltima) cõditionẽ mortis ſibi tacitè inhærẽtem, non poteſt iterũ exiſtentiã ſortiri, vel exiſtere, ſeu purificari: quia prima cõditionis exiſtentia, quæ ſemel fuit effectũ ſortita, ex primæua ſeu priſtina primi ſtabiliẽtis diſpoſitione, vtpote momentaneã & non ſucceſſiuã cauſam habẽte, nõ eſt iterabilis, vt poſſit iterũ exiſtere, & purificari, & iterato effectum ſortiri, ex vltimi poſſeſſoris diſpoſitione, vt eſt iã dictũ per eandẽ l.ſi ita fuerit. qua lege etiam circũſcripta, iſtud patet ad ſenſum, & adhuc apparebit ex fundamento ſequenti.

Regula Philoſophica eademq; iuridica.

Quintò ad idẽ confert maxima ſeu doctrina notanda & magiſtra (quã vocant) ꝙ quãdo ad productionẽ alicuiꝰ effectꝰ cõcurrunt plures cauſæ producibiles illius, celerior cauſa.i.quę breuius, ac citius operatur, cõſummat illũ, atq; eũ cõficit. Tex.eſt nota.ex quo iſta regula traditur per Doct.in l.ſi ita quis ſcripſerit, Titius, verſ. [cũ nõ poſſit.] j.iſto tit.de hære.inſt. & per illum hanc regulam tradit Bald.in l. 1.colũ. pe.C. de ſer. fugi.ante mediũ. vbi etiã adducit l.ſi quis ita ſtipuletur ſiue nauis,ff.de verb.obli. vbi iſtud probatur in vtroq; reſpon.1.&.2.eodemq; vlti. Et vltra hoc probatur ibi, quod in. s̃. proximo fundamẽto fuit dictum, de non reiteratione exiſtentiæ conditionis, dum ibi dicitur, [Amplius cõmitti nõ poteſt,] & facit optimè ille text. intelligendo prout ibi Barto. Pau.de Caſt. Alex.& alij intelligũt poſt gl. in cõmiſſione reiterata, quæ fieret in totũ: nam illa non poteſt fieri. Adducit etiam Bal.l.ſi ita ſcriptũ fuerit Tithaſus (nam iſta eſt litera pandect. remotis verbis de Titio loquẽtibus.) j. iſto tit. dũ in fine dicitur. [plenior eſt eñ q̃ prima.] Sed ita eſt in propoſito, ꝙ antiquior cauſa vtpote prima, principalis & primordialis mananſq; ac ducens originem à tẽpore præterito celerius conſummat effectum. quod patet. Nam purificatio primæ conditionis põſitæ in prima inſtitutione ſeu cõſtructione maioratus operat̃, ꝙ ſucceſſor ſequẽs immediatè poſt primũ vocatus

Emendatio literę.l.ſi ita ſcriptũ fuerit infrà co. in tranſmutatione cuiuſdã nominis proprij: ſed eſt res paruimomẽti.

vocatus, habeat maioriã ex primæua
diſpoſitione: & ſic ex cauſa de præteri
to quaſi citius ac celerius effectu con
ſummato per purificationẽ cõditio-
nis contingentem morte vltimi poſ-
ſeſſoris eiuſdemq́; primo loco vocati:
ergo nihil aliud eſt expectandũ: imò
neq; poteſt expectari, quũ ipſum mo
ri ſit quid inſtantaneum ſiue momen
taneum. l. qui duos, §. 1. eodemq́; vlti.
ff. de manu. teſta. l. fi. j. de cõd. inſti. l. fi.
cũ gl. j. quãdo dies lega. cedat. & conſe
quenter non recipit iterationem vel
repetitionem (vt dixi) præſertim iſto
caſu, cùm mors omnia ſoluat. §. dein-
ceps, in authẽ. de nup. colla. 4. Et qua-
tenus in princi. iſtius fundamenti fuit
adducta poſt Bald. l. ſi quis ita ſtipulet̃
ſiue nauis, eandem in idem reperio al
legatam per Pau. de Caſt. conſ. 77. vi-
ſis & cõſideratis omnibus, lib. 1. Quæ
regula eſt prope infallibilis in factis
vel actibus ſuapte natura non iterabi
libus, vt loquuntur ll. ſ̃. allegatæ, pro-
ut & eſt propoſitum de quo agimus.
Et hoc fundamentum, licèt ſub alijs
verbis, attigi in ſ̃. proximo fundamen
to, dum poſt illius principiũ retuli qđ
Bal. notat ex d. l. ſi te ſolum, §. vlti. con
cordante cum d. l. ſi ita ſcriptum fue-
rit: ſed quia iſtud fundamentũ eſt ge-
neralius, nolui illud hîc omittere.

Regula ſupraposita pene infallibilis.

Sextò cõprobatur in ſimili hoc mo
do. Legatum factũ ſecũdariò eidẽ, de
eadẽ re prius ſibi ab eodẽ teſtatore le-
gata, reputat̃ inutile, & nullius effica-
ciæ. l. cùm quæſtio, §. vlti. C. de lega. l. ſi
fundum ſub cõditione, §. ſi paterfami.
j. de lega. 1. cum alijs. Ratio eſt, quia te
ſtator iterum rem illam eidem legan
do quam prius eidem legauerat, vide-
tur ſæpius loqui, non autem ſæpius le-
gare vel diſponere, prout inquit text.
elegans in l. Meuius, §. cum qui. j. de le
ga. 2. ad finem, & videmus idem in. 2.
promiſſione de eadem re facta ſecun
dario eidem creditori per eundem
debitorem, qui primò promiſit, quæ
nullius eſt effectus, vel momenti. l.
qui bis idem, coniuncta l. ſi dari, ff. de
verbo. obligatio. Ars enim & natu-
ra (vt. ſ̃. dixi, in intellect. 2. primi arti-
culi textualis) nihil fruſtra operatur.
Quibus etiam confert illud Philoſo-
phi, Fruſtra fit per plura, quod fieri po
teſt per pauciora. Ad quod eſt textus
quem Bal. ibi in epitome notat, in l. fi.
C. de adop. & probatur etiam ex l. do-
minus teſtamento, ff. de condi. inde.
quã legem gl. ibi adducit. & ex l. cùm
fundus, §. ſeruum tuũ imprudens, vbi
notant Doct. ff. ſi cer. peta. Cùm itaq;
(vt eſt dictum ſæpiſſime) huic ſequẽti
ſucceſſori poſt vltimum poſſeſſorem
maioratus, qui eũ inſtituit hæredẽ in
eodẽ maioratu, ſit idem maioratus de
latus ex primæua primi ſtabilientis di
ſpoſitione: ergo fruſtranea & abſq; iu
ris efficacia cenſenda eſt diſpoſitio ſe-
cundaria vltimi poſſeſſoris circa eun-
dem ſucceſſorẽ ad eundẽ maioratum
(vt eſt dictum) primitus vocatum. i. à
primordio confectionis illius.

Maxima Philoſophica nec non iuridica.

Alia.

Septimò in idem confert iſte text.
in princi. in verbo [accepit] intelligẽ-
do eum aliter quàm Docto. videlicet,
quòd libertas fuit per teſtatorem reli-
cta per fideicommiſſum, id eſt ab hæ-
rede pręſtanda, vt patet ex illis primis
verbis textualibus, [fideicommiſſariã
libertatem] & dum litera ſtatim dicit,
[accepit] intelligo. ſ. de manu hære-
dis, qui per actum inter viuos exequẽ
do iudicium teſtatoris conceſſit eidẽ
ſeruo libertatẽ ſub eadem cõditione,
ſub qua teſtator eam reliquerat ab eo
dẽ hærede ipſi ſeruo præſtandam, qui
hæres intelligẽs prædictã cõceſſionẽ
eſſe parui, aut nullius momẽti, vtpote
factã de eadẽ libertate, đ qua teſtator
cũ eadẽ qualitate diſpoſuerat. i. ſub ea
dẽ cõditione, decreuit eũdẽ ſeruũ cũ
liber-

Expenditur iſte tex.



libertate, hęredẽ purè & vniuerſaliter
inſtituere: ſicq́; ille ſeruus ſtatim mor
tuo illo hærede teſtatoreq́; ſecũdo, ef
fectus eſt liber, & hęres. Nam ſiue ſub
eadem conditione libertatem ei prę-
ſtitiſſet, etiã inter viuos, ſiue ſimplici-
ter, idem eſſet: quia ſemper cẽſeretur
ſub eadem conditione cõceſſiſſe. Nã
ſi ſimpliciter cõcederet, videretur po-
tius facere exequendo voluntatẽ de-
functi conditionalem, q̃ ſuo nomine
conceſſiſſe: quanquã potuiſſet ad tẽ-
pus concedere proprio nomine. i. ſuo.
Nam etiã ſi vulgo dici ſoleat, ꝙ faciẽs
aliquem actum, in dubio videatur fe-
ciſſe illũ ſuo nomine, non alieno. l. &
magis. ff. de ſolu. cũ cõcor. gl. & Doct.
ibi (licèt illa lex non probet ſecũdum
Pau. de Caſt. ſed tamen probant alia
41 iura.) † Illud tamen intelligitur, qñ fa
cit actum neceſſarium alieno, pariter
& ſimul proprio nomine. hoc eſt actũ
quem erat obligatus facere alteri[9] no
mine, item & ſuo proprio. vt quia à ſo
cio acceptauerat mandatum negotiã
di circa rem cõmunẽ, & in ea aliquid
ſimpliciter geſſit. Gloſ. eſt not. de hoc
in l. pro hærede, in prin. in verſi. [teſta
ri] ad fi. de acqui. hære. ſecundũ allega
tionem, quam de ea facit Pet. de An- 42
cha. cõſ. 7. nu. 6. col. 2. poſt mediũ. Sed
hic erat actus neceſſarius alieno no-
mine tantũ, & voluntarius quoad ip-
ſummet facientem: nã hæres teneba-
tur ex diſpoſitione teſtatoris cõditio-
nali, ob fideicõmiſſum ſibi iniunctũ,
dare libertatẽ huic ſeruo: ita demum
adimpleta conditione libertati appo
ſita in primo teſtamẽto: ſed ex ꝓpria
& libera volũtate poterat ratione do
minij, quod in eo habebat ad tẽpus pẽ
dente eadẽ cõditione, manumittere
illum ſtatim: vnde ſi manumiſiſſet eũ
ſimpliciter, in dubio videretur facere
nomine primi teſtatoris, & ſic ſub ea-
dẽ conditione. Et quia (vt prædixi) ta-
lis manumiſſio ſi fieret per eũ tanquã
per hæredem teſtatoris, & ex illius te-
ſtamento fuiſſet inutilis, propter pen
dentiã cõditionis per illum primũ te-
ſtatorem appoſitæ ipſi libertati fidei-
cõmiſſariæ: ideo idẽ hęres ſecunduſq́;
teſtator per ſuũ teſtamentũ, & ſic no-
mine proprio tãquã principalis diſpo
nens ob dominiũ temporale, quod in
ſeruo interim habebat, inſtituit eun-
dem ſeruũ hæredẽ purè, cũ libertate
quę ſtatim ei cõpetijt ex eodẽ ſecũdo
teſtamento poſt obitũ ſcđi teſtatoris.
Quod autem verbũ [accepit] in hoc
text. poſitũ deſignet, ſeu ſignificet, ꝙ
ab hærede, eodẽq́; ſcđo teſtatore, ſer-
uus fuerit libertatẽ conſequutus, pa-
tet: nã cũ primus teſtator, hîc reliquẽ-
rit fideico. libertatẽ, ſub conditione,
non potuiſſet ſtatim litera dicere, pro
priè inquã, ꝙ accepit de manu eiuſdẽ
primi teſtatoris: ſed potius hæredis, te
ſtatoriſq́; ſecũdi: ex quo primus teſta-
tor rogauit cõditionaliter hæredẽ re-
ſtituere libertatẽ ipſi ſeruo: ergo idẽ
primus teſtator nõ dedit: & ſic ſeruu[9]
ab eo nõ accepit, immediatè inquam,
ſed ab ipſo hærede, ſecũdoq́; teſtato-
re, grauato per primũ (vt eſt dictũ) cõ-
ditionaliter, † cũ verbũ, [accipere] qñ
refertur eo modo, quo ſtatim exẽplifi
cabitur, ad teſtatorẽ, vel ad ipſummet
fideicõmiſſarium, ſit directũ: quando
aũt ad hęredẽ ſit obliquũ, ſiue inflexũ.
Gl. & Doct. in l. Titio cũ teſtamẽto, §.
Lucius Titius, el. 1. 4. 5. lect. j. de leg. 2.
& notat Bar. & cõiter Doct. poſt eũ in
l. Centurio, col. pe. j. ti. 1. & eſt notior
res, in materia illa, q̃ vt probari expe-
diat. Nã ſi teſtator dicat, accipe à me
talẽ rẽ, talis diſpoſitio eſt directa. Si ve
rò dicat, accipe ab hærede, vel ſimpli-
citer, accipe, quod effectu & re-
ipſa eſt idem, ac ſi dixiſſet ab hære-
de. l. ſi ſeruus legatus, §. qui marga-
ritam. j. de lega. primo. eſt obliqua. Si
autem

Verbũ accipere.

autem dixerit,accipias à te ipſo eſt di-
recta. Sed ita eſt quòd in text.iſto di-
ctio illa [ accepit ] non poteſt referri,
vt eſt dictum,ad primum teſtantem,
quia iam reliquerat libertatem per fi-
deicommiſſum . Item neq; poteſt re-
ferri ad eundem fideicommiſſarium,
vt ipſe à ſeipſo acciperet, cùm fuerit
ei relicta per fideicommiſſum condi-
tionaliter ab hærede,vt ait tex. Super
eſt igitur, à diuiſione ſingulariũ, quã
ab enumeratione partiũ ſufficiẽti vo-
cant,ſumpta ſequela, quòd iſtud ver-
bum [ accepit ] habet effectum obli-
qui in caſu iſtius tex.& ſic quòd liber
tas fuit de manu hæredis accepta vti-
liter : ſcilicet purè cũ hæreditate. Nã
ſi in primo teſtamento,non eſſet con
ditionaliter relicta,nõ poſſet dari vti-
liter ex ſecundo, vtilitate inquam re-
ſolubili in caſu vbi fortè fortuna con
ditio eidem libertati, in primo teſta-
mẽto adiecta poſtea purificetur, pro-
ut fuit in hoc text . per euentum præ-
dictæ conditionis purificata.

Expenditur iterum mẽs iſtius tex. Octauò in idem induco aliter iſtũ
text.hìc enim dicitur, quòd ſi condi-
tio prioris teſtamẽti poſt libertatem
ex ſecundo obtentam extiterit liber-
tas,competit vel habetur ex primo te
ſtamento,& non ex ſecũdo, ergo hoc
attento,conſideratoq; diſpoſitio ſecũ
di teſtatoris nõ poteſt infringere,tol-
lere, vel nouare diſpoſitionem primi
teſtatoris, quin prima purificata po-
ſtea in diſpoſitis per eam præualeat vl
timę purę. Et ita Albe. poſt Old.ſum-
Epitome Old.& Alb. ad iſtũ text. mat iſtum text. videlicet q̃ diſpoſitio
hæredis non infringit teſtatoris diſpo
ſitionẽ.Sic optimo ſimili ad rem pro-
poſitam deſumpto,eſt dicendũ,quòd
ſicut diſpoſitio vltimi poſſeſſoris ipſi⁹
maioriæ non poteſt infringere, neq;
mutare aliquid ex diſpoſitis per eum
qui illam inſtituit, & præordinauit, vt
hìc,ita neq; eam nouare per modum
comprobatiuum primę diſpoſitionis:
cũ talis diſpoſitio, quoquomodo fiat
de ipſa maioria quoad iuris aliquẽ ef-
fectum,nihil poſſit efficere,aut opera
ri præexiſtente ac præſuppoſita validi
tate plena diſpoſitionis primęuę poſt
implementũ cõditionis mortis ipſius
poſſeſſoris vltimi,vt.ſ. quarto quinto
fundamentis dictum fuit.

Iſtud medium cõfirmari poteſt ex
innumeris ferè iuribus hæredem con
tra factum defuncti venire non poſſe
dictantibus, & pari ratione,imò eadẽ,
neq; illud poteſt nouare, quod in idẽ
recidit,neq; in vniuerſum ſi vniuerſa
lis ſit hæres,neq; pro parte,quãdo pro
parte. l. cùm à matre, cum ſimilibus
ibi per glo.traditis,C.de rei vendi. Ad
id idem vltra illa,eſt text.in l.fin. §. in
computatione,vbi glo.ſolennis, ordi.
& difficilis.C.de iure deliberan.& l.2.
§.vlti.ff.de præto. ſtipu. & l. ſi tertius,
§.ſi quis prius,ff.de aqua plu.arcen. &
l. ſi adulta, C. de hære. act. vbi gloſ.
Bal.Sali.& alij & l.Polla.C. de his qui.
vt indig.De quo pũcto fuit traditum
in rubri.ſ.eo.num.82.cum ſequen. &
tradetur etiam inferius. Sed(vt eſt nõ
ſemel ibidem & alibi dictum .) quan-
do hæres diſponit, idẽ circa id de quo
teſtator diſpoſuerat, nihil aliud vide-
tur velle agere,quàm nouare illã præ-
defuncti diſpoſitionem, quod efficere-
re non poteſt, quia eſſet velle tollere
primam: quum vna eademq; res non
poſsit haberi ex duobus titulis vario
concurrentibus tempore, ſed tãtum
ex primo,vt in præallegata l.tertia. §.
ex plurimis,ff.de acquiren. poſſe. tol-
lere igitur primã nullatenus poteſt:
ergo in propoſito quo de agimus hæ-
res diſponendo idem vel ſuper eodẽ,
quod vel ſuper quo teſtator diſpoſue
rat,videtur primum diſpoſitum vel-
le vel infringere,vel nouare, quod (vt
dixi) in idem recidit, & ſic non valet
prout



prout.ſ. dixi probari ex hoc text. ſecũ
dum ſummam Old.& Albe. quam ſu
Atten. prà retuli. Quòd autem re ipſa atque
effectu in idem tendant nouare & in-
fringere primam diſpoſitionem, vt iã
dixi,& repetij,eſt text.in l.prima,ff.de
noua.& delega.poſt princi.in illis ver
bis,[Ita vt prior perimatur.]

Nonò in idem affero l.primam.§.ſi
quis creditori,& l.verbis legati.j. ad l.
fal.cum l.ſi creditori.j.de lega.primo,
à ſimili ſic eas inducendo . Nam quẽ-
admodum(vt ibi dicitur)debitum nõ
poteſt relinqui per debitorem credi
tori abſque aliquo emolumento : ita
etiam neq; per poſſeſſorem maiora-
tus,vtpote aliâs reſtitutioni ipſius,fa-
cti inquam vel actuali, obligatum ex
primæua primi ſtabilientis ordinatio
ne,poteſt de eo diſponere, relinquen
do illum ſequenti in gradu, ad ipſius
ſucceſſionem vocato ex primi ſtabi-
lientis nominatione. Ad cuius ratio-
nem cõprobatiuam facit etiam text.
in d.l.Meuius,in prin.de lega.2. in illis
verbis,[ Si enim idem ſub eadem con
ditione relinquit, quod emolumen-
tum legati futurum eſt?] dicit glo.ibi
q.d.nullum . Qui text. concinit affa-
brè rei de qua agimus, & omnibus
quæ in eam in præcedentibus fuere
43 tradita. † Quòd autem iſte poſſeſſor
vltimus iſtius maioratus, ſaltẽ impro-
prijſsimè,aut impropriè,cenſeatur ob
ligatus reſtituere ſequenti immedia-
to ſucceſſori in gradu, & poſſit eodẽ
modo dici debitor ipſius ex primæua
inſtituentis voluntate diſpoſitiua, eſt
text.in l.cùm ſecũdum voluntatem,
Aduerte. C.de fideicom . Nam etſi in ſuperio-
ribus dictum fuerit num. 28. in verſi.
Ex prædeductis & num. ſequenti ver
ſicu. Non eſt tñ prætermittẽdum q̃
cùm ſucceſſores in maioratibus, in ijſ
dem ſuccedant iure directo, & incon
tinenti poſt mortem vltimi poſſeſſo-
ris ipſo iure fiant domini gradatim:&
conſequenter talis vltimus poſſeſſor
non poſsit dici grauatus reſtituere,
imò potius dicatur pręlat⁹ quàm gra-
uatus . Tamen quia, vt ibi fuit etiam
dictum,eſtq; plus quàm manifeſtum,
non poteſt negari, quin ipſe vel alius
poſſeſſor, qui poſt eum obtinuiſſet
talia bona maioratus, tenetur ſequen
ti ſucceſſori, ſaltem ad facti reſtitutio
nem : ergo poteſt dici ſaltem largo
aut largiſsimo modo obligatus, pro-
ut quilibet alius rei cuiuſlibet alicu-
ius domini poſſeſſor,quæ ab eo per ip
ſius dominum poteſt vendicari, qui
poſſeſſor ad talis rei reſtitutionem eſt
improprijſsimè obligatus, vt eſt gloſ.
ordina.id declarans,in princi.inſti.de
actio.in parte debetur . Et facit etiam
d.l.mulier.§.ſi hęres, verſ.[Sed enim]
j.ad Treb.cum ſimi.vbi ſicut hæres te
netur fideicõmiſſario vniuerſali,& pa
ri,vel ſimili ratione, ſucceſſori maio-
ratus ſequenti in gradu, de dolo & la-
ta culpa per eum cõmiſsis circa res fi-
deicommiſsi vniuerſalis: ita & pari iti
dem ratione poſſeſſor vltimus maio-
ratus ſaltem improprijſsimè,vt eſt di-
ctum teneri debet ad taliũ rerũ actua
lem reſtitutionem . Et per illum text. Nota.&quotidianum.
inquit ſignanter Bald.in l. filium quẽ
44 habentem,ad fin.C.fami.her.† q̃ hæ-
res tenetur reddere fideicommiſſario
rationem de malè adminiſtratis vel
neglectis, aut dilapidatis rebus fidei-
commiſsi:& ſubdit quòd hæredes vel
alij grauati de reſtituendo poſt mor-
tem ſuam,ad id non aduertentes, ab-
utuntur eiuſmodi bonis reſtitutioni
ſubiectis, ſed perperam faciunt ſecun
dum eum:quia tenentur ad intereſſe
deteriorationis,diminutionis, ſeu di-
lapidationis rerum eiuſmodi fideicõ-
miſsi: quod eſt admodum nota. & aſ-
ſiduum in facto. Nam & in materia
feudali reperimus cautũ, q̃ vaſſallus

tenetur domino bene tractare res ſeu
dales,quas ab eo tenet in feudum: ſin
autem circa eas malè verſaretur, vel
in ipſarum rerum malo tractatu, vel
vaſſalorum quos vocant, eſſet culpa-
bilis,poſſet tali feudo priuari, argum.
capi.Apoſtolicæ de re iudi.in. 6.vt no
tatur per gloſ.& Docto.in cap. primo
qualiter domi.feu.proprie. priue. Fa-
cit text.vbi Bald.& Docto. notant in
l. 3.C.de loca. & cond. Ioan. And. in
eodem cap. Apoſtolicę in noue.vbi lo
quitur ſpeciatim quãdo vaſſallus per
peram verſaretur circa bona feuda-
lia,& facit quod tradit Barto.in l. ele-
ganter,§. vltimo, ff. de pigno. act. &
quod tenet Lucas de Pe.in l.fundi,C.
de loca.præd.ci. libro. 11. Ratio eſt in
45 promptu,† quia is qui abutitur domi
nio ſuo, ipſomet priuari meret̃, quia
facit ſe indignum eodem ſecundum
Bald.in prædicto cap.primo, per l. ſe-
cundam.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.
iuris.Hinc aliâs dicit Bart.in l.in frau-
dem,§.vlti.ff.de iure fiſ.quòd vaſſallus
non poteſt incidere arbores rerũ feu-
De eodem. dalium fructiferas.Et idem (vt ad Bal.
redeam) licèt breuius & generalius,
non referens Bal.in dicta l. filium quẽ
habentem, notat Claud. de Siſſelo.
ex eodem §.ſi hæres,dictæ l.mulier,in
verſicu. [Culpę planè,] dicens ex eo
probari, quòd hæres tenetur reddere
rationem fideicommiſſario, ex quo
infert,quòd idem hæres ipſi fideicom
miſſario teneatur facere inuentariũ.
Sicq; ad ipſius fideicommiſſarij inſtã-
tiam cogitur id facere, cùm ſit caput
rationis reddendæ: cùm regulariter
qui tenetur reddere rationem, tene-
tur etiam per prius inuentarium face
re,vt probatur ex l. cùm omnium, §.
non autem, C. de bo.quę lib. vbi no-
tat Bald.in primis verbis, & idẽ Bald.
in authenti. ſed cùm teſtator, C.ad l.
falcid.Exindeq; ſubinfert idem Clau.

quòd hæres qui non fecerit inuenta-
rium, debet pati iuramentum in litẽ
aduerſus eum per fideicommiſſariũ
præſtandum, argumen. eius quod in
ſimili tradit Bart.in l.tutor qui reper-
torium,per illum text.ff.de admi. tu-
to. vnde ſi fideicommiſſarius diceret
contra hæredem in hæreditate fuiſſe
plures res tempore mortis teſtatoris,
quàm ipſe hæres declarat fuiſſe, & pe
teret ſe admitti ad iurãdum in litem
contra eum ob non confectum ab
eo inuentarium, deberet admitti. Et
hoc per illum text. dicit eſſe verius
Claud. ibi. quàm id quod Alexan. te-
net in contrarium conſi. 82. pen. col.
lib. 2. vbi concludit, imò eſſe ſecundũ
eum neceſſe, quòd actor probet per
regulam.l.actor quod aſſeuerat,C.de
proba. & ex eodem text. in præallega
to verſicu. [Culpæ planè] prædicti §.
ſi hæres,eiuſdem l.mulier, declaratur
& patet,quòd culpa, propter quã hæ-
res tenetur ipſi fideicommiſſario ob
malam adminiſtrationem rerũ ipſius
fideicommiſsi debet eſſe dolo proxi-
ma.i. lata. Quod procedit ſecundum
Alexan. ibi contra Ange. & Rapha.
etiam ſi hæres grauaretur reſtituere
detracta per eum quarta Trebelliani-
ca: & ſic etiam ſi haberet eam ex de-
functi volũtate expreſſa, quia nihilo-
minus non teneretur, niſi duntaxat
de lata culpa, dolo inquam ceſſante.
Et iſtud (vt patet ex dictis per Alexã.)
videtur magis communiter teneri,&
videtur ipſe Alexan.ſequi, vt dixi. In
alijs autem caſibus, videlicet quando
teſtator nihil dixit de quartæ detra-
ctione faciẽda, vel dixit contrarium,
id eſt quartam non eſſe deducendã,
qui eſt caſus noſter: nam in his maio-
ratibus vt eſt dictum non fit quartæ
deductio: neq; reperiuntur in hoc opi
niones repugnantes: imò Docto. ferè
omnes præſupponunt text.illum ſim
pliciter



pliciter procedere, quòd non tenea-
tur niſi de culpa lata tantum, prout in
caſu ſuprà proximo, vbi dixi, id teneri
magis communiter. Et idem quod
paulò ante dixi Claudium tenere: ſci-
licet quòd ad inſtantiam fideicom-
miſſarij hæres cogitur ponere res hæ-
reditarias in inuentario deſcriptas, te
net etiã Guido Pa. deciſione. 351. inci.
vtrum hæres, poſt Pet. Iaco. in ſua pra
Ad idem de inuentario. ctica, loco per eum ibi citato. Et ita di
cit vidiſſe determinatum in curia par
lamenti in hærede extraneo: & ibi e-
tiam adducit d.§. ſi hæres, verſic. [Sed
enim.] dictę l. mulier, ſuprà ſæpius ci-
tato, vnà cum alijs iuribus. Et ibidem
ſubdit, quomodo fiat iſta deſcriptio,
& cuius reſpectu faciat fidem, nec ne:
item & cuius ſumptibus fieri debeat:
non tamen attingit aliquid de iura-
mento in litem, licèt ad aliud propo-
ſitum alleget Barto: vbi ſuprà eum al-
legaui in dicta l. tutor qui repertoriũ.
Hanc concluſionem quæ nota eſt, &
aſſiduè poteſt ex facto ſuboriri, tenet
etiam Pau. de Caſt. dicens ita tenere
Doctores, neminem tamẽ nominat,
vbi omnino eſt videndus in l. cum
tale, §. Titius, verſicu. Ex hoc dicunt
Doctores. j̃. de condi. & demonſtrat.
dicens ita cõſuluiſſe per illũ met text.
in quæſtione quam eo anno habue-
rat ex facto. Et idem eadem ratio-
ne ex illo tex. deſumpta, tenet ibi Ioã.
de Imo. & Vincen. de Hercu. de Pe-
ru. in l. in ratione prima. §. quod vulgo
pe. char. colum. 1 j̃. ad l. falcid. vbi tan-
git quod eſt dictum de iuramento in
litem. Et licèt non citet Alexã. in præ-
dicto conſilio, neque vidit Claud.
quem ſuprà adduxi, tenet tamen effe
ctu & reipſa idem quod Alexan. &
contra Claud. Certè licèt articulus
iſte non ſit reſolutus, imò neq; tactus
per alios Doctores præter iſtos, quos
viderim: tamen in dubio, ſi res acci-

deret, potius adhærerem opinioni
Claudij, vtpote firmiori ac magis de
mente iuris. Sed id quod eſt ſuprà tra
ditum de confectione inuentarij de-
clarandum eſt, vt in pręcedẽti in trãſ-
curſu verborum eſt tactum: ſcilicet
pręterquam ſi pater eſſet reſtitutur⁹
fideicõmiſſum, aut bona maioratus,
vel vinculata filio vel deſcendenti al-
teri ad illa vocato. argument. dict. §.
non autem. l. cum oportet, & l. iube-
mus. §. in ſupradictis. C. ad Trebel. &
quod per illum text. dixi ſuprà tene-
re Ioan. Fa. & Iaſo. in l. vlti. C. de lega.
Quod eſt opportunè ſubintelligen-
dum, niſi ſubeſſet timor veriſimilis
alienationis vel dilapidationis bono-
rum fideicommiſſi vel reſtitutioni
vinculi vel maioratus ſuppoſitorum,
per ea quæ ſuprà fuerunt tradita cir-
ca cautionem præſtandam per poſ-
ſeſſorem maioratus ſequenti proxi-
miori in gradu ad illum ex primæua
inſtitutione vocato. Et tangit addi-
tio ad dictam deciſionem Guidonis
Papæ allegans alibi Specula. Dixi ſu-
prà ſignanter de timore dilapidatio-
nis vel diſſipationis: nam ſi diſſipatio
vel dilapidatio eſſent actu & re ipſa
manifeſtæ ſeu euidentes, non eſſet di
ſputandum de cautione aut fideiuſ-
ſione præſtanda per poſſeſſorem aſcẽ
dentem deſcendenti vocato ad talia
bona per primum inſtituentem: ſed
recurrendum eſſet ad l. Imperator ad
Trebellia. in eam rem ſuprà non ſe-
mel citatam. Quæ autem in eodem De inuentario prænota to.
puncto ſuprà dicta ſunt de confectio-
ne inuentarij (vt ad id redeam) con-
ſcribendi ab hærede ad inſtantiam fi-
deicommiſſarij, adamuſſim quadrãt,
& proculdubio obtinent in primo
ſucceſſore poſt ipſum ſtabilientẽ ma-
ioratum, reſpectu ſequentis ſucceſſo-
ris ad illum immediatè poſt primum
vocati: quia primus habetur vt hęres,

 ſecun-

ſecundus vt fideicommiſſarius, vel ad inſtar ipſius, & ſic largè & impropriè, ſed quoad ſecũdum nominatum vel vocatum reſpectu tertij, vel tertium reſpectu quarti, & ſic de alijs ſubſequentibus gradatim, qui omnes vidētur quodammodo fideicommiſſarij conſequutiui, prædicta faciunt duntaxat in argumentum. In indiuiduo autem ad hoc, id eſt ad prædictos caſus remotorum ſucceſſorum ſuprà deſignatos, facit, quia fideicommiſſarius etiam reſpectu ſequentis fideicōmiſſarij tenetur facere inuentarium, ſicut hæredes illud tenentur facere reſpectu creditorum, legatariorum, & fideicommiſſariorum, ne illis in ſolidum teneantur: & ſic vltra vires hæreditarias. Et hoc vltimum de legatarijs & fideicommiſſarijs (nam de creditoribus res eſt ſatis nota) tenet gloſ. communiter approbata in l. in ratione prima, §. quod vulgo, in parte nimirum. ⁊. ad l. falcid. & gloſ. in l. prima. §. hæc verba. ⁊. ſi cui pluſquam per l. fal. & gloſ. in §. ſi verò non fecerit, in authenti. de hære. & fal. in verbo legatorum, & iterum in ver. lucrari, ad finem collat. prima, & probatur ex textu inde extracto in authen. Sed cùm teſtator, C. ad l. falcid. vltimis verbis, & eſt l. 10. titu. 6. parti, 6. Eodem modo (vt præmiſſa repetam) fideicommiſſarius præcedens reſpectu ſequentium per ordinem fideicommiſſariorũ tenetur etiam ex ſua perſona, & ad inſtantiam ſequentis fideicommiſſarij facere inuentarium, ſecundum Barto. in eodem §. quod vulgo, colum. fina. in verſicu. ſed puto quòd ex perſona ſua, vbi aſſerit, quòd fideicommiſſarius non faciens inuentarium tenetur vltra vires hæreditarias etiam legatarijs, quaſi dicat, non ſolum creditoribus, & fideicommiſſarijs vniuerſalibus ſequentibus poſt eum, & particularibus. Et licèt Barto. loquatur per verbum potentię & poſſibilitatis, videlicet quòd fideicommiſſarius poteſt facere inuentarium: tamen communiter intelligitur, & allegatur quòd poteſt, & tenetur, & eſt communis opinio ſecundum Alexan. ibi, colum. penulti. in princip. quam fusè defendit Iaſ. ab impugnatione Socin. in l. prima, §. ſi is qui quadringenta. ⁊. ad Trebellia. & ibidem Ioan. Fran. à Ripa, colum. 2. à verſicu. defendendo cōmunem vſq; in finē. Atten.

46 Patet ergo † quòd etiam in terminis circa quos verſamur, id eſt de ſecũdo ſucceſſore maioratus ad tertiũ, item & de tertio ad quartum & deinceps ſubſequenter & gradatim, atque ordine ſucceſſiuo, ad illum maioratũ inuitatis, præcedens in gradu poteſt cogi facere inuentarium ad inſtantiam ſequentis: quia licèt eiuſmodi ſequentes poſt ſecundum poſſeſſorem ſeu ſucceſſorem maioratus, non ſint propriè & exactè fideicōmiſſarij quoad illum: imò largè, & impropriè, vt ſuprà tetigi: tamen reſpectu vocationis ſucceſſiuæ vnius poſt alium: & quia vnus tenetur ſaltem de facto (vt eſt iam dictum) alteri ſequenti reſtituere, poſſunt quodammodo dici fideicommiſſarij: & in eis ex rationis paritate militant omnia quæ ſuprà dicta ſunt. Comprobatur hæc ſimilitudo ſeu æquiparatio in articulo reſtitutionis. Nã licèt in his vinculis & ſimi. & maioratibus etiam vniuerſalibus ceſſet (vt eſt ſæpe dictum) remedium Trebel. quoad deductionem quartę, ex quo debent obambulare vel incedere integri, abſque vlla deductione & diminutione de ſucceſſore in ſucceſſorem ex facultate principis ſolita pro eorum conſtructione concedi, quando eſt vinculum vniuerſale omnium bonorum conſtruendum ſiue ſtabi-



ſtabiliendum per habentem liberos: vel ſi eſt vinculum particulare tertiæ, vel quintæ partis bonorum, non eſt defalcabile per Trebe. etiam abſque clauſula aliqua prohibitiua facultatis vel licentiæ: quam licentiam in talibus vinculis meliorationum particularibus non eſt opus interuenire: imò ea circũſcripta, iure ipſo cõmuni attento, non defalcantur per Trebel. in quam. l. cogi. §. inde quæritur, aliâs, & generaliter. ⁊. ad Trebel. neque per falci. hodie, vt in prædict. authen. ſed & in ea re, C. ad l. falcid. cum l. parti. ſuprà etiam allegata. Nec non licèt ceſſet hodie remedium compulſionis ad adeundum ex eo quòd per. l. primam titu. de los teſtamen. lib. 5. ordi. nõ eſt iam neceſſaria aditio: non tamen ceſſat remedium compulſionis quoad reſtitutionem meri facti actualem, vt inquit Pau. de Caſtro in l. recuſare, §. meminiſſe, ad finem. ⁊. ad Trebellia. & idem vult ipſe prius in l. quia poterat, primo textuali, eam antecedente. Quibus locis notanter tenet, quòd etiam quando per mortem hæredis contingentem ante aditionem hæreditatis fideicommiſſum non periret, vt quia per teſtatorem eſſet repetitũ à venientibus ab inteſtato, vel à ſubſtituto vulgari, adhuc poſſet hæres viuens compelli ad inſtantiam fideicõmiſſarij ad reſtitutionem, ſi ipſe fideicommiſſarius mauult habere fideicõmiſſum de manu hæredis, quàm venientium ab inteſtato, vel ſubſtituti vulgaris per l. nota. & ſingula, non iuſtam. C. ad Trebellianum, vbi eam notant Barto. Bald. Salicet. Pau. & Phili. Corne. Facit etiam in bono ſimili gl. ordinaria in l. prima. §. ſed & quoties. eodem titu. ad Trebellia. ex qua Alexan. & alij notant, quòd licèt in multis caſibus fideicommiſſum tranſit in fideicommiſſarium abſq; reſtitutione, & ſic ipſo iure, vt ibi & in l. reſtituta, eodem titu. tradunt Doctores poſt glo. & in dicta l. non iuſtam. In ijſdem tamen non tranſit in fideicommiſſarium pleno iure proprietatis, & poſſeſſionis, niſi facta prius ſibi facti reſtitutione actuali, & ſic mixta. Ad idem gloſ. in l. cogi. §. idem Mecianus, eod. titu. in parte, petant, & tradit Alexan. conſi. 51. colum. 2. volumi. 6. & Deci. conſi. 243. & conſi. 224. nu. 15. Facta itaque prædictorum ad rem noſtram adaptatione, dicimus quòd quemadmodum in caſibus, vbi non transfertur poſſeſſio requiritur prædicta reſtitutio mixta, tam iuris, quoad ipſam poſſeſſionē prout eſt iuris transferendam, quàm facti quoad realem traditionem: ſic etiam à paritate rationis, in rebus ex cauſa maioratus reſtitutioni ſuppoſitis, quæ per l. Tau. transferuntur in ſucceſſorem ipſo iure, non tantum quoad dominium, ſed etiam quoad vtranque poſſeſſionem, naturalem & ciuilem, & ſic supereſt ſola earundem tranſlatio actualis, ſiue realis, aut facti, agi poteſt per ſucceſſorē ſequentem in gradu, vt ſibi de facto tradantur. Ad quod etiam facit, quod tenet Barto. in ſecunda oppoſitio. dictæ l. non iuſtam, vbi ferè in terminis quibus dixi loqui Paulum de Caſt. in prædictis duobus locis aſſerit ante illum, idem quod ille. Ex quibus videtur declarari eleganter prædicta l. prima. titu. de los teſtamen. ſ. ſępe citata Ad l. ordi.
47 libro. 5. ordinamen. videlicet, † quòd in caſu illius l. quæ loquitur de hæredis repudiatione, talis hæres repudiãs poſſet cogi ad inſtantiam fideicommiſſarij vniuerſalis, reſtituere actu & reipſa: nam ſi hæres cogi non poſſet, fideicommiſſarius deberet recipere de manu venientium ab inteſtato, qui poſſent defalcare quartam Trebel. quod hæres ſcriptus non poſſet,

cùm repudiauerit, & ſic amiſerit detractionem quartæ Trebe. l. nã quod, §. q cõpulſus. ĵ. ad Trebe. qui tex. loquitur adhuc in terminis fortioribus vt ibi declarat Pau. de Caſt. Cùm ergo in re propoſita, id eſt de qua agimus (vt ad ſuperiora regrediar) vbi poſſeſſor tenetur relinquere vel reſtituere illi ſequẽti ſucceſſori immediato, militet etiam ratio ſuperius adducta de compulſione facti: igitur bene procedit prædicta parificatio ſimilitudinaria inter hos caſus inuicẽ. ſ. de primo nominato ab ſtabiliente, qui eſt hæres, ad quaſi vniuerſalem fideicõmiſſarium itidem primum poſt eum, ſequentẽ gradatim: & exinde de eodẽ primo quaſi fideicommiſſario, eodẽq; ſecundo nominato ad ſecũdum, & de ſecundo ad tertium, & deinceps ad alios per ordinem ſucceſſionis gradatim vocatos.

Decimò comprobãtur præmiſſa ex tex. eleganti & celebri, & ad hãc rem ſat ſuperq; accommodabili, in l. ſi ſeruo fideicommiſſaria. ĵ. iſto tit. vbi ponuntur tres deciſiones elegantes, ex quibus & ſimul & ſeparatim deducitur, quòd ſeruus qui aliũde poteſt cõſequi libertatem, ſi per hæredem, vel dominum hæres inſtituatur, non efficitur ei hæres neceſſarius. Subdit ibi text. rationem ad primum caſum illorum trium concinnè quadrantem, nec non ad alios duos caſus ſeu deciſiones ſequentes quæ eſt. [Qui enim etiam inuito defuncto: ſcilicet teſtatore ſecundo poterat libertatem extorquere, is liber eſſe iuſſus, non magnum à defuncto videtur beneficium conſequi, imò nihil commodi ſenſiſſe, ſed debitam libertatem accepiſſe.] Sic in propoſito huius text. ex quo libertas per teſtatorem primum fuerat conditionaliter ſeruo ab hærede relicta per fideicommiſſum ei præſtanda, ſi poſtea libertas eadem cũ hæreditate ab eódem hęrede ſecundoq; teſtatore relinquatur, deinde aduenerit conditio primi teſtamenti, non efficietur hæres neceſſarius ipſius relinquentis ſecundario, ſed voluntarius. Conſonat etiam in idem text. in l. teſtamento. ĵ. eo. vbi ſi libertas fuerit ſub conditione relicta vnà cum hæreditate ſeruo per dominum, & conditione pendente, ſeruus libertatem à lege meruerit, ſi poſtea conditio extiterit, non erit neceſſarius domino: quia aliunde, id eſt à lege, ſeu legis beneficio aut præmio fuit conſequutus libertatem. Per quam l. ſi ſeruo (vt ad eam redeam) dicit ibi Bald. & poſt eũ Ange. de Peru. & Rapha. Cuma. & Ioan. de Imo. q nõ eſt gratia, ſi reddatur debitum. Et exinde inferunt ad quæſtionem de gabella, vt ibi per eos. Circa hoc videnda ſunt quæ poſt Docto. & vltra eos diſſerui, in l. vnum ex familia, in prin. & §. 1. ĵ. de lega. 2. Sic igitur in propoſita quæſtione quam verſamus dicendum eſt, quòd ſuperuacuo inſtituitur in maioratu per ſucceſſorẽ intermedium, ſucceſſor poſt eum, ad illum maioratum per primũ fundatorem vocatus.

Vndecimò confert præmiſſæ aſſertioni, id quod tenet eleganter Bald. in eo. cap. primo in princip. colum. 2. verſicu. Quæro ergo. de ſucceſſ. feud. ſuprà in primo fundamento memoratus, quòd filius ſuccedẽs in feudo antiquo non ſuccedit ex teſtamento, neque ab inteſtato: ſed iure ſucceſſorio feudorum: & ſic quaſi per quandã ſucceſſionis ſpeciem innominatam, vt in exemplis per eum ibi traditis, vel ſaltem ſecundum eum ſuccedit per modum cuiuſdam acceſſionis vel augmenti ad ipſam vniuerſitatem hæreditatis paternæ, quæ conſtat (vt ſuprà ſecundo fundamento fuit traditum)

Verba nota. Bal. trahibilia ad intell. maioratuũ hodiernorũ



ex iure vniuerſali hęreditario ab ipſis corporibus hæreditarijs abſtracto. l. hæreditas, in princip. ff. de peti. hære. & eam ob rem ſecundum eum feudũ venit in peti. hæreditatis, quanuis ex ſe non ſit res hęreditaria, vt per gloſ. in l. itẽ videndum, §. fina. ff. de peti. hæreditatis. Sicq; ſecundum eundẽ Bald. filius poteſt inſtitui in feudo antiquo, vnà cum vniuerſitate hæreditatis patris feudatarij eiuſdemq; teſtãtis, eumq; inſtituentis: quia non dato cohærede vniuerſali, nulla ex rebus poteſt eximi vel excipi ab inſtitutione vniuerſali. l. ſi quis hæres inſtituatur excepto fundo. ĵ. hoc titu. Et horũ dictorum Bald. meminit Panor. conſi. 3. col. 1. volu. 2. Et licèt ſecundum ea quæ ſunt dicta, hæc videantur aliter tinnire, quàm tenor artic. noſtræ quęſtionis quem in præſentiarum verſamus: tamen rectè & ſanè intelligendo Bald. & ipſius intentionem internè inſpiciendo, videtur ad rem noſtram inclinare: videlicet, quòd talis maioratus inſtitutio ex ſe non valeret, niſi fieret cum vniuerſitate coniuncta, prout maioratus vniuerſalis omnium bonorum eſt alij vniuerſitati, id eſt hæreditati colligatus: ſed ſi ipſe repudiaret vniuerſitatem, id eſt hæreditatem bonorum liberorum, id eſt mobilium, & iurium: nam & ſine corporibus (vt eſt dictum) datur, ſeu conſideratur hæreditas in intellectu, vt dicta l. hæreditas, certè inſtitutio non poſſet aliquid efficere, vel operari, ſed maneret irrita, & ſuperuacanea. Et iſtud elicitur ex eo quod Bald. dicit in feudo, quòd inſtitutus vniuerſaliter in eo ſuccedit per modũ acceſsionis & augmenti ad hæreditatem ſucceſſori relictam per patrem teſtantẽ iure inſtitutionis. Quod poſſet vltra Bald. fulciri ex iuribus dicentibus nonnulla poſſe alienari & tranſire cum vniuerſitate, quæ de per ſe non poſſent, vt patet ex exemplis poſitis in l. quædam de acquiren. rerum do. præſertim in vltimo caſu illius l. Sed iſtud nihil eſt, quia de hoc nõ tractatur in pręſentiarum, cùm quis poſsit inſtitui æquè principaliter, tam in maioratu, q̃ in hæreditate: ſed vocatur maioratus acceſsio ad hæreditatẽ liberam: quia illa eſt antiquior illo, & habet iuris pręſumptionẽ pro ſe, quia in dubio bona præſumuntur libera, nõ autẽ ſuppoſita alicui vinculo. Bal. in l. libertas, ff. de ſta. ho. & dixi ſuperius: vel ſic poſſunt dici augmentum vel acceſsio ad vniuerſitatem bonorum liberam vel liberorum: & ſic poteſt tota ipſa ſucceſsio dici, ſaltem largè, mixta, vt. ſ. tetigi, & inferius etiam repetam. Ideo dixi largè, quia eſt impropria & ſeparabilis: quia vna bona poſſunt abijci, & alia retineri: & vnũ patrimonium eſt vniꝰ naturæ, & aliud alterius. Et eadem ratione per contrariũ non poſſunt propriè dici talia bona vinculata acceſsio
48 vel augmentum ad bona allodialia, † quia quod augetur, vel accedit alteri rei, vt propriè dici queat augmẽtum, debet eſſe eiuſdem naturæ & conditionis cum re aucta. l. etiam, C. de iure dot. l. ſi ex toto, in princi. ĵ. de legat. 1. l. in rem, §. item quæcunq;, ff. de rei vendi.

Duodecimò comprobantur præmiſſa ex alia eiuſdem Bald. deciſione ſeu doctrina clariori poſt gloſ. ibi in cap. primo. §. Et quia vidimus, col. 4. verſicu. quærit gloſ. pone, in titu. de his qui feu. dare poſſunt lib. feu, vbi Bald. ponit hæc verba formalia. Itaq; feuda non percipiũtur mero iure hęreditario, ſed potius principali prouidentia, argumento l. ſi arrogator, verſicu. [Sed an impuberi.] ff. de adop. ſecundum glo. & bene. hæc Bald. Quæ verba apprimè conducunt rei de qua

Verba Bal.



agimus,

agimus, & trahuntur in bono ſimil
ad materiam maioratus: quia licèt
fundentur in materia feudali, tamen
procedunt ex fonte iuris communis,
id eſt ſecundum identitatem ratio-
nis ex eo manantis.

49 † Quo caſu rectè argumentamur
de vna materia: ſcilicet feudali, ad
aliam: ſcilicet maioratus: quia eo ca
ſu non cenſetur materia feudalis,
ſed iuris communis, vt colligitur ex
intentione Bald. in argumentis quæ
pro & contra adducit in quæſtione
illa tenebroſa & nimis ardua, quæ
per Doctores vtriuſque iuris agita-
tur circa prælationem in ſucceſſio-
ne iuris primogenituræ, inter ſecun-
do genitum eundemque patruum, &
filium primogeniti prædefuncti in vi
ta aui. Quam quæſtionem Baldus
diſcutit in pleriſque locis, ſignanter
in l. cum antiquioribus, C. de iure
delibe. Cùm neque in hac materia
maioratus, neque in alia quæ ſuap-
te natura non ſit feudalis, poſſimus
ad deciſionem dubiorum vti iuribus
feudalibus, niſi in eodem caſu ſubſit
(vt dixi) rationis iuris communis idé-
titas, vel apta, & parificatiua caſuum
ſimilitudo.

No. hanc & ſequẽtes doctrinas ad cõſtitutiones feudales.

Nam vt opportunè Alexander in-
50 quit in l. vltima, C. de colla. † con-
ſtitutiones feudales non deſeruiunt
in deciſione aliarum cauſarum non
feudalium, quando tales conſtitu-
tiones ſunt contra regulas, vel ra-
tiones à iure communi traditas, &
ſic ſunt exorbitantes, quas vocant,
& ibi allegat Alexan. Barto. & Bald.
alibi. Sic ergo vt tales conſtitutiones
conſuetudinariæ feudales ſint de illa
materia ad alias trahibiles, debẽt fun-
dari legibus & rationibus iuris com-
munis.

Huic rei econtrario etiam con-
51 fert. † Nam ad hoc vt poſſit recedi à
iure communi in cauſis feudorum, re-
quiritur, quòd contrarium ſit per con
ſtitutiones feudales ſpeciatim deci-
ſum, vt inquit Bald. in l. ſecunda. C. de
ſuis & legi. libe. & in l. cùm oporter
ad finem princip. C. de bo. quæ libe.
Quæ loca Bald. allegat Iaſ. in l. prima,
§. huius rei, ff. de offi. eius cui manda-
ta eſt iuriſdictio quem legit cum prin
cip. legis nume. 38. Quodcunque igi-
tur teneamus, videlicet an vno, vel a-
lio modo, id eſt coniunctim vel ſepa-
ratim deſcendens vocatus ad maiora
tum ſuccedat, id eſt iure hæreditario
vel ex principis prouidentia vltimo
ipſius poſſeſſori. Talis enim ſucceſſio
teſtamentaria non eſt habenda in cõ
ſideratione ad aliquid operãdum, ne-
que poteſt eſſe alicuius efficaciæ vel
momenti iuridici, quoad ipſum maio
ratum & res in eo cõtentas, vel inclu-
ſas, niſi per accidẽs, & conſecutiuè at-
que remotè vt j. ſubijciam. Concludi
tur ergo ex præmiſſis (prout ſuprà ſæ-
pe dictum & repetitum eſt) quòd di-
ſpoſitio vltima facta de maioratu per
vltimum poſſeſſorem illius in ſequen
tem in gradu vocatum ad illum, eſt
nullius efficaciæ, vel momenti quoad
effectus iuridicos, quia nullum effe-
ctum operatur: ſed ſolũmodo poſſet
attendi, & conſiderari in ea re extrin
ſecus & conſequutiuè quidã effectus,
videlicet ſi fortè talis inſtitutus vellet
intentare peti. hære. pro hæreditate li
bera, vnà cum bonis maioratus: ſi for
tè ab alio ſine tit. poſsiderẽtur. Quod
tamen non eſt omnino expeditum,
quia gl. in l. item videndum, §. fi. ff. de
peti. hæ. quam. s. citaui: nõ ita indiſtin
ctè procedit in feudis, quibus in hoc
tractatu aſsimulamus maioratus, vt pa-
tet ex traditis per Iaſo. in prælud. feu.
col. 14. num. 43. cum tribus numeris
ſequen. vbi per vnam col. poſt multas
Doctorum relatas verificat opi. illius
gloſ.

Vi. infrà poſt prin. verſic. ſed iſte effectus. &c.

Iteratur cõcluſio.

Atten.



gloſ. cum quadam limitatione, quòd
poteſt adaptari ad rem noſtram. Sicq;
ſuppoſito, quòd gl. illa ita verificata &
limitata procedat, ponitur prædictus
effectus accidentalis eiuſmodi ſucceſ
ſionis teſtamẽtariæ quoad ipſum ma
ioratum & res eiuſdem. Sed iſte effe-
ctus reuera non eſt habendus in con-
ſideratione: quia pars illa principalis
noſtræ aſſertionis, quam in præſentia
rum verſamus, nõ loquitur de his quę
conſecutiuè & minus principaliter
ſunt conſiderabilia vel cõſideranda:
cũ imò ea de quibus loquitur non at-
tribuantur, ſeu adſcribantur ipſi iuri
vniuerſali hæreditario principaliter,
52 † ſed potius ipſi iuri primogenituræ,
de cuius principali & effectuali conſi
deratione ad præſens tractamus, in
quo quidem iure primogenituræ nõ
datur propriè (vt eſt prædictum) ſuc-
ceſsionis ius, ſeu in eo propriè nõ ſuc-
ceditur, ſucceſsione inquam regulari
& ordinaria, prout etiam inquit idem
Bald. in §. hoc quoq;, col. 2. in eo. tit. de
feu. ſucceſsione dicens, q. filius Mar-
chionis nõ ſuccedit patri in Marchio
natu, quia (vt eius verbis vtar) videtur
ipſum Marchionatum obtinere, & e-
uellere de manu principis, & non de
manu patris, vt eſt text. omnium opti
mus in ratione ſui in ſæpe allegata. l. ſi
arrogator, ad finem, ff. de adop. Vnde
in quæſtione ſuperius ibi per eũ mo-
ta, ſeu ꝓpoſita infert, quòd ſi alienatio
facta ſit per Marchionem de re feuda
li Marchionatus, talis res non reuerti-
tur ad principem, vel ad dominum
feudi, ſed tranſit in filios Marchionis,
cũ eis non noceat. Et ex his euidẽter
depromit, † quòd ſicuti diſpoſitio vl-
53 tima poſſeſſoris maioratus etiam in
proximum ſequentem ſucceſſorem
collata, eſt (vt ſæpe ſuprà diximus) in
ſe ipſa, quoad iuris effectus fruſtra-
nea & irrita. Ita etiam pariformiter
omnia vincula, & modi, ac conditio-
nes, quæ in tali vltima diſpoſitione
per talem diſponentem, eundemque
vltimum poſſeſſorem maioratus de
nouo ipſi maioratui adijcerentur, eſ-
ſent nullius momenti, etiam ſi talis di
ſponens grauaret talem ſucceſſorem
maioratus ab eo in eodem maioratu
inſtitutum onere quantumcunquè
minimo æſtimabil, vel inæſtimabili,
pecuniario, vel non pecuniario. l.
quod pupillæ, ff. quando dies legati,
ce. vbi textus notab. in bono ſimili.
Si enim ſub eadem conditione mor-
tis expreſſa vel ſubintellecta, vnà cũ
alijs conditionibus & modis in pri-
mo ſtabilimento (vt ita dicam) con-
tentis, teſtamentum vel diſpoſitio
vltima poſſeſſoris vltimi de maiora-
tu in ſequentem in gradu factum,
vel collata non valet, vtpote ineffi-
cax & futulis: ergo à paritate rationis
adiectio nouorum vinculorum, vel
conditionũm, aut modorum, eſt &
debet eſſe inefficax, aut nullius effe-
ctus. l. vnum ex familia, in princip. &
§. primo, ibi. [Non enim facultas ne-
ceſſariæ electionis, ꝓpriæ liberalitatis
beneficium eſt. Quid eſt enim. &c.]
j. de legatis ſecundo. & in dicta l. ſi ar-
rogator. verſiculo penulti. vbi ad ver-
bum dicitur, [Cæterũ ſi eius fidei cõ-
mittat, vt quandocunque reſtituat,
non oportet hoc fideicommiſſum
admitti: quia hoc non iudicio eius ad
eum peruenit, ſed principali proui-
dentia.] Exponit gloſſa ibi, [iudicio]
id eſt mera liberalitate. cũ alijs multis
iuribus in idem per me adductis in di
cta l. vnum, in princip. & §. primo. &
§. ſed etſi fundum, in notabilibus tex-
tualibus. Vltra quę omnia facit, quod
aliàs dici ſolet, q. in prę iudicium tertij
nõ poteſt mutari forma circa inueſti

Loquit̃ Bal. de Marchionatus dignitate quĩ eſt feudalis: q̃ ſi non eſſet, ſuccederet̃ in ea iure ſanguinis & primogenituræ concurrẽte principis authoritate, q. licentiã conceſſit ad creationẽ maioratus, & contulit dignitatẽ Marchionalẽ. Tamẽ in re de qua agimus vtrũq; tendit in eũdem ſcopum.

Attẽ. ſequẽtia.

turã feudalẽ antiquitus cõſtituta ſeu
præfixa ſecundum Bal. in l. vna, colũ.
pen. verſi. ſed quid ſi dominus, C. quã
do non peten. par. &c. argumen. l. im-
puberi filio, ff. de admi. tuto. Ex qua
colligitur illa generalitas, † quòd pri
uilegium alicui conceſſum nõ exten
54 ditur ad alienam id eſt alterius iniu-
riam. Quem text. commẽdat etiam
idem Bald. in cap. primo. col. 2. de re-
ſcriptis. Ad idem. l. nec auus, cum ſi-
mili. C. de emanci. liberorum. Nam

Aliud.

ſi talis conceſſio nouiter non poteſt
fieri per illam l. ergo à fortiori in pro-
poſito de quo agimus, per extenſio-
nem alterius nouæ cõceſſionis, id eſt
conceſſionis antiquæ onus recens, vt
eſt appoſitio nouorum vinculorum,
non poteſt fieri, vt tertio præiudiciũ
inferatur, id eſt ſequentibus ſucceſſo
ribus gradatim ad maioratum anti-
quitus inſtitutum vocatis. Ad quod
etiam facit. l. cũ filiusfa. ff. de mili. teſt.
vbi priuilegium militis debet extẽdi
duntaxat ad diſpoſitionẽ bonorũ ſuo
rum: & ſic non ad diminutionem iu-
ris alterius. Et hoc modo ſummat Bal.
in prima epitome, & in. 2. dicit, ꝙ mi-
les poteſt hæreditati propriæ, non aũt
alienæ legem imponere. Et eundem
text. expendit Bar. in l. filiusfa. 2. colũ.
ff. de dona. & eundem allegat Lanze.
Galiau. in l. Centurio. 1. dubitatione.
ꝟ. titu. 1. de vulga. & pupil. ad id quòd
miles non cenſetur in hoc priuilegia
tus, vt poſsit de rebus alienis teſtari: &
hoc eſt quod ille text. dicit ad finem.
[Quia hæreditati quidem ſuæ miles
qualem vellet ſubſtitutionem facere
poteſt: veruntamen alienum ius mi-
nuere non poteſt.] Et ad vtrunque il-
lius legis dictum tam in prima quàm

Ad rem.

in vltima parte, quam modò recita-
ui, adducit etiam l. miles enim, codẽ
titu. ſic in propoſito, cùm primus inſti
tutor maioratus cum ſtabilierit au-
thoritate regia, non poteſt ſucceſſor
in illo, idemq; illiuſmet poſſeſſor, mu
tare formam antiquam eiuſdem, &
ſic abuti eo in præiudicium tertij, id
eſt ſucceſſorum gradatim ad eum ex
primæua inſtituentis præordinatio-
ne vocatorum. Mutatur ſiquidem
forma ſubſtantifica per appoſitionẽ

Mutatio antiquæ formæ

nouarum conditionum, vel modo-
rum, grauaminum, vinculorum, aut
ſubſtitutionum: cũ concernant ſub-
ſtantiam cuiuſdam nouæ diſpoſitio-
nis per modum amplificationis, &
augmenti, primæ & principalis diſpo-
ſitionis, id eſt inſtitutionis maioratus
ineſſe deductæ. l. ius ciuile, ff. de iuſti.
& iure ꝟ. etiã alleganda pag. 190. col. 1.
vbi videndũ eſt. Et redeundo ad Bal.
idem tenet ipſemet conſi. 215. propo
nitur, colum. prima, per totam, item
& ſecunda, verſicu. in eo autem. lib. 2.
vbi inter alia dicit, † quòd ſi antiqua
inueſtitura vocaret maſculos, cum

Atten. cõtra quãdã clauſulam maioratus cuiuſdam, quam alias vidi.

55 taxatiua tantùm, noua inueſtitura nõ
poſſet vocare maſculos & fœminas in
ſimul: quia in præiudicium maſculo-
rum non poteſt poſſeſſor feudi rece-
dere ab inueſtitura antiqua, per quã
ex prouidentia primi inſtituentis fuit
conſultum ſolum maſculis in ſucceſ-
ſione talis feudi. Adducit in argumen
tum l. diui fratres. ꝟ. de iure patro. &
alia de quibus ibi per eum. Idemq; ef-
fectu & reipſa tenet Pet. de Ancha.
conſi. 30. incipiente. Dubitari ſolet,
an valeat, colum. fina. verſicu. ſuper
tertio, vbi formaliter refert verba Bal.
in dicta l. vna, C. quando non peten.
par. Idem tradit Deci. conſi. 185. col.
2. verſ. non obſt. etiam alia, vbi refert
Bal. vbi. ſ. item & alijs locis, & tenet ꝙ
prima inueſtitura attenditur, & ei nõ
derogatur ex ſequentibus, ſeu poſte-
rioribus inueſtituris, quæ aliter quàm
prima



prima diſponant, vel loquantur, & al-
legat præcipuè Bald. in conſi. 82. inci.
proponitur ꝙ inueſtituræ. lib. 1. ſed in
mea impreſſione Veneta, eſt in vol. 2.
ſub eodem nu. & initio, vbi Bal. elegã
ter attingit iſtum articu. in primo pũ
cto quæſtionis, per totũ, & nullibi ple-
nius reperij, & illud conſilium eſt re-
petitum conſ. 215. quod. ſ. proximè re
tuli. Et idem tenet Pau. de Caſt. conſ.
311. incipiente, circa id, ad finem pri-
mæ quæſtionis, vol. 1. per l. perfecta cũ
alijs. C. de dona. quæ ſub mo. & conſi.
46. viſo & examinato, col. 2. verſi. con-
ceſſio ergo, volu. 2. & conſi. 132. vide-
tur dicendum, colum. fin. eo. lib. Ste-
pha. Bertran. conſi. 1. num. 98. cum ſe
quen. volu. 1. Gozadi. conſi. 53. col. fi.
verſi. præterea, & ibidem. ſ. in prædicto
conſi. 215. eodem verſ. quem. ſ. citaui.

Nota rẽ aduertentia dignam.

Bald. (vt ad eum redeam) dicit vnum
memorabile ad prædictorum oppor-
tunum condimentũ, & limitatoriam
declarationẽ, videlicet ꝙ talis poſſeſ-
ſor feudi antiqui poſſet ĩ noua inueſti
tura adijcere talem nouũ modũ, aut
moderamen antiquæ inueſtituræ, ꝙ
ceſſantibus maſculis, qui ſoli & nõ alij
fuerant ſimpliciter vocati in prædicta
antiqua inueſtitura ex præordinatio-
ne primi ſtabilientis, admittantur fœ
minæ iure feudi (& pari ratione maio
riæ) ordine ſuccedẽdi, primitus ſtabili
to in poſterũ ſeruãdo. Rationem ipſe
præſupponit ibidem, quia talis modi
adiectio non eſt præiudicialis alicui,
neq; vlli eſt, vel poteſt eſſe damnoſa,
quia ceſſantibus maſculis ex eiuſmo-
di vocatione fœminarũ in eorũ defe-
ctum denuo addita antiquæ inueſtitu
ræ per nouã nulli fieri poteſt præiudi-
ciũ. Quod eſt ſummè not. pro poſſeſ
ſorib⁹ maioratuũ, vt ſi ĩ eorũ primæua
inſtitutione, ſimpliciter (.i. abſq; fœmi
narum excluſione expreſſa, vel taci-
ta, quæ fit per adiectionẽ dictionis ta-
xatiuæ tm̃, & ſimiliũ quæ includũt ef
fectu negatiuã. c. cũ eccleſia Sutrina,
poſt prin. vbi Inno. id põderat de cau-
ſa poſſe. & proprie.) fuerit vocatũ cer-
tũ genus perſonarũ, putà maſculorũ,
poſſit talis poſſeſſor d̃ nouo adijcere,
ꝙ talibus perſonis ceſſantibus, admit-
tantur fœminæ: & ſic de alijs. Tũ præ-

Nota. ratio & vera eſt iſta.

dicta ratione, quia nõ imminet alteri⁹
præiudiciũ. Tum etiã, quia (argu. l. in
tempus, in prin. ꝟ. eo.) diſponens nouè
confert diſpoſitionẽ ſuam cõditiona-
lem in tempus quo bona eiuſmodi e-
rũt libera, & ſic quo vinculũ antiquũ
ceſſabit, deficiente genere perſonarũ
ad ipſum maioratũ vocato in primæ-
ua ipſius inſtitutione: quo caſu alias
vinculũ ſoluitur, & bona permanẽt li
bera, prout erant ante primæuã maio
ratus creationẽ, ſiue inſtitutionẽ: ſicq;
tãquã de bonis liberis & à vinculo ma
ioratus omnino exemptis, in eiuſmo-
di caſum, vel euẽtũ, talis poſſeſſor ma-
ioratus põt de eis ad libitũ diſponere,
& à fortiori, eiſdẽ noua vincula cõdi-
tiones & modos vtpote bonis liberis
futuris in eiuſmodi euẽtũ de nouo. i.
vltra primæuam maioratus inſtitutio
nẽ inijcere, argu. text. nota. in ratione
ſui in l. iuris gentiũ, §. adeò, ff. de pact.
ibi. [Nã etſi põt tota res tolli, cur nõ &
reformari. &c.] Eſt quippe iuris certiſ

Nota rẽ aſſiduam.

ſimi, ꝙ vbi nõ ſupereſt perſona ex vo-
catis gradatim & ſucceſſiuè ad maio-
ratus ſucceſſionẽ, tale vinculũ ſeu ta-
lis maiorat⁹ expirat, & bona illius per-
manent libera, prout ante maioratus
inſtitutionẽ fuerãt. l. cũ pater, §. liber-
tis, ad fi. ꝟ. de lega. 2. Ex quo Bal. & Pau.
de Caſ. in l. quoties, la. 1. C. de fideicõ.
aiunt ꝙ licèt poſſeſſor bonorũ ſubie-
ctorũ reſtitutioni illa bona vel eorum
partem cõtra prohibitionem alienet:
ſi tamen non ſuperſit aliqua perſona
ex vocatis in primæua inſtitutione
ad illud fideicommiſſum vel vincu-
lum

lum, talis alienatio aliâs fieri prohibi-
ta conualeſcit, aut potius reuiuiſcit.
Ad idem l. qui ſolidum, §. prædium,
quæ ſtatim ſequitur eandem l. cùm
pater, quem paragraphũ hoc modo
Taxatur epitome Bar. ad §. prædium. ſummat Barto. ibi. Quòd vltimus de
familia prędium extra familiam alie-
nari prohibitum, petitionem illius ad
hæredem extraneum tranſmittit. Me
lius dixiſſet, idem prædium in hære-
dem extraneum transfert, prout &
alia bona ipſius libera: cùm tale præ-
dium deficiente perſona de familia,
fuerit effectum omnino liberum, vt
eſt iam dictum: & per eundem text.
ſpeciatim dicit Ioan. de Imo: in l. pe-
to. §. fratre, eo. titu. ſuper gloſ. antepe
nul. patêre; quòd vltimus de familia
habet rem liberè, & poteſt eam in ex-
traneum transferre: quia non ſuper-
eſt perſona, quæ eiuſmodi alienatio-
nem reuocet. & ante ipſum idem no
tat Bald. nuncupatim in l. ſecũda per
text. illum, C. quando dies legati ce.
vbi formaliter ita inquit, & ſic notat
Verba Bal. quòd vltimo ſuccedens in re ſubiacẽ-
te reſtitutioni per prius ſuccedit libe
rè, & tranſmittit ad quemcunque, &
facit. j. de dona. l. ſi auia. ita Bald. & eo
modo recitat eum ibi Corne. nullo
alio verbo addito, & Pau. de Caſt. cõſ.
1. volum. 1. ſecundum impreſſionem
Papien. cuius fuit memor Iaſ. licèt ſub
alio nume. in l. filiusfami. §. Diui. 2. le-
ctura, colũ. 11. & 11. itidem limitatio-
ne. j. de legat. primo, dicens per hoc
facere textum quem ibi Barto. addu-
cit ſecũda oppoſitione in l. Muciane. j.
de condit. & demonſtratio. Miror qui
dem Iaſonem nullum ex iuribus prę-
dictis in hanc rem attuliſſe. Idem tra-
dit Decius conſi. 182. in caſu occurrẽ
ti in princip. & conſilio ſequenti. Cũ
itaque (vt ſuprà induxi) poſſeſſor ma-
ioratus antiqui adijciat ei talem mo-
dificationem in euentum quo talia
bona futura ſunt libera, id eſt deficiẽ-
tibus perſonis in primæua inſtitutio-
ne vocatis, meritò in illum euentum
talis adiectio modificationis & graua
minis valet, & tenet: quia nulli nomi-
natorum primitus, ex tali adiectione
poteſt reſultare aliquod pręiudicium
ex quo fit in eorum defectum, & ceſ-
ſationem, & confertur vt ſæpe dictũ
eſt in tẽpus permiſſum. Quod eſt per
petuò menti mandandũ ad maiora-
tus hodiernos.

Et ſic redeundo ad deciſionẽ Bald. Redit ad præmiſſa.
in prædicto conſilio ea quę dicta ſunt
de non innouanda antiqua inueſtitu
ra, vel inſtitutione maioratus per poſ-
ſeſſorem ipſius quemcunque præter
primum ſtabilientem illum, intelli-
genda ſunt per modum grauaminis
præiudicialis, cęteris ſucceſſoribus ad
eum gradatim vocatis ex forma pri-
mæuæ inſtitutionis, ſed circumſcri-
pto eorum præiudicio, vt quia (prout
eſt ſæpe dictum) adijcitur per vltimũ
maioratus poſſeſſorem teſtãtem, vel
aliter inter viuos diſponẽtem aliquid
maximè in fauorem alterius etiam ve
nientis ab inteſtato, qui non eſt voca
tus, vel de vocatis per primum inſti-
tuentem maioriam, & ſic in defectũ
vocatorum al illam, talis adiectio va-
let, & confirmabitur maioratus per
modum renouationis, ita quòd dein-
ceps erit nouus maioratus ſeu noua
diſpoſitio iſtius vltimi poſſeſſoris di-
ſponentis per d. l. ius ciuile, de iuſti. &
iu. in illis verbis. [Itaq; cùm aliquid ad
dimus vel detrahimus iuri cõi. i. gen.
ius propriũ. i. ciuile efficimus.] Ex quo
tex. notat ibi. Bal. quòd vbi eſt additũ
aliquid veteri ſtatuto non poſſumus
ſequi tale vetus ſtatutũ, ſed nouũ, qđ
tradit ipſe, argumentatiuè loquendo.
Ad idem confert. l. penul. C. de aquæ-
ductu, lib. 11. vbi Bar. notat. 2. notabi.
generaliter ꝙ quãdo aliquid additur,
vel



vel detrahitur alicui rei, illud ſic addi
tum, vel id quod per detractionẽ ma-
net diminutum fit ſpecies de per ſe.
Deinde paulò inferius ſubintelligit
hoc, quando additur aliquid, vel de-
trahitur de his quæ habent ſubſtan-
tiare (vt eius verbo alioquin parum
candido vtar) rem ipſam, quod etiam
j. reperam. Et dum ſuprà addidi maxi-
mè ad fauorem, ideo dixi, quia hoc ca
ſu (vt ſuprà eſt dictum) cùm iſte vlti-
mus poſſeſſor de familia nominato-
rum per primum diſponentem defi-
cientium, diſponat de bonis liberis &
proprijs: quia in eo vinculum eſt ex-
tinctum, poteſt addere primæuo ma-
ioratui quæcunq; grauamina, vel con
ditiones fauorabiles, vel præiudicia-
les cuicunq; per eum de nouo ad eun
dem vocato, qui non ſit de deſcendẽ-
tibus ipſius, cui debeatur legitima. ar
gumen. l. in traditionibus, ff. de pactis,
& in toto tit. C. de dona. quæ ſub mo-
do. & ca. verũ, de condi. appo. aliâs ſi
ſuperſit talis deſcendens ipſius vltimi
diſponentis, in quem conferat eun-
dem maioratum, ſuis nouis additamẽ
tis munitum, dicendum erit, vt pau-
lò inferius dicam. Et ad id quod ſuprà
Redit ad ſuperiora. dixi quòd per prædictam adiectionẽ:
ſcilicet quòd deficientibus maſculis,
qui ſoli erant vocati in primæua ma-
ioratus inſtitutione, fœminæ eiuſdẽ
familiæ: ſcilicet ipſius adijcientis vel
primi vel vtriuſque vel cuiuſuis alte-
rius admittantur gradatim atque or-
dine ſucceſsiuo in euentum prædictę
conditionis deficientium maſculorũ
primitus vocatorum, videatur condi
tus nouus maioratus, ſubſiſtentibus
inquam alijs clauſulis eiuſdem maio-
ratus antiqui. Facit etiam, quia ſtatim
poſtquam deficiunt vocati in primæ
ua inueſtitura, vel conſtructione ma-
ioratus, talis conſtructio vel inſtitu-
tio reddit' nulla, caduca, vel quaſi ca
duca, vtpote deficientibus his perſo-
nis, quæ erant ſubiectum & funda-
mentum ipſius. l. vna, §. in primo. & §.
pro ſecundo, & §. in nouiſsimo, C. de
cad. tollen. quo ſtante per illam clau-
ſulam amplificatiuam vel additatiuã
de nouo appoſitam per hunc poſſeſ-
ſorem cenſetur confirmatus primus
maioratus, & eiuſmodi cõfirmatio in-
ducit nouam conſtitutionem maio-
ratus, vtpote factam de actu nullo vel
56 annullato. † Nam confirmãs id quod
eſt nullũ ipſo iure, vel iam annullatũ
(prout in propoſito. ſ. aliquo ſubſtãtia
li adiecto ipſi primo maioratui. i. deſi-
gnatione nouorum ſucceſſorũ) cõfir-
matur talis maioratus in tempus, quo
eſt futurus nullus ex ceſſatione (ſi for
tè eueniat) perſonarum ad illum voca
tarũ: in quem euentum bona (vt eſt di
ctum manent libera à vinculo primę
uo) videtur de nouo dare, vel ineſſe
deducere, vt eſt doctrina Barto. in l. &
quia, quam legit ſub l. more, præcedẽ-
te. 1. oppoſi. ff. de iuriſdi. om. iudi. cum
qua concluſione tranſeunt ibi Doct.
cõmuniter, vt patet ex his quæ ibi fu-
sè tradit Fran. Curt. Iunior, nume. 14.
cum. 10. ſequen. Quod tamen intelli Atten.
gendum eſt, ſi talis adiectio vel confir
matio facta ab eiuſmodi poſſeſſore
maioratus habente filium, vel deſcẽ-
dentem, cui debeatur legitima in prę
dictum euentum ceſſationis ſucceſſo
rum talis maioriæ vocatorum in pri-
mæua ipſius inſtitutione, & conſequẽ
ter in euentũ diſtinctionis, ſit ſuffulta
regia licentia, ſeu facultate: qñ cõpu-
tatis inquã bonis quondã vinculatis,
& poſtea effectis liberis propter defe-
ctum dictorũ ſucceſſorũ primitus vo
catorũ cũ alijs bonis proprijs iſti' poſ-
ſeſſoris, aliunde inquam per eum ſepa
ratim obtentis talia bona quondam
vinculata, & poſtea effecta libera ex-
cedunt tertiã & quintam omnium. l.
vtro-

vtrorumq; bonorum prædictorũ ad-
inuicem contributorum vel coniun-
ctorum : quia eo caſu fieret præiudi-
cium legitimæ portioni competenti
vel debitę tali filio vel deſcẽdenti, cui
vincula noua apponerentur: & ſic ip-
ſo iure quoad eã reijcerentur: niſi præ
dicta facultas interceſſerit: aliâs ſi legi
tima ex eiuſmodi onerum impoſitio-
ne non grauaretur, non eſſet opus tà-
li facultate, vel licentia: quod præter-
quam quòd eſt notiſſimum iure com
muni, item conſtitutionibus regijs,
iſtud idem innuit Bal. in l. ius ciuile. ſ.
allegata, dum dicit, [nota. argu. quòd
qui confirmat, dat, quod eſt verũ, ſi cõ
firmatio eſt de ſubſtãtia.] ſequitur &
facit, [& actus poſſit cadere in ipſo cõ
firmante ſub ſuo nomine. &c.] Quod
adamuſſim concinnit & quadrat ad
prædictam ſubintelligẽtiam: nam ad
hoc vt confirmatio, de qua eſt. ſ. dictũ
in euentum nullitatis primi maiora-
tus propter defectum maſculorũ vo-
catorum ad illum, inducat nouũ ma-
ioratum quoad ipſum confirmãtem,
oportet q; ipſe actus ſeu confectio ma
ioratus poſſit cadere in iſto confirmã
te ſub ſuo nomine, id eſt maioratus,
& ſic quòd habeat aliâs facultatem
inſtituendi illum ex licentia princi-
pis, ſit eo caſu ſi neceſſaria, vt in exem
plo ſuprà per me poſito & alijs ſimili-
bus coniunctis ll. iuris cõis & reg. Ex
his ſubdeducitur (vt præmiſſa circa
quęſtionem quam verſamus clarius
repetã) q; illa procedunt, quando in-
ſtitutio vniuerſalis facta in vltima vo
luntate per poſſeſſorem maioratus
de primogenito ipſius, vel de alio ad
eundem maioratum ſucceſſiuè voca
to ex primæua ordinatione, fieret ſup
poſita & ſtante validitate maioratus
antiqui. Sed ſi talis maioratus ratione
aliqua, vt in exemplo ſuprà poſito, ſci-
licet quando poſt vltimum poſſeſſo-
rem non ſuperfuiſſet, vel non fuiſſet
ſuperſtes aliquis ex vocatis primitus
ad eundem, ita quòd talia bona reſti-
tutioni ac maioratui quondam ſup-
poſita ac ſubiecta remanſiſſent libera
penes vltimum poſſeſſorem ſuperſti-
tem poſt vocatos extinctos, res eſſet
indubia, quòd talis inſtitutio vinculi,
quoad tertiam & quintam bonorum
partẽ, etiam ſi eſſet ſimplex, valeret,
vtpote de bonis liberis facta: quia ta-
lis vltimus poſſeſſor idemq́ue diſpo-
nens, poſſet facere nouum vinculum
tertiæ & quintæ partis bonorum ſuo-
rum ex diſpoſitione legum regni, vel
vniuerſorum bonorum cum authori
tate principali, id eſt principis licen-
tia præcedente: quando (vt prædixi)
facta vtrorumq; bonorum contribu-
tione, id eſt ipſius propriorum & eo-
rum quæ fuerant de antiquo maiora-
tu nouum vinculum excederet quin
tam & tertiam partem bonorum o-
mnium inuicem cõtributorum. Ideo
autem dixi ſuperius, iſtam declaratio-
nem quæ fuit Bald. eſſe indubiam &
& expeditam, quando vltimus poſ-
ſeſſor maioratus ſuperſtes fuiſſet poſt
mortem maſculorum prænominato-
rum ab inſtituente eiuſmodi maio-
riam: nam ſi ipſe poſſeſſor vltimus
poſt adiectam ab eo clauſulam præ-
dictam, quòd deficientibus maſculis
olim nominatis, maioria perueniret
ad fœminas eiuſdem familiæ ipſius
principalis qui eam inſtituit, priuſquã
defeciſſent omnes maſculi vocati per
eum, decederet, deinde decederent
omnes maſculi qui primo fuerant vo
cati, & ſupereſſent venientes ab inte
ſtato primi inſtitutoris eiuſdem maio
riæ, videretur ſubeſſe pluſculum du-
bij: quia vinculum videretur fuiſſe
ſuperiniectum per eundem poſſeſ-
ſorem poſtremum maioratus, de
fœminis admittendis, in defectum
maſcu-



maſculorum prius vocatorum cum
præiudicio venientium ab inteſtato:
quia tempore quo poſſeſſor vltimus
ſuperaddit eiuſmodi vinculum, non-
dum talia bona quondam vinculata
erant effecta libera: quia adhuc ſuper
erat aliquis ex maſculis primo voca-
tis: & ideo videtur vinculum ſuperad
ditum conferri in tẽpus prohibitum,
& ſic in tempus quo bona eſſent fu-
tura libera, & tunc pertinerent ad ve
nientes ab inteſtato eius qui primo
ſtabiliuit maioratum. Ad hęc videtur
Solutio obiecis præcedẽtis cum iſto.
etiam tali nouo vinculo obſtare. l. cũ
pater, §. à filia. j. de lega. 2. Sed reſpon-
deo quòd tale præiudiciũ prætenſum
venientium ab inteſtato non eſt, ne-
que haberi debet in conſideratione:
tum, quia illi non ſunt de vocatis ad
primum maioratum: tũ etiam, quia
ex quo eiſdem non debetur legitima
in bonis primi ſtabilientis ipſam ma-
ioriam. l. parentibus, C. de inoffi. teſta
men. §. 1. inſti. eo. titu. reputantur ex-
tranei. Quapropter tale præiudicium
non eſt conſiderabile, cùm nullam
ſpem approbatam dę præſenti in ſuc-
ceſſione haberent, vt tradit Barto. in
l. is poteſt, colum. 2. ff. de acquiren. hæ
redita. Nec non quia primus, qui in-
ſtituit maioratum ſiue teſtamento, ſi
ue alia diſpoſitione inter viuos, vocan
do maſculos, videtur excluſiſſe fœmi-
nas illis ſuperſtitibus: & conſequen-
ter eiſdem maſculis deficientibus, vi
detur eas admiſiſſe ad bona quæ re-
manſerunt liberã: ergo in earum fauo
rem faciliter vltimus ſucceſſor potuit
adijcere vinculum in defectum ma-
Rñ. ad §. à filia.
ſculorum. Et tex. in prædicto §. à filia,
nihil facit ad rem quã verſamus: quia
cũ ibi de vno pręmaturè fuit facta ele
ctio, alij vocati per diſponentẽ ſuper-
erãt: ideoq; talis electio nõ valuit irre-
uocabiliter. Sed in propoſito de quo
agimus, vinculum nouũ fuit factũ vel
additum in fauorem aliorum omniũ
maſculorum vocatorũ: quia fœminæ
in prædicta diſpoſitione de nouo ſu-
peraddita ad maioratum antiquum,
ita demum fuerunt ad illum vocatæ
per vltimum illius poſſeſſorem: ſcili-
cet in defectum eorundem maſculo-
rum primitus ad illum per primũ ſta-
bilientem vocatorum.

Decimotertiò (redeundo ad ſupe-
57 riora) confert præmiſſis, † nam licèt
rei alienæ legatum ſcienter relictum
valeat. l. cùm alienam, C. de lega. item
& donatio, vt per gloſ. ordina. in l. in
ædibus, §. fina. ff. de dona. quam pro
notabi. Bald. commendat in Margari
ta, in verbo donatio, verſicu. 18. dicẽs
vlterius illam eſſe impropriam dona-
tionem: ideoq; non indigere inſinua-
tione, quem vide ibi. Inſtitutio tamẽ
vniuerſalis facta de bonis alienis, non
valet. authẽ. ingreſſi, vbi ex eo text. ad
finem, id notat Cyn. 2. notabili. C. de
ſacroſan. eccle. Ad idem l. conficiun-
tur, §. ſi poſt. j. de iure codicil. vbi gloſ.
quas ll. in id citat gloſ. vlti. in §. liberis,
inſtitut. de pup. ſubſti. Ad idem l. eius
qui, §. primo. ſ. de teſtamen. facit etiã
in idem l. qui ſoluendo. 2. j. iſto titulo.
Sed vt obiter hîc dicam, iſtud intelli-
gitur, niſi ille qui eſt dominus talium
bonorum conſenſiſſet teſtatori in in-
ſtitutione, quam faceret de bonis ip-
ſius. l. ſicut, §. venditionis, ff. quib. mo.
pigno. vel hyppothe. ſol. Quem text. Tex. ſingu.
in id dicit non eſſe alibi Bald. in cap.
primo. §. præterea, & in cap. primo. §.
donare, colũ. 2. qualiter olim feudum
alie. pote. & in l. venditioni. C. de vſu
capio. pro empto. & in l. quoties ab
omnibus, C. de fideicommiſ. & in l. ſi
tibi decem, §. de pignore, ff. de pactis.
Et quòd de expreſſo domini conſen-
ſu, quis poſſit de rebus talis domi-
ni teſtari, tenent etiam Baldus, Sali-
cet. Philip. Corne. & Iaſ. in eadẽ l. cum
alie-

alienam. Attamen ſola taciturnitas domini, etiam cum ipſius præſentia, non ſufficeret, vt tenet Bald. in cap. 1. de prohi. feud. alie. per Lotha. in vſi. feu. & Alexan. illum ſequitur in conſ. 20. incipiente Ponderatis his, colū. 6. volu. 3. & Stepha. Bertran. conſi. 346. incipien. viſo, prope fin. vol. 3. Et per text. in d. authen. ingreſſi (vt ad eā redeam) cum alijs iuribus concordan. ſ. citatis. Ioan. de Ferra. in practica. Papien. in forma libelli, quo petitur hæreditas ex teſtamento, char. 213. colū. 2. in parua impreſsione, decidit peregrinam quæſtionem: videlicet, quòd ſi pater vel mater inſtituat filium in rebus alienis, & extraneum in bonis ſuis, q. talis filius poſsit agere de nullitate contra eiuſmodi teſtamentum: quia nemini licet in alienis bonis quē quam facere ſibi hæredem, vt in prædictis iuribus dicitur. Ita ille decidit in prædicta quæſtione inſurgente ex præfata diſpoſitione teſtamentaria, inepta profectò, ac ruſticana, ne dicā ridicula, quæ confici non potuit niſi à quodam ruſtico, vel morione quopiam inſenſato & deliro. Modò (vt è diuerticulo in viam redeamus, & ad rem de qua agim⁹ ſermo reflectatur) ita eſt, quòd inſtitutio de maioratu facta per vltimum illius poſſeſſorē, de vocato immediatè poſt eum, ad eundem maioratum ex diſpoſitione primi ſtabilientis illum fit de re aliena, id eſt eiuſdem inſtituti: quia confertur in tempus quo ſpe certiſsima & infallibili maioratus futurus eſt ſuus eo ſuperſtite, id eſt ſi ſuperuixerit ipſi vltimo poſſeſſori, eidemq; teſtanti: ergo eſt nulla ipſo iure. Nam quemadmodū non licet teſtatori quenquā inſtituere in reb⁹ alienis, id eſt quæ ſunt alterius (vt eſt prædictum) ita neq; in rebus ipſius hæredis, quæ quoad ipſum teſtantem reuera ſunt alienæ. l.

*De eadē re.*

*Quæſt. barbara ac plus quam Scithica.*

*Redit ad intentum principale.*

vnum ex familia, §. ſi rem. ĵ. de lega. 2. & in l. proprias res, C. de lega. & tenet ſpeciatim Bald. declarans Bar. ibi in l. ſuus quoq;, in prin. col. 2. verſic. iuxta prædicta quærit Bar. ĵ. eodem. vbi concludit poſt Bar. ibi in verſi. Quæro qd

58 ſi pater, † quòd quemadmodum inſtitutio facta de filio in aliqua re vel iure, quæ aut quod non reperitur vel nō eſt in rerum natura, vel etiam facta in re ſacra, aut religioſa, eſt nulla. Sic etiā inſtitutio, quę fit de filio in re quæ eſt ipſius filij propria, eſt nulla. Allegat Bald. vltra Bar. l. item quod, alias, vt Sabinus, verſi. [aliter atq;.] ĵ. eo. vbi probatur, prout idem Bald. ibi indu-

59 cit, ad iſtudmet propoſitum, † quòd appellatione reſidui vel reliqui non continetur aliquid ſi nihil ſuperſit. Et ibi Bal. meminit de eo quod poſt Bar. ipſemet tenuit in quęſtione prędicta, vt. ſ. retuli, in eadem l. ſuus quoq; loco ſuperius citato. Et decidit quēdam caſum ſatis conſimilem ſuperiori. l. in filio inſtituto per patrem in re mater na ad eundem filium ſpectāti de præſenti quoad proprietatē, & ſic dominium directum, & poſt mortem patris (in quod tempus inſtitutio cōfertur) quoad plenum dominium, quòd talis filius poſsit dicere tale teſtamentum nullum, vtpote præteritus per illum text. dicentem, [Quoniam cùm nihil reliquum eſt, ex nulla parte inſtitutus eſt.] quem Barto. ibi etiam appendit. Et hoc etiam vult l. 19. titu. 3. parti. 6. incipien. pondus, ibi. [Otroſi dezimos,] vſq; ad verſic. [Pero ſi eſte] excluſiuè, in quo verſi. [Otroſi] vulgarizatur prædictus verſus aliter atq; dictæ. l. item quod Sabinus. Et licèt quantum ad vnum ex caſibus ibi poſitis, id eſt d. l. ſuus quoq;, in princi. in exemplificatione ipſius quæſtionis, qui caſus eſt de inſtitutione facta per patrem de filia, in dote propria, quam pater

*Appellati. reſidui.*

*L. parti.*



pater ei dedit, quem glo. tetigit in l. 3. §. ſed vtrum, ff. de mino. Ioā. de Imo. ibi aliter dicat, ponderans prædictam gloſ. Tamen in alijs caſibus, idem Io. de Imo. tenet idem quod Bar. & Bald. cum quibus etiam tacitè tranſit Pau. de Caſt. Neq; ab eis omnino diſſidet Rapha. Cu. ad fin. principij eiuſdem l. ſuus quoq;, quanuis dicat deciſionē Bald. non eſſe bene fundatam: & idē Rapha. in d. l. item quod Sabinus, verſicu. Aliter atque, tenet quod Bar. & Bald. decidunt in d. l. ſuus quoque, & Bald. in eodem verſi. aliter atq; (vt ſuprà tetigi præcedenti num.) dicit illū text. facere ad quæſt. Doct. in d. l. ſuus quoq;, in princi. quòd inſtitutio de filio facta, in re quæ non eſt patris inſtituentis, vel quæ non eſt in rerum natura, non trahitur ad legitimam: quia paria ſunt, vel filium non inſtitui, vel inſtitui, ſed in eo quod nō reperitur, vel nō eſt in poteſtate patris inſtituētis, ſed eiuſdem filij vel alterius cuiuſcunque, & ſic vult Bald. apertè talem inſtitutionem eſſe nullius momenti.

*Conſideratio circa præmiſſa.*

Iuxta quod eſt conſiderandum, q. attentis iuribus prællegatis & Doctorum deciſionibus ſuprà relatis tā Ioā. de Ferra. quàm Bar. & Bal. & aliorum aſſeclarum, inſtitutio facta de extraneo in hæreditate aliena, habet inconueniens de nullitate, ea duntaxat ratione, quia facta eſt de re aliena in qua non poteſt cadere inſtitutio vniuerſalis directa, vt in præallegata authen. ingreſſi. Sed inſtitutio eo modo, id eſt de rebus alienis facta de filio habet vltra hoc aliud inconueniens videlicet quia neceſſario eſt inſtituendus in re patris. vt in dicta l. ſcimus. §. repletionem, in verſicu. [ex ſubſtantia] & in princip. legis, ibi, [vel rē vel pecuniam] vbi probatur ſecundum Bald. Sali. Pau. & alios poſt Guiller. de Cu. Doctorem antiquum inſignis au-

60 thoritatis, † quòd filius cui pater in teſtamento reliquit quantitatem pecuniæ pro ſua legitima, poteſt eam ſpernere, & petere ſibi aſſignari legitimā in rebus hæreditarijs in hęreditate patris repertis, quod etiam tenet Bar. in dicta l. ſuus quoq;, in fine principij, & in l. Marcellus, §. res quæ. ĵ. ad Trebel. Bald. in l. filium quem habentem, col. 10. ad fin. verſi. Item dicit Iacob. C. fami. her. cum alijs remiſſionibus concordan. per Iaſo. ibi. 2. notabi. traditis, qui hanc concluſionem limitat dupliciter, vt ibi per eum videre licet, cuius primam limitationē multo prius poſuerat Bar. licèt idem Iaſ. de Bart. non meminerit, in eodem fine principij. l. ſuus quoq; ſ. allega. & cum eadem limitatione tranſit Alexan. eam referens in l. non amplius. §. cum bonorū, cum quo vel ſub quo legit ſequētem legem quę incipit, poteſt, in cuius propoſito, idem tradit. ĵ. de legat. primo, & ibidem etiam Iaſ. 5. notabi. & Ioan. Fran. à Ripa, in l. in quartam. 25. colū. ĵ. ad l. falcid. vbi eſt videndus, congerēs ſuper hoc articu. plures quæſtiones vtiles & aſſiduas in actu practico. Præmiſſis etiam bene congruit, quod Bal. tenet in dicta l. ſcimus, in princip. 4. quæſtione, vbi etiam Pau. de Caſt. & Iaſ. 2. notabi. qui dicit ſe vidiſſe caſum in alta quæſtione cuiuſdam principis mortui, qui Doctores loquuntur in inſtitutione facta per patrem de filio in bonis aduentitijs ipſius filij quorum vſusfructus iure patrio, id eſt ratione legitimæ adminiſtrationis pertinebat ad patrem, & per eius mortē finitur, & conſolidatur cum proprietate, quam in eis filius habebat. Ita à ſimili in re noſtra dicendum prout ſuprà eſt dictum, & declaratū. Sed priuſquam hinc diſcedam vnum libet adijcere concluſioni bimembri incidenti, quam ſuprà tenui, videlicet quòd

licèt legatum rei alienæ ſcienter factum per teſtatorem valet: non tamē valet inſtitutio de rebus alienis facta, vt ſunt iura expreſſa ad vtrunq; membrum ibi citata. Cuius diſſidentiæ rationem ponit Bald. in l. fina. 18. oppoſitio. C. de hære. inſtituē. Nam in hac re vltra eum & Docto. ſubit conſideratio huiuſcemodi: quia licèt talis inſtitutio de rebus alienis vniuerſaliter facta non valeat, tamen ſi inſtitutio de rebus alienis certis fiat, vtputa inſtituto aliquem hæredem in tali & tali re, quæ erant Sēpronij, nullo alio dato cohærede in bonis ipſius teſtatoris proprijs: quanquam inſtitutio illa particulariter de rebus certis alienis facta nō ſit vllatenus trahibilis ad alia bona teſtatoris, quia in diuerſis patrimonijs, ſeu inter diuerſas res diuerſorum patrimoniorum, vel pari ratione inter vnas res vnius patrimonij, & aliud patrimonium, vt eſt in caſu de quo agimus inter res particulares alienas & patrimonium teſtatoris, non ſit locus iuri accreſcendi. l. ſub conditione ff. quibus modis vſuſfructus amittat. quæ in ſua generalitate omnes prædictos caſus includit, ſeu comprehēdit: tamen hæres cui competit aliud patrimonium teſtatoris, & fit hæres vniuerſalis ab inteſtato talis teſtatoris, qui inutiliter de rebus alienis certis [illegible] ſtatus eſt. l. prima. §. ſi ex fundo. ff. de hære. inſtit. ab ſpeciali tenoretur redimere prædictas res alienas à domino, & eas præſtare huic hæredi in eis inſtituto inutiliter, vtpote alienis: cū diſtinctione tamen legis cùm alienā. C. de lega. argu. l. non dubiū ad fi. ff. de lega. 3. iuncta ſing. doctrina Bald. Ange. & reliquorum poſteriorum in l. verbis ciuilibus. j. titu. primo de vulga. & pupil. Quemadmodum ſi vnus eſſet hæres inſtitutus vniuerſaliter in bonis ipſius teſtatoris, & alius eſſet inſtitutus per eundem teſtatorem in rebus certis alienis: quia talis inſtitutio particularis videretur manere in vim legati, & prædictus hæres vniuerſaliter ſcriptus teneretur reſtituere tali inſtituto in re certa, vtpote legatario, tales res, ſi eas poſſet à domino earundem redimere, vel æſtimationem illarum eidem præſtare, vt in dicta l. non dubium, ad finem. Semper tamen vt ſuprà tetigi intelligo, tam hoc caſu, quàm in præcedente, debere interuenire ſcientiam rei alienæ in teſtatore de ea diſponente, etiam per modum inſtitutionis particularis, cùm reſoluatur in diſpoſitionem legati particularis: & ſic reguletur per l. cum alienam, ſuprà allega. & iſta ſunt veriſſima, licèt vltra Docto.

Decimoquartò (proſequendo intētum cōcluſionis qua de agimus) illud probatur hoc modo. Duę cauſę lucratiuæ, quamuis quoad initium obligationis in eſſe deducendæ poſsint concurrere: tamen quoad effectum ſolidæ exactionis nequeunt concurrere in vna atq; eadem re, & vnius & eiuſdem creditoris reſpectu: non ſolū quādo trahunt originem ab eodem teſtatore. l. Meuius. §. duorum. j. de lega. 2. ſed etiā quando à duobus qui vnius loco cenſentur [illegible] ex familia, in princip. eodem titu. Ad quod etiam videtur facere l. huiuſmodi, §. ſi Sempronius. j. de legat. primo, vbi gl. non ab re, citat dictam l. vnum, in princip. Sic in noſtro propoſito de quo tractamus, iſte vltimus poſſeſſor maioratus idemque teſtator ſecundus, necnon ille primus, qui maioratum inſtituit, reſpectu eiuſdemmet maioratus habentur pro vno, vtpote hæres, vel ſucceſſor, & defunctus, vt in authenti. de iureiuran. à morien. præſt. in princip. colla. 5. ergo vtriuſque diſpoſitiones reſpectu vnius & eiuſdem maioratus non



non poſſunt concurrere: ſiue ſint vniuerſales, vt inſtitutiones: ſiue particulares, vt codicilli, quoad legata in eis relicta: vel donationes, quando maioratus in quam eſt de tertia vel quinta parte bonorum. Omnis ſiquidē cauſa, ſiue inſtitutionis, ſiue legati aut prælegati, ſiue etiam donationis inter viuos vel cauſa mortis, cenſetur lucratiua. l. vna, §. lucratiuas cauſas, C. de impo. lucra. deſcriptione, libro. 10. vbi æquiparat omnes has cauſas. Nā illis caſibus dicitur agi de lucro captādo: & conſequenter appellantur aptè cauſę lucratiuæ. Ad idem l. ſi hæreditatem, ff. man. & l. inter ſtipulantem, §. ſi rem, verſicu. [ſed etſi hæres.] ff. de verborum obligatio. & l. fina. §. pen. C. de codi. text. vbi Ange. not. in authenti. de nup. §. ſi verò expectet, collat. 4. & tradit Alexan. conſi. 102. exordiente, ſuper eo de quo quæritur, volumi. 3. Quod etiam habet locum in hæreditate aſcendentis, non ſolum extranei, vt inquit Alexan. in dicto §. ſi rem. quod omnino intellige vt per Areti. in l. ſi duo, colum. 2. ff. de acquiren. hæredi. in princip. & in hæreditate, quòd cenſeatur eſſe res lucratiua, ſi ſoluendo ſit, aut ſit dubium, aliâs ſecus, ſi conſtet non eſſe ſoluendo, tenet Alexan. poſt Dyn. & Ange. ibi, per l. ſi ſeruus legatus, §. Stichum, verſicu. item ſi domino, de legat. primo, vbi hoc idem tenent Rapha. Cuma. & moder. quæ eſt res expeditiſſima. Et per illum text. videtur intelligēda opinio glo. notabi. quam ibi commēdant Ioan. de Imo. & Areti. in prædicta l. ſi duo, quatenus vult, titulum hęreditarium vel hæreditatis eſſe lucratiuum, vt procedat etiam ſi à principio non conſtet eam eſſe ſoluendo, ſed ſubſit dubitatio, an ſit ſoluendo, nec ne: quia nihilominus titulus hæreditarius eo caſu dicitur lucratiuus, quoad ipſius primitiuam & principalem conſiderationem: licèt cōſequutiuè ſubſint aliqua onera hæreditaria, vt ibi dicit gloſ. cui eſt conſimilis in l. ſi infanti, gloſ. magna. ad finem. C. de iure delibe. Pro quibus gloſſis eſt bonus text. quem in id commendat ibi Lanze. Decius in l. prima, verſi. [emolumentum.] C. qui admi. ad bo. poſſe. poſſ. vel non. & notat Ange. Areti. in §. manet. inſtitu. de ſocie. Secus quando à principio conſtat eam non eſſe ſoluendo: quia eo caſu (vt prædixi) hęreditas non poteſt cenſeri titulus lucratiuus, per dictum verſicu. item ſi domino, prout in ſpecie declarat Decius in regula in eo. nume. 4. & 5. ff. de regu. iuris. Et intelligitur quod ſuprà dixi tenere Rapha. videlicet in §. Stichum, quòd hæres prætendit cauſam lucratiuam, ſi hæreditas eſt ſoluēdo, licèt habeat onera annexa, aliâs ſi non ſit ſoluendo, oneroſam, vt primū intelligatur eo modo quem prædixi, quòd principalis conſideratio hæreditatis habet ſe circa emolumentum: & minus principalis circa onera: dun tñ ipſam hęreditatem non abſorbeāt, ſed maneat ſoluendo. Rationem aſſumpti (vt ad illud redeam) quòd duæ cauſæ lucratiuæ non poſſint concurrere, videtur ponere Bar. in l. Meuius, §. duorum, colum. penul. verſi. 4. quæro. j. de legá. 2. vbi ait, quòd ſi bene aduertatur text. in §. ſi res, inſtitu. de lega. exceptio quę manat ex regula prohibitiua concurrentiæ duarum cauſarum lucratiuarum inuicem, non eſt introducta in fauorem rei, ſed ob iuris rigorem conſeruandum: qui rigor ſtat in hoc quòd id quod meum eſt, non poteſt amplius effici meum. &c. Et prout ibi aliâs legendo (licèt Bart. non aperiat, ſed ſatis eſt de ipſius intētione) intellexi, debet prędicta prohibitio intelligi, quòd prædictæ duæ

Ratio prohibitionis concurſus plurium cauſarum lucratiuarum.

 cauſæ

cauſæ lucratiuæ non poſsint concurrere: neque verè, quoad eiuſdem rei præſtationem iteratam: neque fictè, quoad præſtationem æſtimationis talis rei, vltra ipſam rem. Sed ratio illa non adaptatur ſolum ad cauſas lucratiuas de quibus loquimur, ſed videtur etiam procedere in oneroſis: nec non quando altera cauſarum eſſet lucratiua, & altera oneroſa, quæ tamen inuicem poſſunt concurrere. l. non eſt nouum, ff. de act. empti. iuncta l. ex promiſſione, ff. de acti. & obliga. prout ibi id notat Rapha. Cu. in prima lectu. prima colum. ſuper gloſ. in verbo obtingere: ſcilicet in dict. §. duorum, & ibi inquit, idem quod eſt dictum poſt Barto. Quòd ratio, quare duæ cauſæ lucratiuæ non concurrũt quoad effectum ſolidæ exactionis, eſt in promptu, & (vt alias dicitur) in numerato, videlicet vt eſt dictum, quia res mea non poteſt amplius fieri mea. l. & an eadẽ, §. actiones, ff. de excep. rei iudicatæ, & in ſuprà allegato §. ſi res.

Ratio rationis.

Ratio rationis ſeu ipſius declaratio eſt ſecundum eum, quia cùm dominium ſit in ſeipſo ius plenum, non recipit in eadem re, & vnius reſpectu, iterationem, ſeu conduplicationem. Bart. in dicta l. ſi quis vi. §. differentia, ff. de acquiren. poſſeſſ. quem ſuprà adduxi.

Atten.

Et quia iſta declaratio recipit eãdem difficultatem, quam habet prædicta ratio Barto. cùm ſit eadem effectu & re ipſa cum illa: difficultatem inquam, de duabus cauſis oneroſis, & & de duabus cauſis, altera oneroſa, & altera lucratiua, quæ poſſunt inuicem in eadem re, & vnius perſonæ creditoris reſpectu concurrere: & tamen vt prædixi, attenta prædicta ratione, nõ videbatur talis concurſus earum admiſsibilis. Ideoque Raphaël prædictus in eodem §. duorum, in fine præfatæ primæ colum. verſicu. ſed dicet quis, nititur id reſoluere: ſed reuera, potius auget difficultatem, quàm aliquid in hoc puncto reſoluat, vt faciliter patêre poteſt volenti eum intueri. Quamobrem nõ ſemel arbitratus ſum, prædictam rationem Barto. nec non Rapha. quæ eſt illius declaratio, imò eadem cum illa, videlicet quia id quod meum eſt. &c. nõ ſit vrgens, quia eſt generalis ad omnes cauſas lucratiuas & oneroſas & mixtas: & ſic magis ingerit difficultatem quoad alias cauſas, tam oneroſas quàm mixtas; & repugnantiam quoad ipſaſmet lucratiuas reſpectu aliarũ, quàm aliquid vel concludat, vel operetur.

Attẽ. aduertenter quia recedit à ratione Barto.

Sed alia ratio videtur eſſe in hoc propoſito quàm ſub nube opaca, & velut in ænigmate idem Rapha. ſtatim ſentit ibidem in reſponſione, videlicet quia lex videtur voluiſſe donatarium, vel legatarium, vel hæredem, vel ſimiles habentes rem ex titu. lucratiuo ſatis debere eſſe contentos vna acquiſitione ex vna cauſa lucratiua facta, ſeu profecta: cùm ex alia cauſa lucratiua, quoad rem inquã acquiſitam ex ea, non poſsit aliquod intereſſe conſequi. cùm ſpeciei præſtatio non recipiat multiplicationem l. Lucius, §. impuberem, & l. planè, prima. §. ſi rem. ſuprà allegata titu. ſuprà proximo. Quæ ratio melius probatur ex l. ſi ſeruus legatus, §. Stichum, ad finem primi reſponſi eodem titu. vbi ponuntur duæ rationes ad hanc rem: vna generalis, quæ eſt ratio Barto. ſuprà relata: ſcilicet quòd res ſemel effecta mea. &c. alia ſpecialis, quia non intereſt. &c. de qua proximè dixi. Et quanuis ille tex. loquatur alio caſu: tamen loquitur quoad eundem effectum. Et eundem text. dicit meliorem iuris Pau. de Caſtro in dicto §. duorum, col. prima, nullam de his faciens mentionem, quod demiror, cùm in illo loco ordinario eſſet

Alia ratio prædictę prohibitionis cõcurſus pluriũ cauſarum lucratiuarum.



eſſet diſcutienda, & inueſtiganda ratio capitalis ad regulam, quæ eſt fundamentum illius text. tenebroſi, & totius materiæ itidem caliginoſæ.

61 Et certè ad vtranq; † rationem ſuprà dictã bene facit l. qui bis idem, ff. de verbo. obliga. in ratione ſui. Ergo circa veram & ſolidam rationem prædictæ regulæ prohibitiuæ concurſus ſimultanei & efficacis duarum cauſarum lucratiuarum, deliberandũ erit ſerio: quia Barto. bonus Homerus in hoc puncto dormitauit, nec non alij Docto. ordinarij ibidẽ ſcribentes perperam (quod eſt mirandũ) expediunt rationem illius regulæ prohibitiuę ſuprà ſæpe recitatę: imò nõnulli eorum eam prorſus prætereunt: quæ profectò eſſet (vtpote totius illius materiæ fundamentum cardinale) diligentiſsimè præ omnibus excutienda. Ob cuius rationis omiſsionem, dum ſemel, & iterum, atque iterum materiam illã publicè interpretarer in ſede mea primaria matutina ex reperita aſsignatione titu. de lega. 2. de quadriẽnio in quadriennium ab auditoribus facta, quum ex conſtitutione pontificiã de hac aſsignatione tractante: tum etiam ex more in conſimilibus aſsignationibus lectionum annuis obſeruato, offendi omnia dicta Barto. in eodem §. duorum, manere confuſanea & impexa & irreſoluta, & re vera in eis animus nunquam quieſcit ob importunas ſalebras in diſcurſu materiæ hinc inde ſubſultantes, ex defectu cognitionis internæ illius rationis. Quamobrem ſæpiſsimè optaui fieri clarus de ratione illius regulæ finali & ſolida, ſuper qua, veluti cardine potiſsimo & præcipuo, illa materia voluitur: & ex conſequenti tota illa tractatio ipſius materiæ, quæ tenebroſa eſt & ſubtilis, & per Docto. antiquos id eſt præcedentes ætate Barto. nec non recentiores eum ſequentes, non ſolum deſerta & præterita, ſed (vt ſic dixero) obliterata, ac prope ſepulta iacet.

Decimoquintò & vltimò comprobantur præmiſſa in optimo ſimili, & ad rem nõſtram apprime accõmodato. Nam ſi quis habeat feudum antiquum ad quod ipſius filius erat vocatus ex primæua inueſtitura, & ipſemet pater idemq; poſſeſſor faciat inueſtire talem filium eo feudo, non ob id dicetur feudũ nouum, ſed erit, & manebit antiquũ, prout erat prius, id eſt à primordio, vt in cap. primo, titu. de vaſſa. decrepi. ęta. lib. feud. vt ibi notant Doctores, & ſpeciatim And. de Iſer. ibidem intelligit illum text. quando ad inſtantiam poſſeſſoris feudi filius fuiſſet inueſtitus, prout ſuprà eum allegaui. Secus ſi tale feudũ per poſſeſſorem fuiſſet ſimpliciter refutatum, vel renuntiatum. Item ſecus eſſet à fortiori, ſi idem feudum refutatum fuiſſet ab eodem, ſub illa conditione vel modo, ſi vel vt filij inueſtirentur: quia tunc eſſet nouum feudum, & ibi expreſsius & clarius notat Iaco. Alua. primo & ſecundo notab. colum. 2. poſt initium. & ibi etiã præpoſitus Alexan. in notabilibus. & tradit Bald. in l. prima, quæſtione. 15. ff. de rerũ diui. verſic. & nota, quòd ſi pater. & in ca. primo, §. & quia vidimus. 5. colum. verſicu. quia hîc agitur, qui feud. dare poſſunt, & idem Cardina. Alexan. in prælud. feu. ſexta diuiſione, col. prima, eiuſdem diuiſionis, & Iaſ. vbi nota. loquitur conſi. 7. incipiẽ. Pro reuerendiſsimo, col. 5. verſ. tertiò deueniendum, libro. 3. Alex. conſ. 18. colum. penulti. libro. 5. Sic in propoſito inſtitutio facta per vltimum poſſeſſorẽ maioratus de filio in ipſo maio

ratu non alterat naturam ipſius, neq;
facit, aut inducit nouum maioratum:
nam cùm conferatur in tempus quo
abſque patris eiuſdemque vltimi poſ-
ſeſſoris facto maioratus ille neceſſa-
riò peruenturus erat ad talem filium
inſtitutum, ex primæua eiuſdem ma-
ioratus creatione, nullius effectus vel
momenti (quoad ius inquam) cenſe-
ri debet, prout ſuprà aſtruximus. Con
firmatur hoc in ijſdem ferè terminis:
Nam videmus, quòd noua inueſtitu-
ra per dominum facta, virtute anti-
quæ, non tollit vigorem, vel effica-
ciam prouenietem ex prima eadem-
que antiqua inueſtitura. Et hoc eſt,
quod Iacò. Alua. notat ex dicto capi.
primo, de vaſſal. decrep. æta. cuius me
minit Socinus inter conſ. Alber. Bru.
conſilio. 16. 3. colum. verſi. omitto. Et
iſtud eſt, quod ſolet dici, per nouam
inueſtituram non derogari antiquæ,
neque eam tolli, vt tradit Bald. con-
ſilio. 215. 2. volumine, & Pau. de Caſt.
conſilio. 176. circa finē. volu. primo.
Alber. Bru. conſilio. 11. colum. 2. verſi-
cu. vnde pro confirmatione. Quod
*conſilium eſt Ioannis Campe.* inter
*conſilia* Alber. Bru. & proprius con-
ducit ad alium articulum, de quo in-
frà tradetur, videlicet de non appoſi-
tione nouatum conditionum vel mo
dificationum ſiue modorum, vel de
non mutandis, neque innouandis po
ſitis in antiqua inueſtitura, vel anti-
quo vinculo maioratuuè, quàm ad
hunc articulum de ſimplici cōceſſio
ne, ſeu inſtitutione poſt mortem vl-
timi poſſeſſoris, de quo puncto in
præcedentibus hucuſq; tractauimus:
licèt ad hoc poſſit etiam adaptari.

His itaque deductis ad probatio-
nem ſecundæ particulæ principalio-
ris noſtræ aſſertionis analyticæ re-
gredior nunc (prout in ſuperius fui
pollicitus) ad aliqua tradēda, circa pri
mam eiuſdem aſſertionis particulam,
quæ licèt (vt dixi) fuerit ceu præſup-
poſitiua, & ſic loquatur minus princi-
paliter, in puncto de quo agimus: ta-
men libet in præſentiarum circa eam
paululum inſiſtere, quum ex hac tra-
ctatione reſultent nonnulla haud in-
digna ſcitu, necnon memorabilia.

Tractat de prima parte cōcluſionis poſita præ-ſuppoſitiuè ad ſecundā.

In prima ſiquidem particula dici-
tur, quòd ſi poſſeſſor maioratus præ-
ueniſſet ipſius reſtitutionem, ante
mortem ſuam, illum liberaliter tranſ-
ferendo inter viuos, & purè, in proxi-
mum ſucceſſorem immediatè ad il-
lum vocatum poſt ipſius mortem ex
primi ſtabilientis ordinatione, talis
tranſlatio præuentiua, ſeu diſpoſitio
tranſlatiua præmatura, & gratuita, va
leret ceu donatio ad vitam ipſius con
cedentis vel donantis, quoad emolu-
mentum inquam pro medij tempo-
ris intercapedine per donatariū per-
cipiendū. Et ita tenet Bal. poſt Bar. &
Docto. antiquos in l. poſt mortem, co
lum. 2. oppoſitione. 3. verſicu. & ideo
Doctores ſoluunt iſtud contrarium.
C. de fideicommiſſ. Inquit enim ibi,
quòd ſi grauatus reſtituere poſt mor-
tem ſuam ex voluntaria ipſius libera-
litate reſtituat in vita ei cui erat fa-
cienda reſtitutio poſt mortem eius
ex præambula primi diſponētis vo-
luntate, talis reſtitutio valebit inte-
rim, id eſt in vita ipſius pra maturè
reſtituentis, tanquam donatio, ſi re-
ſtitutio inquam fiat volenti, vt ibi de-
clarat Pau. de Caſtro poſt princip. Et
ponit Bald. ibi tres effectus huius con
cluſionis. Primus, quia ſi illud emolu
mentum intermedium excedat le-
gitimam ſummam quingentorū au-
reorum, talis reſtitutio vel tranſlatio
indiget inſinuatione. Secundus, quia
fideicommiſſarius præmoriens non
tranſ-



tranſmitteret tale fideicommiſſum,
prout neque tranſmitteret, ſi ante-
quam ſibi fuiſſet facta talis reſtitutio
præmatura, prædecederet viuēte hæ-
rede, qui fuerat oneratus reſtituere
poſt mortem ſuam. Quanquam id
quod Bald. ponit de non tranſmiſſio-
ne, non eſt expeditum: quia vt ibi ad-
ditio inquit contrarium tenet, licèt
ſubobſcurè Ioannes de Imo. in l. apud
Iulianum. §. vtrum. ff. ad Trebellia. De
quo puncto recolo me ibi diſſeruiſ-
ſe, in quadam relectione ſcholaſtica
quam feci, & recitaui, de illo §. dum
vltimo loco illum titulum interpre-
tarer in mea ſede ordinaria horæ ma-
tutinæ. Nam etſi Bald. in hoc quod
dixit de non tranſmiſſione, bene lo-
queretur, quod eſt dubium (vt dixi)
non tamen, illud non tranſmittere,
poteſt dici effectus talis donationis
vel conceſſionis: cùm de natura fidei-
commiſſi conditionalis, hoc idem ſit:
ſcilicet quòd non tranſmittatur. Ter
tius effectus, quia creditores hæredi-
tarij interim, id eſt in vita hęredis, de-
berent agere contra talem hære-
dem cedentem vel transferentem ta
le fideicommiſſum: non autem con-
tra fideicommiſſarium vniuerſalem,
cui fuit facta talis reſtitutio præmatu-
ra. l. hæreditatem, ff. de dona. & l. con-
trouerſia, ff. de tranſactio. Et adaptan

Adaptatio ad rē iſtam.

do iſtum ēffectum ad rem noſtram,
creditores hæreditarij intelliguntur
reſpectu primi ſtabilientis maiora-
tum, cuius debita proculdubio ſol-
uenda ſunt per quemcunque ſucce-
dentem in maioratu, etiam remo-
tum, non ſolum immediatum, per te-
xtum cum gloſ. vbi id notant in ſimi-
li Baldus, Pau. de Caſtro, Ioannes de
Imo. & Rapha. Cuma. in l. pero, §. prę-
dium. ff. de legat. ſecundo. Et eſt text.
optimus in ratione ſui, quem Baldus

L. valde ſignanda.

ibi adducit, & l. cum fidei, ſecundo re
ſponſo. ff. de fideicommiſſ. liberta. &
eum etiam commendat idem Bald.
in cap. quoniam frequenter. §. in alijs,
verſicu. extra quæro, vt lite non con-
teſtata. vbi per illum dicit, quòd cre-
ditor poteſt petere ſe mitti in poſſeſ-
ſionem rei prohibitæ alienari, quan-
do debitum deſcendit à prohibente
alienationem, & ſic à primo ſtabi-
liente maioratum vel vinculum: quia
vt ibi dicit textus, talis alienatio cen-
ſetur eſſe neceſſaria, & ſic non com-
prehenditur ſub prohibitione alie-
nationis ſimplici. l. alienationes, ff.
fami. herciſcundę. & eandem l. cum
fidei, in eodem ſecundo reſponſo. cō-
memorat idem Baldus in authenti. ei
qui poſſidet, colum. 16. & ibidem Sa-
licetus. 15. C. de bonis act. iudi. poſſi-
den. & gloſſam cum text. in eadem-
met l. allegat Barto. in l. filiusfami. §.
diui, colum. 3. in princip. ff. de legat.
primo. Quando autem debita ſum-
pſiſſent originem à contractibus vel
quaſi, delictis vel quaſi vltimi poſſeſ-
ſoris, vel alterius ſucceſſoris interme-
dij, id eſt inter primum ſtabilientem,
& ipſummet vltimum poſſeſſorem
maioratus, an ſequens ſucceſſor poſt
eum teneatur ad eorum ſolutionem,
tractabitur inferius, antequā iſta præ-
lectio abſoluatur.

Ad pręmiſſa

Redeundo ad præmiſſa, idē quod
Bald. in prædicta l. poſt mortem, in eo
quod ſuprà retuli eum ibi dicere, te-
net ibi Philip. Corne. poſt Pau. de Ca-
ſtro, & dicit hanc eandem concluſio-
nem eſſe communem, colum. vlti.
verſicu. & dicit Pau. Et eandem tenet
ipſemet Pau. de Caſt. in declaratione
gloſ. primæ ibidem, in l. cùm pater, §. à
filia, ante finem. ff. de lega. 2. Adueniē-
te tamen tempore mortis (vt ſuperio-
ra repetam) & conſequenter caſu re-



ſtitu-

ſtitutionis maioratus,vel fideicõmiſſi
(vt vocãt) vinculati purificato p̃ mor
tem vltimi poſſeſſoris illius talis trãſ-
latio fideicommiſſi præmatura, quæ
fuit effeƈtu & re ipſa donatio, in totũ
reſolueretur, id eſt non tantum, quo
ad qualitatem ſeu titulum ipſius, ſed
etiam quoad ſubſtantiam, & ſic maio
ratus deinceps haberetur ex primæ-
ua inſtitutione:cùm per mortem vlti
mi poſſeſſoris ius ipſius ſtatim reſolua
tur,ac proinde præfata donatio præã-
bula extinguatur,&annihiletur:quia
(vt eſt ſuprà diƈtum numero. 61.ad fi-
nem)iuris regula eſt notandiſſima ac
62 protrita,† quòd reſoluto iure datoris
reſoluitur ius acceptoris.l. lex veƈtiga
li.ff.de pigno. cum alijs iuribus & re-
miſſionibus concordan. per gloſ. ibi
citatis.

Eſt tamen conſiderandum, quòd
prædiƈta tranſlatio maioratus vel vin
culi præmatura, ſeu donatio non eſt
propriè & abſolutè donatio: ſed poti⁹
quędam debiti ſolutio plenior, vt pro
batur ſingulariter ex text. in pluribus
ſui locis,in l. ſi ſponſus,§.fi.ff. de dona.
inter vi.& vxo. & ex l. patrẽ, ff. de his
quæ in frau.credi.ibi, [& plenã fidem
& debitam pietatem exhibitionis.i.
reſtitutionis ſequutus. &c.]. iunƈtis
L. vnica. verbis præceden. quam l. ſuo caſu di-
cit eſſe in iure ſolitariam Bal. in rubri.
C. de his quæ in frau.credi. prope. fi-
nem. Ad idem l.debitorẽ, quæ ſtatim
ſequitur poſt diƈtam l.patrem,ex qua
notat Barto.in l.prima,col.2. ff.de cõ-
di.inde. quòd id quod eſt ab hærede
detrahendum de fideicõmiſſo vniuer
ſali, per ſenatus conſultum Trebe. in
reſtitutione hæreditatis per eũ faciẽ-
da, eſt debitum naturaliter ipſi fidei-
cõmiſſario,cùm habeat voluntatẽ te-
ſtatoris:& ex conſequenti illius debi-
ti.i.quartæ, remiſsio faƈta per hæredẽ
fideicõmiſſario,nõ eſt donatio.Et prę
diƈtæ duæ leges patrem & debitorem
vnà cum d.l.ſi ſponſus,§.fi.probant in
propoſito noſtro id quod dixi,deſum
pta conſequẽtia de re ad tempus,quę
in iure noſtro eſt firma.l.miles ita,§.1.
j̃.de mili.teſtamen. Quanquam diƈta
l.patrem,non ita indiget prædiƈta in-
duƈtione conſequutiua. i. ex præfata
conſequentia deſcendente: nã pater
ibi reſtituens hæreditatem ante tem
pus filio ipſius ab eo emancipato, nõ
ſolum fecit gratiam eidem filio de illa
quarta,ſed etiam commodi temporis
intermedij. Secundum quæ videtur,
quòd in reſtitutione vel tranſlatione
maioratus vel fideicommiſsi vincula
ti faƈta in vita ipſius poſſeſſoris vltimi
per eum ſequenti immediato ſucceſ-
ſori,non poteſt iniungi nouum vincu
lum,vel grauamen tali donatario,ſeu
recipienti illam præmaturam hęredi
tatis reſtitutionem. vt in diƈta l. vnũ
ex familia.§.1. & §. ſed etſi fundum.j̃.
63 de legat.2.† Hoc tamen ſubintelligo
procedere,in grauamine perpetuo,id
eſt etiam poſt mortem concedentis,
ſeu transferentis duraturo, prout in
præcedentibus diƈtum eſt,quę iſto ca
ſu pariformiter militant: tamen gra-
uamen temporale,id eſt tempore vi-
tæ ipſius reſtituentis mãſurum, bene
poſſet adijci, vel inijci prædiƈtæ tẽpo-
rali conceſsioni, vel fideicõmiſsi vin-
culati,vel maioratus tranſlationi per
ipſum concedentem vel transferen-
tem,per text.notabi. loco peregrino Tex. peregrinus.
& abſcondito ſitum,in l.mater, C. de
ope.liber.in illis verbis. [Niſi eius tan
tummodo temporis, quo eum ante
manumiſit,quàm dies fideicommiſſę
libertatis exiſteret.] iũƈtis verbis prin
cipij eiuſdem legis, & ibi gloſ. memi-
nit ſolummodo iſtius §. qui fideicom
miſſariam. nullus tamen Doƈtorum
in



in præſentiarum ſcribentium memi-
nit illius legis neque gloſ.ibi. Huiuſq́;
rei ratio eſt prompta & (vt aliâs dici-
tur)in numerato:ſcilicet quia ex quo
talis concedens,vel transferens in vi-
ta fideicommiſſum, quod poſt mor-
tem erat reſtiturus, facit gratiam
temporis in concedendo ante tem-
pus,poterit illo reſpeƈtu, id eſt taxati-
uè, vel limitatè, talem cõceſsionariũ,
eundemq́; fideicommiſſarium reci-
pientem grauare;ita vt ad vitam trãſ-
ferentis tale grauamen coarƈtetur,
neque vltra producatur, vt in illa l.di
citur in impoſitione operarum, & de
clarat Bald.ibi in epitome illius l. per
Verba Bal. hæc verba, [Manumittens ex neceſsi
tate,operas non imponit: ſed manu-
mittens ante tempus ſicut facit gra-
tiam temporis,ita interim poteſt ope
ras imponere. &c.] Nam cùm dona-
tio temporalis,id eſt vtilitatis & emo
lumenti percipiendi intermedio tẽ-
pore conſurgens ex eiuſmodi reſtitu
tione præmatura,quæ eſt fundamen-
tum validitatis impoſitionis grauami
nis, fuerit limitata, vtpote tempora-
64 lis,† neceſſe eſt & ipſum grauamen eſ
ſe limitatum ad ſolum illud tempus:
quũ ſit iuris notiſsimi cauſam ſuapte
natura limitatam effeƈtum limitatũ,
& ad ipſam cauſam conſtriƈtum pro-
ducere.l.in agris limitatis,ff.de acqui-
ren.rerum domi. quam in ſuo caſu &
deciſione eleganter & eruditè, prout
& pleraque alia declarat D.An.Alcia.
primo libro prætermiſſorum, ſecũdo
folio.4.pagi. Ad quod etiam fa. l. age
cum Geminiano, C. de tranſaƈt. vbi
Iaſ.hanc regulam amplificat ex pluri-
bus Doƈtorum deciſionibus ex varijs
iuris locis per eum ibi allatis,ſecundo
notabi.& latius Felin.in cap. cùm or-
dinem,colum.4.verſicu. limitata cau
ſa,cum colum. ſequenti de reſcriptis.
Quæ omnia cũ multis alijs eam rem
tangentibus adglomerat And. Tira-
quel.in opuſculo,cauſa ceſſante,char
ta.87.nume.142. prima parte. Com-
probatur iſta declaratio ex l. ciuitati-
bus,§.fina j̃.de legat. primo, vbi Bar-
to.idem tradit in ſummario. Ibi nan-
que probatur,quòd eum quem hono
raui cõmodo pecuniario, nõ poſſum
in plus grauare, quàm apud eum re-
manſurum eſt de eodem commodo:
65 † & ſic quatenus eum honore afficio,
grauare poſſum,& non vlterius. Illud
enim videtur quis habere à teſtatore,
vel alio diſponente, quod ei ſupereſt
onere deduƈto,vt eaten⁹ grauari poſ-
ſit,& nõ vlterius.l.nõ amplius,in prin.
vbi Bar.in epitome,& Doƈt.poſt eum
in notabilibus eo.titu.de legat.1. Ad
idem l.ſed ſi hoc,§.1.j̃.de condi. & de-
monſtra.vbi Barto.eundem conſimi-
liter ſummat. Ad idem text.in l.Pam-
philo,§.fina.de legat. tertio, & quod
per eum dicunt ibi Barto. & Alber.
Ad idem facit tex.in ſimili, quatenus
ponit regulam, licèt non deſcendat
ad eam reſtringendam, in l. prima.§.
ſciendum,eo.titu.de legat. tertio vbi
ad verbum dicitur. [Sciendum eſt au
tem, eorum fidei committere quem
poſſe, ad quos aliquid peruenturum
eſt morte eius, vel dum eis datur, vel
dum eis non adimitur.] Ad idem l.
vt hæredibus de legat. ſecundo. vbi
probatur,cum gloſ. quòd etiam dona
tarijs cauſa mortis põt ſubſtitui per fi-
deicõmiſſum: ſicq́; poſſunt eatenus
grauari: nam ſubſtitutio fideicõmiſſa
ria eſt propriũ & verũ grauamen.l.co
hæredi,§.cũ filiæ.j̃.tit.1.de vulg.& pu.
ſubſti.ver.[q.ſi hæredẽ] & ver.[nec fi- Adaptatio ad rem qua de agitur.
deicõmiſſo.] Sicq́;(ad rẽ nr̃am aptãdo
prædiƈta) qñ poſſeſſor bonorũ reſtitu
tioni vel vinculo ſuppoſitorũ pręue-
nit mortẽ ĩ reſtituẽdo,talia bona ei q

ad illa vocatus erat; in vita inquam
ipſius reſtituentis per modum con-
ceſſionis gratuitæ ſiue donationis, vi
detur talem donatarium honore affi-
cere quoad commodum repræſenta-
tionis temporis intermedij: & ex con
ſequenti eatenus poteſt eum graua-
re, grauamine inquam ad tempus vi-
tæ ipſiuſmet concedentis ſeu donan
tis eiuſdẽq; poſſeſſoris vltimi per pri-
mum ſtabilientem grauati duntaxat
duraturo. Honor enim ſiue emolu-
mentum ad amuſsim correſpondet
oneri ſiue grauamini, & vtrunq; adin
uicem eſt commenſurabile & corre-
latiuum vtrinque. l. ab eo. C. de fidei-
commiſſ. l. Imperator, in princip. &
§. ſi centum, de lega. ſecundo, in pri-
mo reſpon. eiuſdem. §. cum concor-
dan. per glo. vlti. ibi traditis. Ad quod
etiam facit l. filiusfami. §. apud Mar-
cellum de lega. primo, vbi omnino vi
de Ange. de Perig. referentem quan-
dam notabi. deciſionem Ioan. And.
alibi huic materiæ ſatis conferentem:
& ibi etiam Pau. de Caſt. refert, & te-
net eandem, nec non reſpondet ad
quandam obiectionem, quam idem
Ange. ibidem mouit, & omiſit inſolu
tam. Si enim honos vel emolumen-
tum alicui relictum, non eſſet pecu-
niarium, vel ſimile, id eſt æſtimabile,
non poſſet eo prætextu grauamẽ eiuſ
modi honorato iniungi. l. planè. 2. §.
fina. de legat. primo. Ideoq; appoſitè
notat Bald. ibi, & refert ſimpliciter Io-
66 annes de Imo. † finiti ad infinitum
non eſſe dabilem proportionem ali-
quam, quæ eſt maxima Philoſophica.
67 † Naturaliter enim fit commenſura-
tio commodi vel lucri, ad damnum
vel incommodum. l. ſecundum natu-
ram, ff. de regu. iuris, cum multis con-
cordan. traditis ibi per Deci. in prin-
cip. poſt gloſ. quæ commenſuratio fie
ri nequit, niſi vtrunque prædictorum
extremorum correlatiuorum ſit ex ſe
æſtimabile. Præmiſsis etiam confert
text. in l. tertia, in princip. in tribus
reſpon. de lega. tertio, quibus idẽ pro-
batur quod in l. vt hęredibus, ſuprà ci
tatæ. Et licèt gloſ. ibidem, id eſt in di-
cta l. tertia, in princip. (ne id omittam)
68 † velit donatariũ inter viuos nõ poſſe
in teſtamento donantis grauari: ta-
men Bald. ibi effectu vult cõtrarium;
eo caſu in quo veriſimile eſt gloſſam
illam loqui: ſcilicet quãdo poſt dona-
tionem in continenti illud teſtamen
tum fieret, vbi tale grauamen inijce-
retur: tunc enim (quicquid glo. illa cõ
miniſcatur) nihil impedit talẽ appoſi-
tionem grauaminis: imò regula iuris
ſuffragatur. l. in traditionibus, cũ ſi. ff.
de pactis. Nã ex interuallo non eſt cre
dendum gl. illã voluiſſe loqui, vtpote
contra caſum. l. perfecta, C. de dona.
quæ ſub modo. Quouis ergo eorun-
dem duorũ caſuum glo. illa loquatur,
non procedit. Ad præmiſſa etiã facit
l. cùm pater, §. eorum, ff. de lega. 2. & l.
cum hi. §. idẽ erit dicendũ, ff. de trãſa-
ctio. Iam illud in hac materia fideicõ-
69 miſſorũ expeditiſsimũ eſt, † quòd iu-
ra quę loquũtur de honore intelligũt
i. de emolumento alicui relicto, cuius
prætextu poteſt grauari. Et omiſsis o-
mnibus iuribus. s. in hoc articulo ad-
ductis, quæ id clarè præſupponũt, pro
batur expreſsim ex tex. cum glo. in l.
cogi, §. hi qui ſolidum, ff. ad Trebel.
iunctis duabus ll. eiuſdem tit. quas gl.
illa ibi citat. Et in alio propoſito etiam
iactatur quotidie inter omnes illud
Cice. Honos alit artes. &c. Præmiſsis
addere libet, quòd illam conſidera-
tionem quam Bald. facit ſuper gloſ.
illa in dicta l. tertia, in princip. in re-
prehenſione inquam illius (licèt ſpe-
ciatim eam nõ retulerim) cõmendat
Claud.

Alias & melius, prælati.

Cicero alio cõtorquet illud. l. ad honorem ſimplicẽ, vt litera ſonat.



Claud. de Siſello, aliâs de aquis, in
l. ſtipulatio hoc modo concepta. ĵ. de
verb. obliga. in propoſito dict. l. ab eo.
C. de fideicommiſſis. Vide eos, quia
reuera illa conſideratio Bald. eſt pul-
chra. Ad pręmiſſa etiam ſpeciatim cõ
fert text. eiuſdem l. tertiæ, in princip.
in illis verbis. [Nam ſi ſub conditio-
ne, vel in diem, propter fructum me-
dij temporis poſſe me obligari. &c.]
de legat. tertio, & text. quem ibi gloſ.
adducit in l. tertia. §. vltimo. ff. de do-
te prælegata, in illis verbis. [Saluo
eo quod ex commodo repręſentatio-
nis ab ea fideicõmitti potuit.] Quod
etiam probatur ex illiuſmet legis prin
cipio. Sed eſt aduertendum iuxta præ
miſſa, quòd licèt, vt eſt ſuprà conclu-
ſum, reſtitutio pręmatura inter viuos
gratuito modo facta de eiuſmodi bo-
nis vincularis poſt mortem ipſius re-
ſtituentis, ei qui ad talia bona poſt
eum fuerat vocatus ex primæua ma-
ioratus vel vinculi inſtitutione, va-
leat vt donatio commodi temporis
intermedij, id eſt pro toto tempore vi
tæ ipſius reſtituentis pręmaturè eiuſ-
demque poſſeſſoris vltimi, & conſe-
quenter eius commodi prætextu is
cui fuit facta reſtitutio præmatura,
poſſit proportionaliter grauari: atta-
men omnia iura prædeducta loquun
tur de impoſitione grauaminis per te
ſtamentum, vel aliam vltimam volũ-
tatem, ſuper legato, vel fideicommiſ-
ſo, vel donatione cauſa mortis, vel e-
tiam inter viuos facta incontinenti,
ante, vel incontinenti poſt teſtamen-
tum, vel eodem teſtamento, prout ſu-
prà retuli Bald. dicere in dicta l. tertia,
in princip. de legat. 3. contra gloſ. ibi.
Et quanquam iura illa bene probent
à ſimili: tamen in indiuiduo inten-
tionis noſtræ, quæ eſt loqui de validi-
tate donationis inter viuos ratione e-
molumenti temporis intermedij id
eſt duratione vitæ ipſius reſtituentis
interim ex ea prouenturi, propius ac-
cedit ad rem qua de agimus, vltra di-
ctam l. tertiam. §. vltimo. ff. de dote
præle. & l. primam, cum duabus ſequẽ
tibus prædicta lex perfecta omnibus
paſſim obuia, C. de dona. quæ ſub mo
do. à ſenſu contrario, ſumpto ex illis
verbis, [poſt aliquantulum tempo-
ris.] & lex fina. in princip. ibi, [idem
poſtea.] ff. de fideicommiſ. liber. vbi
donatori permittitur apponere in cõ
tinenti ante, vel incontinenti poſt do
nationem à ſe factam, conditiones, &
modos, & grauamina, parique ratio-
ne vincula æquipollentia, & commẽ-
ſurabilia ipſis rebus donatis: non er-
go ex interuallo licet id facere. Ad
quæ etiam facit l. ea lege. C. de condi.
ob cauſam. & l. ſi repetendi, & l. dictã
legem, eodem titulo, & l. in traditioni
bus, cum concordan. per gloſ. & Do-
ctores ibi traditis, ff. de pactis, & l. le-
gem, C. eo. & l. prima. C. de pactis con.
& per totum ferè prædictum titulũ
de dona. quæ ſub modo. & extra de
conditio. appoſi. Ad idem l. ſexta, & ſe
ptima. titu. 4. partit. 5. Nec me clam
eſt, hæc aliquibus fortè videri redun-
dantis diligentiæ, in re non admo-
dum dubia. Sed ideo circa ea inſteti,
quia (vt ſuprà dixi) allegando prædi-
cta iura, quum iſta reſtitutio, ſeu trãſ-
latio præmatura maioratus, vel fidei-
commiſſi vinculati, ſit plenior ſolu-
tiò, & exuberantior ſatisfactio eiuſ-
dem: conſequenter videretur, quòd
non deberet conſiderari vt donatio
gratuita ad recipiendum grauamen,
vel grauaminis impoſitionem, vt in
d. l. ſi ſponſus, §. fina. & dictis ll. patrẽ
& debitorem ſuprà allega. Sed illa iu-
ra loquuntur in fideicommiſſo purè
relicto quoad effectum inquam &
re ipſa,

terminis notat gloſ.ordina.vbi Barto. poſt Doctores antiquos, & recentiores poſt illum in l. ſi quando.§. Et generaliter,eodemq; vltimo in glo.magna poſt medium.C. de inoffi.teſta. de cuius intellectu & verificatione tradit Ioan. de Imo.in l. filio præterito.21. colum.ff. de iniuſto rup. &c. & commendat Alexan. in authenti. non licet, colum.2. C. de libe. præte. & notat Iaſ.pro ſingu. in l. fina. colũ. 10.C.vnde legi.aliâs de bono.po.contra tabu. De quo approbationis puncto videndus eſt ſignanter Bartholo. Socin.conſi.230. ad finem primæ colum.cum ſequenti.2. volumi. Sic ergo ſi iſte inſtitutus & grauatus (vt ſuprà)agnouit iudicium defuncti,vel ipſius hæreditatem adiuit, vel aliter illud approbauit expreſſim, vel tacitè re ipſa etiam per taciturnitatem præſentaneam,vt in l.qui patitur.ff.mandati, cum his quæ per eam tradunt Barto.& Doctores, in l. quæ dotis, vbi ſpeciatim Iaſ.num.80.cum ſequenti. ff.ſolut.matrimo.non oportet dubitari(vt prædixi) quin huiuſmodi grauamen ſit implendum,etiam ſi non potuiſſet apponi,vt quia non eſſet commenſurabile emolumento per teſtatorem tali hæredi relicto. Sed cardo eorum quę ſuprà adduxi verſatur,vbi donatarius prædictus, vel fideicommiſſarius,cui fuit facta reſtitutio præmatura, à principio dum acceptauit donationem vel reſtitutionem illam, renueret grauamen implere,& ei obſiſteret: quo caſu poteſt ſubeſſe dubium, an ad tale grauamen ſubeundum cogi poſſet per eum in cuius fauorem fuit appoſitum. l. quoties, C. de dona.quæ ſub modo. vel ſaltem talis reſtitutio præmatura, vel donatio poſſet reuocari per talem reſtituentem, ſiue donantem, vt in l. prima eiuſdem titu.in quo dubio iam ſuprà tenui impoſitionem grauaminis eſſe validam, ſolidam, & efficacem:& ad tale grauamen poſſe fideicommiſſarium ſiue donatarium cogi ſubeundum.

71 † Sed obſtat fortiſſimè præmiſſis l.ſed etſi vir,§.quod vir,ff.de dona.inter vir.& vxorem, vbi ad verbum dicitur, [Quod vir vxori in diem deberet,ſine metu donationis ante diem ſoluere poteſt,quamuis commodum tẽporis.ſ. inter medij retenta pecunia vir ſentire potuerit. ] vides ergo text. ibi,quòd ob interuſurium medij temporis non cenſetur donatio,quæ aliâs ſui natura non cenſeretur, neque valeret tanquam donatio. gloſ. in eodẽ §. quod vir, cum qua ibi tranſit Rapha.Fulgoſi.& tacitè videtur ei aſſentiri Salicet. ex quo nullum verbum ibi facit vltra ſummam. & ibi etiam Bald.& Rapha.Cumanus in dicta l.omnes.§.fina.quæ in frau.credi. fatentur eſſe verum,non eſſe donationem ſimpliciter & abſolutè. Si tamen ex ea ſubſultaret præiudicium creditorum, cenſeretur facta in fraudem: & ſic poſſet per eos agi reuocatoria. & ita intelligunt text. in eodem §. fina. & in dicto §.ſi cum in diem dict. l. ait prætor, ff. eo. quæ in frau.credi. Sed profectò ſolutio iſta non eneruat difficultatem, quominus in re de qua agimus ingens reſideat ſcrupus. Nam ſi iſta non fuiſſet donatio ſimpliciter in fraudem facta, non reuocaretur ſola fraude probata:ergo in eundem ſcopum tendunt, dari reuocatoriam ob fraudem in dando cõmiſſam, & eam dationem cenſeri donationem: cùm non aliter reuocaretur, vt fraudulenta, ob ſolam fraudem dantis, niſi eſſet donatio:& ſic titulus merè lucratiuus: cùm ſi eſſet oneroſus, ſola fraus non eſſet ſufficiens ad producendam reuocatoriam, niſi euentus ſequeretur, vt per gloſ. iuncto textu in §.item ſi quis in fraudem. gloſ. magna poſt princip.inſtitu. de actio. vbi etiam gloſ. ſubdit ſtatim, q̃ nõ præſumitur fraus, ad dandam reuocatoriam non expectato euentu: niſi in vno caſu:ſcilicet donationis omnium bonorum per l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. credi. ſupple vel maioris partis eorum, vt inquit gloſ. ordina.& ſingu.iuncto text. in l. nomen, §.primo.de lega.tertio. Et in vero iſta eſt dura,& penè irrefragabilis difficultas aduerſus omnia ſuprà tradita in hoc articulo. Quamobrem quoad dictum §. quod vir, videtur dicendum quòd prædicta ſolutio præſentanea ante diem facta per virum vxori de pecunia ei debita in diem, valeat, vt ſimplex ſolutio debiti reſolutiua, & non tanquã donatio: quia cauſa principalis, id eſt ipſum debitum & ſolutio ipſius debet haberi in conſideratione, non autem cauſa conſecutiua ſecundaria, ſeu minus principalis, ex accidenti eueniens, vel incidens, quæ eſt donatio reſultans ex perceptione commodi temporis intermedij, quam vxor cui ante diem fit ſolutio conſequit, argumento regulę vulgatis, quę communiter deſumitur ex l. ſi quis nec cauſam, in princi. ff. ſi cer. petatur: nam quum ſolutio per debitorem conditionalem pendente conditione facta ſimpliciter, vel animo transferendi ſtatim dominium rei ſolutæ in recipientem effectu ac re ipſa, protinus eiuſdem rei dominium trãſferat in eum, vt in l. dotis fructus, §.ſi. cum l.ſequen. ff. de iure dot. & tenet gloſ. per eaſdem ll. ab omnibus approbata, in l. ſub conditione, ff. de ſolu. gloſ. mag. fol. penulti. & tradunt Ange.& Pau. de Caſtro per illa iura in l. quarta, in princip. ſuper gloſ. ff. de ſeruitu.titu.gene. Idem atque à fortiori dicendum erit in debitore in diem certum,ſoluente ante diei euentum: cùm ſtatim ſit purè obligatus: licèt ſolutio ſit in tempus certum dilata.l. cedere diem, ff. de verbo. ſignificat. ergo cum in caſu.§.quod vir, maritus ſoluendo ante diem ageret principaliter de liberando ſeipſum per ſolutionem vxori factam pendente die, textus ille vocat abſolutè dationem talis pecuniæ, ſolutionem debiti: non autem donationem. Et inquit, quòd ſine metu donationis, poteſt ante diẽ facere eiuſmodi ſolutionem, & manet in vniuerſum liberatus,& ipſo iure: quamuis illud commodum temporis intermedij, quod vir ſi retinuiſſet pecuniam,ſentire potuiſſet, vxor pendente eadem die ſentiat pecunia ad ipſam trãſlata per ſolutionẽ mariti de ea ſibi factã: ſicq; de intentione illius tex. ſingu. eſt, q̃ in illo caſu valeat donatio illius commodi interim percipiendi; valeat inquàm conſecutiuè, & incidenter ſeu minus principaliter inter virum & vxorem, propter principalem conſiderationem liberationis ab obligatione, quæ liberatio ſui natura eſt fauorabilis. l. Arrianus, ff. de act. & ob. cum alijs: ex quo nemini fit fraus, neque præiudicium per ipſum ſoluentem: aliâs eſſet ſecus, vt in dicta l. omnes, §. fin. & dicta l. ait prætor, §. ſi cum in diem, ff. quæ in frau. credi: nam probata fraude per tertium, id eſt creditorem ad eius petitionẽ per reuocatoriam ab eo intentatam, reuocaretur talis ſolutio, quoad commodum inquam temporis intermedij, vt in prædictis iuribus. Et ſic gloſ. in dicto §. ſi cum in diem, & Doctores eam expreſsè vel tacitè approbantes, & Rapha. Cuma. in dicto §. fina. quos ſuperius citaui, bene loquũtur in caſibus illorum duorũ textuũ: verùm tñ non declarãt prædictum §. quod vir, ſed

Arduadiſſicultas.

Pungit contra ſolu. Bal. & aſſeclarũ.

Ad predictũ §.quod vir, intelligẽtia declaratoria.

ſed eſt declarandus vt prædixi. Quòd
ibi quoad principalem conſideratio-
nem attenditur ſolutio debiti, licèt
conſequutiuè, ſiue corollariè, aut mi-
nus principaliter reſultet quædã qua-
ſi donatio temporis intermedij: & cer
tè ille text. rectè expenſus non negat
ex dicta ſolutione ſequi donationem
incidenter & conſequutiuè validam
quoad illud interuſurium medij tem
poris, & iſtud eſt quod litera illa vult,
ibi, [ſine metu donationis. &c. [Qua-
ſi dixiſſet, quòd licèt non poſſit nega-
ri prædictam debiti ſolutionem factã
per virum vxori ante diei euentum,
interim quoad interuſurium medij
temporis eſſe donationem, quia ta-
men ille actus eſt conſequutiuus & ac
ceſſorius ad ſolutionem, & ex eadem
fluens ſolutione præter ac contra ma
riti ſoluẽtis propoſitum, qui ſoluit vt
ſe liberaret principaliter, non autẽ vt
donaret, non cõſideratur vt donatio,
ideoq; text. ille ſubmouet metum do
nationis: nã fortaſſis maritus metuẽs
ſolutionem illam per eum ante diem
vxori faciendam poſſe interim cenſe
ri donationem, & ſic eſſe inualidam,
vel abſterreretur à ſoluendo, vel poſt
ſolutionẽ pœniteret, & hoc ſecundo
caſu vel conſideratione illa verba [ſi
ne metu donationis ] referuntur ad
vxorem ne metuat, ſolutionem cen-
ſendam eſſe donationem inualidam,
& cõſequenter reuocari poſſe per ma
ritum: in præcedente autem caſu, vel
conſideratione: ſcilicet ne maritus ab
ſterreatur à ſoluendo verba illa [ſine
metu. &c.] referuntur ad ipſum mari
72 tum. Præmiſsis concinnit. † Nam prin
cipale non regulatur ab acceſſorio. l.
ex pupillari. ꝟ. titu. 1. de vulga. & pup.
l. quod per manus. ꝟ. de iure codi. Sic
ergo ex præmiſſa declaratione fluit
ſolutionem vel reſtitutionem fidei-
commiſsi præmaturam, eſſe donatio-

Adaptatio ad id quo de agitur.

nem ſaltem temporariam reſpectu tẽ
poris intermedij, conſecutiuam tamẽ
quantumcunq; validam haud quidẽ
principaliter, ſed incidẽter, vt eſt prę-
dictum in alijs terminis, quod affabrè,
& punctuatim trahitur & quadrat ad
noſtros terminos ſecundum meam
conſiderationem quam feci ad dictũ
§. quod vir. quę licèt ſit vltra ſcribẽtes,
arbitror tamen eam eſſe veram ad il-
lum textum.

Aduerſus id quod in ſuperioribus
eſt dictũ, videlicet quod vltimus poſ-
ſeſſor maioratus, bona illius inter vi-
uos præmaturę reſtituens quæ ex di-
ſpoſitione inſtituentis maioratum eſ-
ſent poſt mortem eiuſdem poſſeſſo-
ris ſimpliciter reſtituenda, ratione e-
molumenti intermedij poſsit onere
commẽſurabili grauare recipientem
eiuſmodi reſtitutionem. i. ſucceſſorẽ
immediatum in maioratu, videtur ob
ſtare. l. ſecunda, poſt princip. C. de im-
po. lucra. deſcriptione, lib. 10. vbi do-
natio vel largitas quæ fit ab aſcenden
te deſcendenti cenſetur potius debi-
ti ſolutio, quàm muneris oblatio, vel
largitas vel donatio gratuita: & conſe
quenter talis deſcendens illam reci-
piens, non poteſt onerari vel grauari
prætextu illius, vt ibi dicitur, quæ lex
diſtinguit inter contractus lucrati-
uos & non lucratiuos, quem text. no-
tant ibi Barto. & Ioan. de Pla. Nec nõ
text. ille diſtinguit, inter deſcenden-
tes & aſcẽdentes ex vna parte, in qui-
bus diſponitur id quod eſt dictum, &
cognatos tranſuerſales ex altera, in
quibus contrarium deciditur, vt ibi
dicitur in verſicu. [Cæteri verò.] Ita
videbatur in propoſito dicendum, q;
ſaltem quando aſcendens poſſeſſor
maioratus antiqui donaret, vel cõce-
deret illum deſcendenti ad eũ poſt
ipſum immediatè vocato, & ſic poſt
mortem ipſius in eo ſucceſſuro reſti-
tuendo

Redit ad ſuperiora inſtãdo & reſpondendo.

Formatur obiectio.



tuendo eum tali ſucceſſori præmatu-
rè, id eſt in vita, non poſſet illum do-
natarium vſus intermedij talem reſti
tutionem recipientem grauare. Sed
ad hoc reſpon. quòd tex. ille loquitur
in caſu exorbitante & ſpecialiſſimo. i.
in grauamine legali, id eſt per l. impo-
nẽdo, videlicet oneris ſiliquarum, vel
ſolidorum, à quo onere lex illa voluit
deſcendentes facere immunes: quia
quodammodo recipiebant debitum
reſpectu bonorũ patris donantis. Sed
nos loquimur in grauamine vel one-
re imponendo ab ipſomet donãte cir
ca bona, quæ erant omnino futura ip
ſius donatarij, vtpote ad eũ poſt mor-
tem ipſius vltimi poſſeſſoris qui reſti-
tuit in vita non expectata morte ſua:
non tamen traxerunt originẽ ab eius
patrimonio, ſed primi inſtituẽtis ma-
ioratum vel vinculum. Et quũ (vt eſt
dictum) talis reſtitutio, conſiderato
temporis intermedij. i. vſq; ad mortẽ
ipſius reſtituentis, commodo tempo-
rali, poſſit dici donatio: ideo per alia
iura ſuprà adducta, quæ videntur po-
nere regulam, quòd eatenus poſſum
aliquẽ grauare, quatenus honore pe-
cuniario eum honorauerim, valet ta-
lis grauaminis impoſitio: cũq; iſte ca-
ſus non reperiatur ab illorum iurium
regula exceptus, eidem eſt ſtandum.
Sicq; in re de qua agimus concludit,
præmaturam reſtitutionem gratuitã
eiuſmodi bonorũ maioratus vel vin-
culi, quæ erat onerata, vt dixi, onere
cõmenſurabili & proportionabili cũ
ipſa commoditate intermedia ac tem
porali, cuius gratiam in reſtituendo
faciebat reſtituens recipienti reſtitu-
tionem, ſiue talis recipiens ſit deſcen-
dens, ſeu quiuis alius ex primæua in-
ſtitutione ad talia bona poſt mortẽ vl
timi poſſeſſoris qui reſtituit vocatus,
tenetur illud onus ſubire & adimple-
re: aliâs idẽ reſtituens & donator poſ-

Reſpon.

ſet, ſaltem ex capite cauſæ non ſequu
tæ, vendicare prædicta bona ab eo re-
ſtituta, vt ſint penes eũ vſq; ad ipſius
obitum, prout erant ante reſtitutio-
nem. per dictã l. 1. C. de dona. quæ ſub
modo. & ca. verum, de condi. appo. &
quod per eandẽ l. primã notat Alexã.
in l. iuris gen. in prin. nu. 8. ff. de pactis.
73 vbi tradit regulam, † quòd licèt con-
tractus donationis ob cauſam ſit mi-
xtus & nominatus, prout ipſe ibi te-
net: tamen nihilominus ex capite cau
ſæ non ſequutæ datur condictio ob
cauſam: licèt ſecus in alijs cõtractibus
nominatis ſecũdum eum, de quo me-
minit Stepha. Bertran. conſi. 151. vo-
lum. 2. & eandem l. primam, cũ dicto
cap. verum, ſecundum lect. gl. primæ,
ad fi. ibidem allegat Roma. conſ. 284.
exordiente, triplici ex capite, verſi. ſe-
cundò principaliter, vbi dicit per illa
iura iunctis alijs iuribus vulga. quòd
talis repetitio ex ea ratione vel capite
non ſequutæ cauſæ, poteſt opponi in
vim exceptionis: quod poteſt adapta
ri ad rẽ noſtrã, ſi fortè iſte vltimus poſ
ſeſſor maioratus reſtituit ſolo verbo
prædicta bona maioratus in vita poſt
eum vocato immediatè per primum
ſtabilientem, qui ſunt termini noſtri,
ſub modo aliquo vel grauamine in
vim modi: & antequam eidem trade
ret prædictorum bonorum eiuſmodi
i. verbaliter reſtitutorum poſſeſſionẽ
realẽ ſeu actualẽ, is cui fuerat facta ta-
lis reſtitutio verbalis, diceret ſe nolle
adimplere grauamẽ, poſſet ille poſſeſ
ſor q̃ reſtituit verbo ſolo obijcere reſo
lutionem talis reſtitutionis ſiue dona
tionis ex capite cauſæ non ſequutę, &
ſic per viã excipiendi poſſet rem reti-
nere, & ipſam donationẽ reuocare. †
74 Nam etſi ſolo verbo facta reſtitutio-
ne fideicõmiſſi dominium rerum cõ-
prehenſarũ ſub tali fideicõmiſſo ipſo
iure tranſeat in fideicõmiſſarium. l. re
O ſtituta,

ſtituta,in prin.iuncta l.facta,in princi.
eo.non tamen tranſit poſſeſſio, vt ibi
tenet glo.in l.fi.C.de ſacroſan. eccle.
Atten.
Imò fortius poſſet teneri, ꝙ etiam ſi
quando verbaliter vltimus poſſeſſor
maioratus reſtituit (in propoſito inq̃.
de quo agimus) conſtituat ſe poſſide-
re nomine recipientis poſſeſſionem,
& ſic transferat in eum poſſeſſi. ciui-
lem & naturalem, vt tradunt Bart. &
Docto. communiter in declaratione
illius tex.in l.quod meo. in prin. ff. de
acqui.poſſ.& Anto.& Panor.& Io.de
Imo.in cap.cùm veniſſet,de reſti.ſpo.
nihilominus tamen propter nudam
detentationem reſidentem penes ta
lem vltimum poſſeſſorẽ haberet pr ę-
dictam retentionem ad eum finem,
vt poſſet reuocare talem reſtitutionẽ
ſiue donationem ex capite prædictæ
cauſæ non ſequutæ,id eſt non imple-
menti grauaminis appoſiti per reſti-
tuentem, commenſurabilis inquam
commodo temporis intermedij,id eſt
poſt reſtitutionem vſque ad mortem
reſtituentis.Et hoc eſt verum & notã
75 dum,† vt obuietur circuitui,à quo iu-
ra abhorrent.l.dominus teſtamento,
ff.de condi.inde.l. cùm fundus .§. ſer-
uum tuum imprudens,ff.ſi cert.peta-
tur, C. authoritate Mart. de conce.
præb. lib. 6. Et iſta ſunt recordatione
digna,& vltra Doctores.Et redeundo
ad præcedens intentum, videlicet,
quòd recipiens eiuſmodi reſtitutio-
nem teneatur ſubire præfatum gra-
uamen temporarium & commenſu-
rabile commodo temporis interme-
76 dij,confert,† quòd ille cui acquiritur,
vel acquiri debet ius ex alterius con-
tractu,debet acceptare illum cum o-
mnibus clauſulis ipſius, ſecundum
Bald.in l. ſi autem, ff. de pactis, & in
cap. nihil, de elect. pro quo facit l.
Gaius Seius, ff. de manumiſſ. quem
77 textum ſummat ibi Bened. à Plum.†
res tranſit cum ſua cauſa, & eum alle-
gat Stepha.Bertran.in prædicto con-
ſi.151.ad fi.Ad idem videndus eſt Iaſ.
in l.contra iuris ciuilis regulas.§. fina.
verſi. 5.ex eodem text.ff.de pactis.Cõ
fert etiam præmiſsis text.ſatis notan-
dus in l.ſi duo ſunt hæredes, ad fin.ff.
de acqui.hære. iuncto eo quod per il-
lum ibi notant Bald.Pau.de Caſt. Io.
de Imo.nec non Franciſ. de Aret. Fa-
cit etiam ad hoc bonus text. in ratio-
ne ſui in l.2.ff.de rebus eorum. His ſic
deductis ſupereſt diluere nonnullos
obices, qui videntur contrariari his
quæ ſuprà ſunt tradita in præſidiũ ar-
ticuli principalis, de quo tractatũ eſt:
ſcilicet quòd poſſeſſor maioratus nõ
poſsit de eo diſponere etiam in ſequẽ
tem vocatum ad illum per modũ vlti
mæ voluntatis. Inſurgit itaq; primus
obex,qui talis eſt.Poſſeſſor maioratus
Tolluntur nõnulli obices, ne contrarient his quæ ſupius fuerunt tradita in preſidium cõcluſionis quo ad ipſius pricipalẽ articulum.
etſi non habeat in bonis illi ſuppoſitis
niſi duntaxat dominium cum vita fi-
nibile ac reſolubile, quod prope pa-
rificatur vtili,vt eſt iam dictum: tamẽ
tale dominium computatur in bonis
ſuis: & conſequenter videretur poſſe
de eo diſponere in talem ſucceſſorẽ
immediatum proximè ſequentem à
primo ſtabiliente vocatum, vt in per-
ſpicuis ſimilibus videtur probari ex l.
bonorum appellatio. ibi, [ſuperficia-
ria,&c.] ff.de verbo. ſignifi. per quod
verbum dicit Albe.ibi,idem iuris eſſe
in fundo vectigali,& emphytheote-
cario.Ad idem in ſimili facit quod idẽ
Alberi.tenet in l. rem in bonis, verſi.
prædicta etiam faciunt,ff. de acquirẽ.
rerum do.vbi decidit notab. quęſtio-
nem,quæ deciſio eſt videnda,quia cõ
ducit apprimè ad hanc rem.Facit etiã
in hoc propoſito quod tenet Bal. in l.
1.in lectu.antiqua,ad fi.ff.de ſtatu ho.
vbi poſt Guill. & Cyn. Docto. anti-
quos præcipuæ authoritatis tenet, ꝙ
ſi alicui do, vel concedo bona mea,
inclu-



includuntur vaſſalli, licèt in eis non
habeam ius directum: quia videor de
diſſe vel conceſsiſſe ius quod habeo,
& ſic vtile,iuribus per eum ibi allega.
Et idem tenet ipſemet in l. ſecunda,
C.de dona.& eſt bon.text. in cap.2.§.
ex eadem de l.corra.lib. feud. Ex quo
textu poteſt concordari idem Bald.
ferè ſibiipſi repugnans in eo quod te-
nuit in cap.in generali,ſi de feud.fue.
controuer.inter do.& agna. vaſſa.eo.
lib.in vſi.feudo. Ad idem & magis ad
rem facit:nam bona feudalia ſeu ma-
ioratus poſſunt dici abſolutè bona
vaſſalli,& ſucceſſoris in maioratu,eiuſ
demq; poſſeſſoris.gloſ.eſt ordi. in c.1.
gloſ.4.tit.per quos fiat inueſtitura, eo
78 dem libro feud. per quam ſolet dici,†
quòd licèt vaſſallus vel feudatarius
non habeat in feudo niſi dominium
vtile,& cum ipſius vita finibile,prout
eſt iam dictum: tamen feudum com-
putatur in ipſius bonis. Quam gloſ.
commendant ibi Bald. Iaco. Alua.M.
de Lau. & Præpoſitus Alexan. quod
etiam tenet Alberi.in dicta l. bonorũ
Solutio.
appellatio. Sed iſte obex faciliter po-
teſt dilui ex eo, quia licèt dominium
bonorum maioratus computetur in
bonis poſſeſſoris illius quoad alios ef-
fectus,non tamen computatur, neq;
eſt in conſideratione reſpectu tem-
poris in quod ipſe poſſeſſor non po-
teſt de eis diſponere, id eſt poſt mor-
tem ſuam, qui ſunt termini noſtri.
Quia (vt ſuprà eſt dictum) in illud tẽ-
pus talia bona ſunt futura propria ip-
ſius vocati ad maioratum ex præordi
natione antiqua ſtabilientis eum: &
ſic licèt talis ſequens ſucceſſor voca-
tus poſt ipſum vltimum poſſeſſorem
illius maioratus inſtituatur per eum
in talibus bonis, tamen quia citra il-
lam inſtitutionem eſt vocatus (vt di-
xi) à primo ſtabiliente, poſt mortem
vltimi poſſeſſoris purificata tali con-
ditione mortis illius,protinus bona il
la ſpectant ex primæua ordinatione
ad ipſum vocatum ſequenti loco, &
ea conſequitur ex prima cauſa vel tit.
& inſtitutio de eo facta manet pro nõ
ſcripta,argumen. optimo ex hoc tex.
deſumpto. Quanquam differat ſpe-
ciatim à caſu de quo agimus: quia in
text.iſta ſecunda diſpoſitio conceſsio
nis libertatis facta fuit per ſecundum
teſtatorem eundemq; hæredem pri-
mi teſtatoris pendente conditione
adiecta dationi libertatis in priori te-
ſtamento contentæ,& poſtea condi-
tione adueniente reſoluitur prædi-
cta ſecunda conceſsio libertatis, quæ
primo valuerat interim. Sed in caſu
Termini iſtius tex. diſsident à terminis articuli maioratus, quem verſamus & de quo loquitur concluſio. Sed quo ad effectum & re ipſa nõ differunt.
noſtro maioratus iſta diſpoſitio no-
ua vltimi poſſeſſoris facta per eum in
vltima voluntate de ſucceſſore ſequẽ
ti ex primæua ordinatione primi ſta-
bilientis maioratum prius vocato, nũ
quam cepit valere: ſed fuit (vt dixi)
79 pro non ſcripta, † & ſic non cadit re-
ſolutio, vbi non cadit validitas. l. ſe-
cũda, & per totum titulum, ff. de in
diem adiect. cùm priuatio præmittat
habitum.l. decem,cum ſimi.ff.de ver
bo.obligatio. Nec poteſt aliquid deſi
nere eſſe,priuſquam incipiat l. Titio
vſusfructus,in princip.ff.de condi. &
demonſtra.præſertim, quia ſecũdum
hæc,talis inſtitutio eſſet de bonis alie
nis, id eſt ipſiuſmet ſucceſſoris poſt
ipſum poſſeſſorem eundemque inſti
tuentem à primo ſtabiliente vocati:
& vt ſuprà eſt traditum, talis inſtitu-
tio eſt nullius momenti, vt in authen.
80 ingreſsi,de ſacroſanct.eccle. † Et bo-
na aliena dicuntur in hac materia,
quæ non ſunt ipſius teſtãtis, ſiue ſint
tertij ſiue hæredis inſtituti.facit l. pro
prias res, cum ſimi. C. de legat. & ſic
difficultas non obeſt: eſt ſiquidem in
iure notiſsimum, quòd habẽs aliquid
ad vitam duntaxat, non poteſt vllate-

nus alteri illud poſt mortem ſuam cō
cedere. l. neceſſarias, §. fina. ff. de pe-
riculo. &c. com. rei ven. l. peto. §. præ-
dium, ff. de lega. ſecundo, quæ iura in
id Bald. citat conſi. 189. incipiente, cō
ſuetudo eſt, fina. colum. in princip. 2.
volumi. Et hæc hactenus quoad reſpō
ſionem ad præfatum obicem.

Alius obex.

Non etiam obeſt id quod aduerſus
prçmiſſa poſſet obijci, videlicet quòd
attentis præmiſſis vbi fuit diſcuſſa illa
pars principalis concluſionis quæ ha-
bet, quòd vltimus poſſeſſor maiora-
tus, qui tenebatur poſt mortẽ ſuã illũ
de facto reſtituere proximo ſequenti
ſucceſſori ad eum vocato ex primęua
ſtabilientis inſtitutione, non poſsit
cum efficacia eum inſtituere in bo-
nis illius maioratus hæredem. Dixi,
[cum efficacia] quia talis inſtitutio
non poteſt operari iuris effectus hæ-
reditarios, licèt habeat vim cuiuſdam
reſtitutionis facti ſimplicis & nudi:
quia volũtas primi inſtituentis trãſtu
lit poſt mortem iſtius poſſeſſoris vlti-
mi ſtatim & immediatè illa bona in
prædictum vocatum ſequenti loco.
& vltimus poſſeſſor eum præcedens
non eſt grauatus à primo ſtabiliente
reſtituere ſibi aliquid: & ſic nihil iuris
poteſt in illum transferre per viam re
ſtitutionis: ſed (vt prædixi) talis inſtitu
tio vltimi poſſeſſoris, habebitur tan-
quam ſimplex facti reſtitutio nuda,
& abſque iuris effectu vel efficacia, &
velut quædam dimiſsio.

Idem obex.

Præmiſſa itaque illa parte conclu-
ſionis ſuprà comprobata & verificata,
poteſt dici vt ceperam dicere, quòd
ſecundum hæc omnes poſsidentes
quaſcunque maiorias, ſiue ſupremas,
ſiue inferiores, & teſtantes de omni-
bus bonis ſuis decedunt partim teſta
ti, & partim inteſtati: quia cũ omnes
diſpoſitiones de eiuſmodi maiorijs fa
ctæ, vt ſæpe eſt prædictum, quoad eas
ſint nullius efficaciæ atq; momenti:
ergo tantundem refert mori abſque
diſpoſitione, reſpectu inquam maio-
ratus, quantum cum illa: & ſic quan-
do cum ea moritur reſultat prçfatum
inconueniens de regula iuris, ius no-
ſtrum: &c.

Reſpon.

Nam ad hoc reſpondetur quòd nõ
ìnconuenit, vt in caſu de quo agimus
ob patrimoniorum diuerſitatem te-
ſtamentum dici poſsit valere pro par
te, & pro parte minimè, ſecundum
Barto. in l. prima, quæſtio. 7. verſi. po-
ſtea ſuperuenit Iaco. de Raue. C. de ſa
croſan. eccle. in repeti. qui allegat glo.
& quod ibidem per eam notant Bar.
& Docto. in l. ſi arrogator, in gloſ. ma-
gna, in verſi. ſed pone, ff. de adop. Cui
conſiderationi confert etiam text. in
l. ſi certarum, in princip. verſi. [Iulia-
nus.] ff. de milita. teſta. vbi ex diuerſi-
tate patrimoniorum vnius & eiuſdẽ
teſtatoris lex illa reputat & cõſiderat
diuerſas hæreditates diſiunctas & ab
inuicem ſeparatas. Sed licèt iſta reſpõ
ſio demulceat aures: tamen non qua-
drat propoſito noſtro. Quia (vt ſuprà
nõ ſemel dixi) iſta bona vinculata nõ
erant propriè & abſolutè patrimoniũ
vltimi poſſeſſoris eorundem: cùm eó
rum dominium quod ille in vita ha-
bebat & obtinebat ex prima ſtabilien
tis diſpoſitione eſſet terminabile ac
reſolubile per mortem ſuam ac proin
de transferibile ipſo iure, in ſequen-
tem ſucceſſorem ad illud vinculum,
vel maioratũ ex præordinatione pri-
mi ſtabilientis immediatè poſt mor-
tem poſſeſſoris vocatum: etiam ſi vlti
mus poſſeſſor de eo non diſpoſuiſſet
in illum ſequentem ſucceſſorẽ. Quã-
obrem aliter & aptius ad rem noſtrã,
poteſt reſponderi, quòd cùm eiuſmo
di bona vinculata vel maioratus ex
primæua diſpoſitione pertineant ad
ſequentem immediatum ſucceſſorẽ,
ſtatim

Reijcit iſta reſponſio.

Alia reſpon.



ſtatim poſt mortem vltimi poſſeſſo-
ris eorum, & ſic eo tempore, ideſt poſt
mortem ipſius cenſeantur, & reputẽ-
tur aliena, id eſt talis ſucceſſoris im-
mediatè poſt eum vocati, ob ſpem cer
tiſſimam, & infallibilem ex præfata
primæua inſtitutione maioratus re-
ſultantem, non poteſt dici talis teſta-
tor, idemq́; poſſeſſor quoad talia bo-
na inteſtatus decedere, prout neq; te
ſtatus: cùm de eis etiam ſi voluiſſet,
non potuiſſet diſponere, per text. in
prædicto authenti. ingreſſi, & per alia
81 ſuprà adducta. † Nam regula di. l. ius
noſtrum, prohibet concurſum cauſa-
rum teſtati & inteſtati adinuicem re
ſpectu eorundem bonorum, quç ſunt
propria & libera tẽpore mortis ipſius
teſtatoris. Sic ergo ſatis eſt ad rem de
qua agimus, quòd quantum ad bona
vinculata non poteſt dici inteſtatus,
ſicut neq; teſtatus, vt dixi. De teſtato
ſat ſuperq́; & abundè eſt ſuprà proba-
tũ in cõprobatione huius partis prin-
cipalis cõcluſionis quam verſauimus.
82 De inteſtato patet, † quia non dici-
tur propriè quis inteſtatus decedere
reſpectu bonorum de quibus teſtari
non poteſt, vt in princi. inſtitu. de hç-
re. quæ ab inteſtato defe. iuncta l. pri-
ma in princi. ff. de ſuis & legi. hære. &
tradunt Docto. poſt Barto. in dicto
principio, & in ſpecie Sali. & Alexan.
Corne. & Iaſ. in l. generaliter, in prin-
cip. C. de inſtitu. & ſubſti. ſub condi-
tione factis: non enim dicitur noluiſ-
ſe teſtari, qui etſi voluiſſet, teſtari non
poſſet, vt volunt præfata iura & Do-
ctores. Eſtq́; aliâs regula generalis iſtũ
caſum & alios ſimiles comprehen-
dens, quòd non dicitur quis nolle, vbi
velle non poſſet. l. nolle, ff. de acqui-
ren. hæredi. in princi. titu. & l. eius eſt
velle, ff. de regu. iuris. & l. pater Seue-
rinam, in princip. vbi Bart. Ioan. de
Imo. & Pau. de Caſt. ff. de condi. & de
monſtra. ad idem l. ab adminiſtratio-
ne, vbi Bald. Pau. de Caſt. Alexan. &
Iaſ. in id notant C. de lega. nihil igi-
tur in caſu iſto refert, aliâs inconue-
nit, teſtatorem diſponere de bonis li-
beris, & non diſponere, vel inutiliter
ſeu nulliter diſponere in teſtamento
(nã in idẽ recidit) de bonis vinculatis
in eũ qui aliâs poſt mortẽ ipſi⁹ erat ex
primæua diſpoſitione ad illa vocatus.
Nã ſemper dicitur decedere ſolũmo-
do teſtatus de bonis liberis, quæ ſola
relinquit in ſuo patrimonio. Cætera
autem bona vinculata deferuntur ſe-
quentibus poſt eum vocatis ſucceſſi-
uè & gradatim ex primęua maioratus
inſtitutione. Sicq́; difficultas prędicta
non obeſt.

Ad regulam ius noſtrũ.

Generalis regula.

Non etiam obſtat aliud quod con
tra præmiſſa poſſet obijci, videlicet
quòd teſtamentum eſt vnicum, & cõ
ſiſtit in puncto indiuiſibili. l. vnum te
ſtamentum, & l. ſi is qui, ff. de teſta-
men. & vtrobique notant Barto. &
Bald. nec non alij ordinarij poſt eos:
& conſequenter non poteſt in parte
valere, & in parte minimè, cuius con
trariũ præſupponitur in prędicta con
cluſione ſeu cõcluſiõis principali par
te ſuprà fulcita: dum ibi habetur, ꝙ
teſtamentũ vltimi poſſeſſoris in quo
inſtituit in bonis maioratus proximũ
ſequentẽ, reſpectu talium bonorum
non valet: & tamen reſpectu bonorũ
liberorum teſtamentum & inſtitutio
valent: & ſic præſupponitur, quòd ta-
le teſtamentum valeat pro parte. Nã
ad hoc reſpondetur, prout in præce-
den. ſuprà proximè dixi, quòd imò ta-
lis teſtator ſimpliciter & abſolutè di-
citur decedere teſtatus, & tale teſta-
mentum ſimpliciter & abſolutè & in
vniuerſum eſt validũ: ſed diuerſimo-
dè, quia quoad bona libera valet cum
iuris efficacia, tam quoad inſtitutio-
nem, quàm etiam quoad legata. Et

Tollitur alius obex.

Reſpon.

quoad bona maioratus eſt nullũ quo
ad iuris efficaciam, quia nõ diſponit
aliquid, ſed duntaxat eſt quædam fa-
cti ſimpliciter nominatio nuda &
ineffectualis: nam efficax nominatio
hæredis iam pridem erat facta per
primum ſtabilientem de ſucceſſori-
bus gradatim & ſucceſſiuè in maio-
ratu, & (vt ſuprà dixi) poteſt dici
quædam ſimplex & nuda facti reſti-
tutio, & velut quædam dimiſſio in
utilis: & conſequenter non poteſt di-
ci propriè neque impropriè diſpoſi-
tio, neque pars diſpoſitionis teſta-
mẽtariç: ſicque diſpoſitio facta de bo
nis liberis manet ſimplex & abſolutũ
teſtamentum, & iſte vltimus poſſeſ-
ſor dicitur ſimpliciter & abſolutè te-
ſtatus in bonis liberis, non attenta,
neque conſiderata inutilitate inſtitu
83 tionis factæ in bonis maioriæ, † quia
inſtitutio nulla nõ eſt inſtitutio. l. 4. §.
condẽnatũ. ff. de re iudi. l. nõ putauit,
§. nõ quæuis exhęredatio, ff. de bono.
poſſe. contra tab. cum multis alijs iuri
bus & deciſionib⁹ Doctorum in eam
rem per Feli. adductis, in cap. ex teno
re. 2. col. & ſequen. de reſcriptis, in or-
natu regulæ iuris, non præſtat impe-
dimentum. &c.

Alia ſolutio

Vel ſecundò & apertius & ſoli-
dius reſpondere poſſumus, quòd te-
ſtamentum in quo fit inſtitutio de
bonis liberis & de bonis maioratus
antiqui de eodem, vel de pluribus
hæredibus, non poteſt dici pro parte
tantum valere: imò valet in vniuer-
ſum ſemota mentione bonorum ma
ioratus: nam quo ad illa non eſt alius
defectus in teſtamento, niſi materiæ,
qui non alterat, neque mutat ſubſtã-
tiam actus, vel diſpoſitionis: tãquàm,
ſi quis inſtitueret ſimul capacẽ & in-
capacem: nam detracta mentione in
capacis teſtamentum remaneret ab-
84 ſolutè validum. † Vel ſi teſtator inſti-
tuiſſet hæredem aliquem in bonis ꝓ-
prijs pariter & alienis: nam detracta
mentione rerum alienarum ſimili-
ter remaneret teſtamẽtum validum
abſolutè: & ſimpliciter. Quia iſti de-
fectus concernunt ſolam materiam,
85 † & vbi actus peccat ob defectum ma
teriæ ſolius, ſi non valet id quod agi-
tur, prout agitur, valet tamen prout
valere poteſt. l. ſi tam anguſti. quam
ita declarat ibi Pau. de Caſtro. ff. de
ſerui. ruſti. generali. & tradit Barto.
in l. prima. §. ſi quis ita interroget, in
diſtinctione, ff. de verbo. obligatio.
vbi poſt alios modernos tradit Lan-
ze. Galiau. colum. 5. Sed prædictæ
ll. vnum teſtamentum, & ſi is qui
s̃. in contrarium adductæ, & quæ per
eas tradunt Barto. Bald. & Docto-
res ibi, loquuntur reſpectu defectus
formæ in teſtamento interuenientis.
Similiter aliæ ll. vltra prædictas, quæ
ſuprà in hac tertia difficultate non
fuerunt citatæ: ſcilicet. l. eum qui. §.
pro parte, ff. de his quibus vt indig. &
l. nam abſurdum, ff. de bon. liber. & l.
furioſum. C. qui teſtamen. facere poſ-
86 ſunt. quæ effectu idem volunt, † vide-
licet vltimam voluntatem non eſſe
perceptibilem ſectionis, id eſt non eſ-
ſe diuiſilem, itidem loquuntur quo-
ad quiditatem, vel ſubſtantiam ſeu
formam ſubſtantialem diſpoſitionis
vltimæ voluntatis, quç pro parte non
poteſt valere. &c.

Taxatur M. de Lau.

Ex quibus deducitur primò, non
rectè reſpondiſſe M. de Laude. in lo-
co ſuperius citato, in quantum retu-
li, eum ad rogatum reſpondiſſe abſo-
lutè, teſtamentum Marchionis Man-
tuæ non valuiſſe, in quo diſpoſuerat
de Marchionatu in filium ipſius, &
ſic in eum ad quem etiam citra eiuſ-
dem diſpoſitionem erat in eo ſucceſ-
ſurus ex primi ſtabilientis diſpoſitio-
ne. Nam imò ex prædeductis patet
con



contrarium eſſe verum: ſcilicet teſta
mentum valuiſſe, & omnia in eo con
tenta ad vnguem eſſe ſeruanda, pro-
culdubio ſiquidem falſum eſt aſſeue-
rare, prout ille reſpondit, quòd ex eo
quòd dignitas Marchionalis vel alia
ſimilis erat omnino ad inſtitutum fi-
lium peruentura, Marchio eſſet inte-
ſtabilis, etiam quod eſt fortius ſi nulla
bona alia relinqueret præter ea quæ
eſſent de maioratu Marchionali, vel
alio maioratu ſuperiori vel inferiore,
de quibus teſtari potuiſſet, per ea quç
notant Ange. & Pau. de Caſt. quos ſu
prà retuli, in l. hæreditas, in princip.
ff. de peti. hæreditatis. & idem Pau. de
Caſtro quem etiam ſupra citaui, vnà
cum Rapha. Fulgo. & Cor. per illum
text. in l. irritum. C. ad l. falcid. quia
ſufficit (vt illi dicũt) ſubeſſe ius ipſum
incorporale, quod vocatur hçreditas,
iuncta hæredis potentia & habilita-
te acquirendi, quod quidem ius ſuc-
cedit in locum & vicem defuncti, vt
ſuprà fuit expoſitum: ſicque tale teſta
mentum valet, & ſuſtinetur præte-
xtu iuris hæreditarij vniuerſalis re-
præſentatiui perſonæ hæredis ad per-
ſonam teſtantis defuncti: licèt nõ poſ
ſit operari aliquem iuris effectum cir-
ca ſubſtantiam diſpoſitionis factæ de
ipſa maioria vel maioratu, cùm tranſ-
feratur in ipſum inſtitutum ex primæ
ua primi ſtabilientis diſpoſitione, vt
ſuprà pleniſſimè fuit deductum &
probatum.

Contra Iacobi.

Patet etiam ſecundò ex ſuprà tra-
ditis, non rectè dixiſſe Iacobinũ à San
cto Georgio in ſua inueſtitura in par-
te aliâs. §. Et cum pacto, el. 3. char. 20.
vbi allegans Ioan. Reynau. poſt prin-
cip. in illius compendioſa feudali lo-
co per eum ibi citato, decidit, quòd li-
cèt vaſſallus non poſſit teſtari in alios
de feudo, vt in prædicto cap. primo de
ſucceſſione feu. lib. feu. quod ſuprà in
primo fundamento adduxi: tamen il-
lud dicit idem Iacobi. eſſe limitandũ
poſt eundem Ioan. Reynau. niſi vaſ-
ſallus inſtituiſſet filium vel agnatum,
ad quem in omnem euentum ex pri-
mæua inueſtitura tale feudum eſſet
peruenturum: quia eo caſu ſecũdum
eos talis diſpoſitio teſtamentaria eſ-
ſet valida, argumento eius quod aliâs
ſolet dici, quòd licèt alienatio feudi
inter viuos ſit prohibita fieri abſque
domini voluntate. Tamen hoc fallit

Fallax iſtorũ argumentum.

ſecundum eos, quando fieret in eum
qui erat in omnem euentum & in o-
mnem caſum ſucceſſurus in tali feu-
do ex primæua præordinatione do-
mini: quia tunc talis alienatio eſſet va
lida, vt in cap. primo, in princip. de
alie. feud. pater. quod ipſi allegant.
Nam imò per ſupradicta dicendum
eſt, quòd prior illorum deciſio abſo-
lutè accepta non procedit: ſed eſt in-
telligenda, prout ſuprà fuit dictum,
quòd talis inſtitutio valet: vel quan-
tum ad ſimplicem facti nominatio-
nem inefficacẽ reſpectu feudi, quod
in effectu nihil eſt dicere: vel quan-
tum ad validitatem teſtamenti quo-
ad bona libera: nam (vt eſt dictum)
detracta mentione inſtitutionis in
feudo, vtpote pro non ſcriptæ, rema-
net tale teſtamentum ſimpliciter &
abſolutè validum. Et æquiparatio
quam illi faciunt de alienatione feu-
di inter viuos facta, ad alienationem
factam in vltima voluntate per inſti-
tutionem, non omnino procedit per
ea quæ ſuprà fuere tradita.

Tertiò ex prædictis rectà deduci-
tur, quòd quemadmodum (vt ſuprà
eſt concluſum) non valet inſtitutio
de ſucceſſore vocato poſt vltimum
poſſeſſorem illius ad maioratum, pa-
riter & à fortiori, conſequentia à con
trarijs deſumpta, neque valere poteſt
diſpoſitio priuatiua, quç fieret in prç-
iudi-

iudicium eiuſmodi ſucceſſoris in ma
ioratu per vltimum poſſeſſorem an-
teceſſorem ipſius: non enim poſſet ta
lis poſſeſſor idemq́ue pater, vel frater
eiuſdem ſucceſſoris ex primæua no-
minatione vocati, prætextu cuiuſuis
cauſæ ingratitudinis per talem ſucceſ
ſorem aduerſus eum commiſſæ eum
tali maioratu vel bonis ipſius priuare
per exhæredationem: quia cauſæ ex-
hæredationis, ob quas patri vel fratri
permittitur facultas exhæredandi fi-
lium vel fratrem hæreditate, ſua con-
cernunt ipſum patrem vel fratrem, &
bona eorum propria & libera. §. aliud
quoque capitulum, in authenti. vt
cum, de appe. cogno. collat. 8. Iſte au-
tem maioratus auitus vel proauitus
ab antiquo deſcendens proculdubio
non habetur à patre, prædeceſſore im
mediato, & offenſo, qui vult exhære-
dare iſtum filium ob illam offenſam:
ſed potius habetur ab inſtituente il-
lum facultate regia præcedente vel
abſque illa, ſi fuit vinculum certæ par
tis bonorum. Nam ſi fuit maioratus
vniuerſalis authoritate regia conſtru
ƈtus habetur ab ipſo inſtituente, nec
non à principe facultatem conceden
te. Si autem particularis, habetur ab
ipſo inſtituente: ſimulq́ue à l. reg. ſci-
licet Tau. id concedente. Ad quod
bene facit text. notab. in l. ſi arroga-
tor, ſuprà allegata. ff. de adop. in illis
verbis ſuprà etiam relatis. [quia hoc
non iudicio eius ad eum peruenit, ſed
principali prouidentia.] Quæ ratio
textualis concinnè quadrat ad rem
Concluſio.
iſtam. Et ita intrepidè teneo, & ſem-
per tenui, & ita etiã fuit aliâs pronũ-
tiatũ in ſupremo ſenatu regio cõtra
D. Duciſſam de Najara, filiam Comi-
tis de Valencia, quam pater exhære-
dauerat authoritate. l. Tau. eo quòd
contraxerat matrimonium clande-
ſtinum cum Duce de Najara: & talis
exhæredatio fuit comprobata ex ſen-
tentia iudicum præfati conſiſtorij re-
gij, in omnibus bonis, tam liberis, &
diuiſibilibus, quàm vinculatis quæ
reliquerat propria idẽ Comes de Va-
lencia pater ipſius qui eam exhære-
dauerat. Ad bona autem maioratus
antiqui Comitatus de Valencia præ-
dicta exhæredatio non fuit extenſa,
imò verò manſit illius domina, vtpo-
te ad eum vocata ex primæua primi
inſtituentis diſpoſitione, & non à Co
mite ipſius patre, eodemq́ue poſſeſſo
re vltimo eiuſdem maioratus, ſeu Co-
mitatus de Valencia, qui eam pro-
pter prædictam ingratitudinem per
ipſam commiſſam aduerſus illum, ex-
hæredauerat ſimpliciter ab omnibus
bonis ſuis. Quanquam Guilier. de Be-
nedictis in repeti. capi. Raynuncius
fol. 223. colum. 3. verſicu. vnum tamẽ
circa præmiſſa de teſtamẽ. dubitet de
Taxatur Benedictus de maledictis.
hoc, & quidem impertinenter (vt ple
runque illi accidit) ſi enim rectè pen-
ſiculentur ea quæ ipſe ibi tradit colũ.
præceden. quæ ſunt motiua ipſius ad
excitandam prædictam dubitationẽ,
omnia cõcernunt, vel reſpiciunt ma-
iorias deſcendentes à maioribus ſu-
pra patrem conantem poſtea exhæ-
redare filium maioratu ducente ori-
ginẽ ab antiquo prædeceſſore, quod
facit ineuitabiliter contra eundem.
Quamobrem nullo modo in hoc ar-
ticulo potuit ipſe pertinenter dubita
re. Comprobatur prædicta aſſertio
Ratio adamantina.
negatiua, quam ſuprà tenui, & firma-
ui, ratione (niſi fallor) inuincibili, quæ
eſt præmiſſorum declaratio, videli-
cet. Nam quis poteſt exhæredari ſo-
lummodo ab eo, qui ex legali diſpoſi-
tione neceſſaria tenetur eundem in-
ſtituere, aliâs exhæredatio eſſet inep-
ta tanquam de extraneo facta. Text.
eſt notab. ſecundum Docto. illum ad.
id communiter ibi notantes in l. qui-
dam



dam cum filiũ, ad fi. ff. de ver. ob. Quã
do etenim bona, quibus quis exhære-
datur, ſunt aliena. i. nõ exhæredantis,
talis teſtator exhæredãs cẽſetur extra
neus quoad eiuſmodi actum exhære
dationis: licèt ſit pater, vt in caſu de
quo agimus & ſimi. eo quia non tene
tur neq; põt pater filiũ inſtituere, niſi
in bonis ſuis proprijs vt præallegata l.
ſcimus. §. repletionẽ, C. de inoffi. teſta.
in alienis autẽ non ſolũ non tenetur,
imò neq; poteſt, vt in ſæpe allega. au-
thẽ. ingreſſi, & notat Bar. in l. ſuus quo
que, ad finem princi. cuius etiam. š. cũ
alijs memini, ff. de hære. inſti. & cõſe-
quenter neq; poteſt exhæredare. Et
iſta eſt intentio aperta Pau. de Caſt.
Alexan. Areti. & Iaſ. in dicta l. quidam
cum filium, ad finẽ textualium, quo-
ad exhæredationem inquam quæ fie
ret de rebus alienis, de qua nunc agi-
mus, quę proculdubio eſſet inepta, &
admodum ridicula. Iſtæ etenim res
maioratus auiti vel antiqui effectu &
reipſa ſunt alienæ habito reſpectu ad
efficaciam diſpoſitionis, tam affirma-
tiuæ, quàm negatiuæ, ſeu priuatiuæ,
poſt mortem eiuſdem diſponentis vl
timi poſſeſſoris: cũ (vt eſt ſæpe dictũ)
dominium talium rerum cum ipſius
vita finiatur, ſeu reſoluatur, & trãſeat
protinus & ipſo iure in eius filium, vel
alium ex primæua inſtitutione poſt
eundem poſſeſſorem ad illum inuita-
tum vel vocatum: & ſic vbi non cadit
habitus, id eſt neceſſitas inſtituendi:
neq; priuatio ſiue exhæredatio, id eſt
facultas exhæredandi poteſt cadere,
ſecũdum regulas naturales, & eſt tex.
ſępe allegabilis in l. decem, ff. de verb.
obliga. & tex. magis accedens ad rem
qua de agimus in l. nam etſi ſub con-
ditione, in prin. verſ. [Poſt defectum]
ibi, [rumpendo.] &c. ff. de iniuſto
Malè audit Guil. de Benedictis, de defectu ſpeculationis & ſubtilitatis.
rup. &c. Ad quam conſiderationem
fundamentalem non aduertit prædi
ctus Guil. à Benedi. nec mirum, cùm
non ſit illi mos aduertendi ad ſubtilia
& ſpeculatiua ac fundamentalia, ſola
ſimplici & ieiuna & inſuper inordi-
nata aliorum ſcriptorum recitatione
contentus. Aduerſus quem & alios
eodem tramite incedentes benefa-
cit in ſimili, quod verè & doctè (vt
pleraque alia) tradit Pau. de Caſtro
in l. Clodius, ff. de acquiren. hæredita
Boet. Seue.
te. & quod eleganter inquit Boëtius
Seue. in opere de diſciplina ſcholaſti-
ca, cap. 5. [Quippe miſerrimi ingenij
eſt ſemper inuentis & non inuenien-
dis vti] præſertim cùm aliâs dicatur,
inueniendis inuenta non obſtant,
prout inquit Bald. in rubri. proœ. de-
creta. Nec me mouet, quod idem Be-
nedictus vbi ſuprà dicit ita fuiſſe in
parlamento Toloſæ. pronuntiatum,
id eſt pro parte affirmatiua, quòd poſ-
Contra eundem Benedi. & Tiraquel.
ſit exhæredari, quem Tiraquell. ſequi
tur in primige. char. 228. nume. 10.
nullo addito. Nam iſti loquuntur
abſq; fundamento, & contra ea quæ
ſunt in ſuperioribus tradita: quibus
non poteſt reſponderi. Nec enim ve-
riſimile eſt, Parlamentum tam inſig-
ne ita pronuntiaſſe in noſtris termi-
nis in quibus tractatur de non exhæ-
redando vocato ad maioratum aui-
tum vel proauitum, niſi quippiam
circa eiuſmodi exhæredationem ca-
ueretur in antiqua inueſtitura. Et vl-
tra ſupra adducta, eandem conclu-
ſionem negatiuam, quam ſuprà fir-
maui, tenent Hoſtien. Ioan. And. &
communiter ſcribentes poſt illos,
qui videntur propriè hoc caſu loqui.
in capitu. licet, de voto. & in feudo
quod terminis noſtris admodum aſ-
ſimilatur tenet Bald. in cap. impe-
rialem, in princip. colum. 5. verſicu.
quæro vtrum pater, de prohi. feud.
alic. per Fed. libro feud. Et illud idem
quod ſuprà tenui reperio modò tene

re effectu ac re ipſa Pau. de Caſt. per
rationem quam ſuprà adduxi, & per
dictam l.ſi arrogator, conſi. 179. inci-
Atten. piente, in cauſa quam magnificus,co
lum.3.verſicu. Et quia filij non cen-
ſentur.&c.1. volumi. quem profectò
prius non videram. Quam opi.vide-
tur etiam gloſ. præſupponere in cap.
ſi hæredes,de teſta.vbi Docto. Anto.
Panor.Cardina. & Ioan. de Imo. vo-
In c.licet,de vo. eſt caſus ſpecialis. lunt per eam,quòd in dicto cap.licet,
eſt caſus ſpecialis & ſingu.in filio non
implente voluntatem defuncti,ideſt
paternā circa relicta ad piā cauſam,
vt eo prætextu priuetur regno, ſeu
regni ſucceſsione: quem intellectum
dicit eſſe communem in eo.cap.ſi hę
redes,And.Si.Barba.colum.9.& con-
ſequenter in contrarium eſt ius com
mune,iuribus vulga.ſicq; facit pro no
ſtra aſſertione. Ad eandem etiam fa-
cit quod tenet Barto.in ratione cuiuſ
dam deciſionis per eum ibi poſitæ in
l.fratres,ad finem. C. de inoffi. teſta-
87 men. vbi inquit. † quòd facilius tol-
litur per ingratitudinem id quod pro
uenit iure ſucceſsionis hæreditario,
q̃ id quod cōpetit iure ſanguinis. Ad
primum allegat l.eum patronum. in
princip.ff. de iure patro. Ad ſecundū
legem iura ſanguinis,ff. de regu.iuris,
& l.ius agnationis,ff.de pactis. Sed in
ſpecie eſt melior text. in id ſæpe alle-
gabilis,in l.tertia ad finem,ff.de inter
dict.& relega.& per conſequens diffi
cilius tollitur,quod competit iure ſan
guinis,quàm quod hæreditario. Sed
in propoſito iſte filius per patrem in-
ſtitutus idemque vocatus ad maiora-
tum ab auo, venit ex vocatione auita
ad illum iure ſanguinis: ergo diffici-
lius,imò nullatenus ab eo poteſt erra
dicari, quod poſſet faciliter fieri per
exhæredationem, ſi idem pater qui
eundem filium in tali maioratu inſti-
tuit, eum primus ſtabiliſſet, & ſic fi-
lius immediatè admitteretur ad illū
iure hæreditario.

Atten. Et ob euitandum inconueniens,
ne hoc prætextu vel occaſione filius
ſucceſſurus in maioratu auito, inſo-
lenter patrem tractaret, qui fortè non
habebat bona propria libera vel pau-
ca,conſului pręcedētibus diebus cui-
dam volenti ſtabilire de omnibus bo
nis proprijs maioratum de nouo, fa-
cultate principali præuia, vt expreſ-
ſim in ipſius inſtitutione caueret, q;
propter ingratitudinem,per aliquem
ex deſcendentibus remotis puta ne-
pote vel pronepote ipſius ſtabilien-
tis maioratum,cōtra aliquem ex præ-
deceſſoribus intermedijs cōmiſſam
per talem futurum ſucceſſorem, poſ-
ſet liberè exhæredari eiuſmodi bonis
vinculatis per talem offenſum præde
ceſſorem immediatum poſſeſſorem
maioratus. Ita ęnim deſcēdētes fiunt
obſequiores aſcendentibus, & exhi-
bent eis debitam reuerentiam,prout
iura,&boni mores poſtulant.Si enim
hoc nō caueatur (vt communiter ex
inaduertentia non cauetur) quum ta
les ſucceſſores maioratus antiqui vi-
deant patres eorū prædeceſſores im-
mediatos poſſeſſores maioratus non
habere bona libera, vel pauca, & q; in
omnem euentum ſuccedere debent
in bonis maioratus, & non poſſe ab
eis exhæredari, facilè eos contēnunt,
paruipendunt, & moleſtijs afficiunt,
vt experimento quotidiano edoce-
mur: non ſolùm in maioratibus ma-
ioribus, mediocribus, & minoribus,
ſed etiam in ſupremis, prout contigit
in Infante Sanctio filio primogenito
Regis Illefonſi, cognomento Sa-
pientis, qui ob cauſas rebellionis &
inobedientiæ fuit per patrem exhæ-
redatus. Sed nihil profuit illa ex-
hæredatio.Tum, quia poſt teſtamen-
tum ante obitum ſuum pater ei in-
dulſit



dulſit, & remiſit cauſas ingratitudi-
nis.Tum etiam,quia circunſcripta ta
li indulgentia, & remiſſione, talis ex-
hæredatio fuiſſet nulla, quoad regni
inquam ſucceſſionem quæ à progeni
toribus antiquis per mortem patris
ei deferebatur, & non ab ipſo Rege
Alphonſo ipſius genitore per ea quæ
De eadē re. ſuprà dicta fuerunt. Vnde patet And.
Tiraquel. in loco ſuprà citato, etiam
in hoc puncto perperam dubitaſſe,
an Rex Franciæ poſſit propter ingra-
titudinē per ipſius primogenitum ad
uerſus eum cōmiſſam priuare regno.
Nā certè quicquid ipſe dubitet cū prę,
dicto Guiliel. per ſuprà tradita intre-
pidè dicendum eſt quòd non. Vnde
in his articulis illi grauiter hallucinā-
tur, & toto (quod aiunt) cęlo errant,
tam in deciſione primi puncti, quàm
in dubitatione ſecundi puncti, dum
Tiraquel. loquitur de Rege Gallia-
rum.

Noua deciſio. Sed occurrit mihi dubium elegans,
an primus, vel ſecundus, vel vlterior
ſucceſſor in maioratu ex nominatis
per primum ſtabilientem illum, poſ-
ſit ſequentem ſucceſſorem immedia
tè vocatum poſt eundem exhæreda-
re,vel priuare ipſa maioria ob laceſſi-
tam ab eo famā vel honorem defun-
cti ſtabilientis vel qui maioratū crea-
uit,poſt mortem inquam illius. No-
uum ſanè dubium & ab ſcriptoribus
(quod ſciam) intactum,ne dicam deci
ſum: ideo fortę quia exorbitat à mate
ria exhæredationis & cauſarum ob
quas poteſt & debet exhæredatio fie-
ri,de quibus in §. cauſas, in authenti.
vt cum,de appe.cognoſ.colla.8.Nam
ille tex.loquitur de cauſa cōmiſſa cō-
tra eūdem habentem facultatem ex-
hæredandi tanquam ingratum eum
qui illam cōmiſerit. Sed quòd ob in-
gratitudinis cauſam quam quis com-
miſerit contra aliquem poſt mortem
ipſius offenſi in laceſſendo famam il
lius,hæres eiuſdem, vel alius poſſit eū
exhæredare, nō reperitur iure cautū,
imò verò non poteſt eum exhæreda-
re,etiam ſi cauſa exhęredationis eſſet
contra viuentem commiſſa,ſi ipſe of-
fenſus in teſtamento non faceret ex-
hæredationem de ipſo offendēte eiuſ
dem cauſæ prætextu, etiam ſi hæres
probaret contra eum prædictam cau
ſam. vt. §. aliud quoq; capitulū quod
præcedit prædictum. §. cauſas. ibi,
[& eas nominatim in ſuo teſtamēto
parentes non inſeruerint cauſas,&c.]
& in l.omnimodo,ad finem principij
C.de inoffi.teſta. Quibus textibus ſo-
let reprehendi gloſ. & quod per eam
ibi tenet Ange.de Peru.in §. ingrati-
tudinem,in authē. de nup. colla. 4.vt
tradit idem ſibimet contrarius in l. 1.
col.fina.ff.de inoffi.teſta.ad fin. per d.
l.omnimodo,in fi. princip.ſ. alle.quē
Iaſ.ſequitur per illum text. in l.in are-
nam. 1.notabi.C.eo. de inoffi. teſtam.
& per id quod tenent Barto. & Bald.
& alij in l.fratres,eodem tit. vbi etiam
Iaſ.poſt Ange.adducit dictam l.omni
modo. à fortiori ergo ſucceſſor ſiue
proximus,ſiue remotus,non poſſet ſe
quentem ſiue proximum, ſiue remo-
tum exhæredare, & ſic quæſtio.ſ. mo
ta in his terminis exhæredationis nō
indiget alia diſcuſſione, vel deciſio-
ne.Sed quæſtio reducitur ad hoc pū-
ctum, an cōmittēs eiuſmodi cauſam
ingratitudinis ob laceſſitam famam
eius qui illum maioratum ſtabiliuit,
poſt mortem inquā ipſius, vel patris,
vel extranei teſtatoris, qui eum inſti-
tuit hæredem, etiam in bonis liberis
(nam in omnibus teſtatoribus quorū
fama eſt laceſita per hæredes ab eis
inſtitutos poſt eorum obitū quæſtio
pōt verificari, & ad illos adaptari) an
tales hæredes inq̃ ſint iudicādi īdigni
ſpe ſucceſsiōis taliū bonorū maiorat⁹
ad quem

ad quem erant vocati poſt mortem
poſſeſſoris vltimi à primo ſtabiliente,
cuius fama fuerat per talẽ ſucceſſorẽ
laceſſita, vel ſit habẽdus pro indigno,
vel habendi pro indignis in alijs bo-
nis liberis habitis à defuncto eiuſ-
modi (vt eſt dictum) offenſo: vt ſal-
tem quoad maioratum, talis ingratus
priuetur in vita illius commodo, &
interim eo fiſcus fruatur, & quoad bo
na libera priuetur in totum, & appli-
centur fiſco, vt bona indigni, ſi ſint ab
eo agnita: vel ſi minimè fiſcus conſe-
quatur ius adeundi tali ingrato in ta-
libus bonis liberis competens. Et in
hoc dubio (quod etiam non reperio
tactum) quanquam de honeſtate vi-
deretur prima inſpectione dicẽdum,
talem ingratum iuſtè priuari poſſe:
tamen attento iuris puncto, non au-
deo id firmare. Primò, quia iſta ma-
teria eſt maximè odioſa, vtpote priua
88 tiua & pœnalis, † & pœna priuatio-
nis nunquam imponitur alicui, niſi
vbi & in caſibus expreſſis in iure. Tex.
notabi. in l. & ſi quis, §. vlti. verſicu. [di
uus.] ff. de religio. & ſumpti. fune. vbi
ad verbum dicitur, [Diuus autẽ Mar-
cus reſcripſit eum hæredẽ qui prohi-
bet funerari ab eo quem teſtator ele-
gerit, non rectè facere: pœnã tamen
in eum ſtatutam non eſſe.] quem tex.
in idem Bald. notat in l. nemo marty-
res, C. de ſacroſanct. eccle. & idẽ Bald.
conſi. 15. exordiente, ad euidentiam
præmitto, ante fin. lib. primo. Ad idẽ
text. ſæpe in idem allegabilis in au-
then. de non eligen. ſecundo nub. §.
cùm igitur. coll. prima, ibi dum dicit,
[Neque eſt lex tale quid dicens.] quẽ
textum ad id dicit Bald. eſſe nota. in
authenti. ex teſtamento, colum. pen.
C. de ſecundis nup. & Alexan. referẽs
Bald. in l. etiam, §. primo. ff. ſolut. ma-
trimo. Sicq; illi text. faciunt pro gloſ.
in cap. fina. de iure patro. vbi Panor.
eam commendat ad iſtam genera-
lem allegationem: nec non ad aliam
ſpecialem, quam eadem gloſ. ſonat.
eandemq́ue commendat Feli. in cap.
ex parte, col. prima, in princip. de re-
ſcriptis, vbi poſt And. Si. adducit etiã
alia in hoc propoſito. Ad idem glo. no Atten.
tab. in ſumma. 15. quæſtione. 8. quę ad
finem tradit regulam canonicam in
ſimili bene faciẽtem: videlicet, quòd
nullum crimẽ inducit depoſitionẽ,
niſi à canone excipiatur. Sed interim
non eſt omittendus text. qui videtur
prædictis aduerſari in cap. primo. §.
porrò. verſicu. [ſed quia natura] in tit.
quæ fuit cauſa benefi. amitten. in vſi.
feudo. ex quo notat ibi Bald. colũ. 2.
quòd in materia pœnali fit extenſio
ex ſimilitudine rationis. Ad idem vi-
detur bonus text. in l. famoſi. ibi, [ad
exemplum.] ff. ad l. Iul. maieſta. quem
commendat Lucas de Pe. in l. vna. 2.
colum. C. de peti. bono. ſubla. lib. 10.
& Iaſ. in l. cùm quidam, ff. de libe. &
poſthu. Ad idem l. his ſolis, in illis ver-
bis, [tacitè cautum putamus.] C. de re
uocan. dona. quem Bald. commẽdat
in rubri. C. de naut. feno. & in c. cum
ſpeciali, de app. Et licèt Iaſ. non citet
dictas ll. his ſolis, & famoſi: tamen du-
bitat in hec articu. in l. prima, fina. co-
lum. C. de tranſactio. Et ante eum
Alexan. de Imo. in l. ſi quis extraneus,
in princi. ff. de acquiren. hęre. inquit,
illud notabile quod elicitur ex dictis
iuribus non eſſe abſolutè verum: ſed
remittit ad Ioan. de Imo. in l. ſi verò,
§. de viro, ff. ſolut. matrimo. qui in col.
10. in princip. & in præcedẽte ad me-
dium (vbi apertius loquitur) vult, dũ
reſpondet ad dictum §. ſed quia na-
tura, quòd vbi agitur de mera pœ-
na imponenda, vt eſt in caſu quo de
agimus nunquam habet locum extẽ
ſio de vno caſu ad alium: etiã identita
te rationis, vel fortè ex maioritate: &
ſecun-



ſecundum hoc prędicti caſus ſunt ſpe
ciales: ſcilicet in dict. ll. famoſi, & his
ſolis, & ad §. ſed quia natura ponit ibi
Ioan. de Imo. tres reſponſiones, id eſt
tres declarationes ſpecialitatis, in qua
ille text. fundatur, & poſſunt eſſe ra-
tiones ad illius deciſionem. vide om-
nino Decium idem tenentem, in l. fa
ctum. §. in pœnalibus, in fi. de regu. iu-
Cõcludit vt ſuprà. ris. Teneo igitur quod ſuprà tenui in
quęſtione de qua loquimur. Ad quod
vltra præmiſſa facit etiam quod dicit
eleganter Bald. in pręnotato conſ. 15.
ante finem reputans (vt dixi) text. il-
89 lum ſingu. in dicto §. diuus. † q; nõ eſt
nouum quòd quædã inhoneſtè fiãt,
& vltionem non habeant: quia nõ o-
mne illicitum punitur, ſed illud de-
mum quod lex ſtatuit eſſe delictum.
vide alias multas remiſſiones in id cõ
geſtas per And. Tiraquel. in opere ll.
connubia. & iure marita. 8. l. connu-
bia. fol. 7. verſicu. ſed iſtis, cum pluri-
bus ſequen. in impreſſione parua. Prę 91
terea ad idem moueor ex nota. theo-
rica Bald. in l. hæreditas, colum. 2. C.
de his quibus vt indig. verſicu. modò
procedamus, ibi dum inquit, Primo
90 caſu. &c. vbi tenet † quòd quando in-
dignus eſt impediendus aliqua noua
acquiſitione, non impeditur niſi in ca
ſibus in iure expreſſis, vt in l. prima. C.
de ſecundis nup. & in l. 1. C. de natu.
libe. & l. ſi quis inceſti. C. de inceſtis
nup. Sic ad rem noſtram, ad impediẽ-
dum iſtum qui ſperat ſuccedere per
mortem poſſeſſoris in eodem maio-
ratu ne ſuccedat, ſed priuetur tanquã
indignus tali ſpe ſuccedendi, oportet
quòd reperiatur iure cautum fiſcum
eſſe admittendum, & antecedenter
illum eſſe priuandum: ſed cùm hoc
caſu iſtud non inueniatur: ergo ha-
beo intentum. Et per prædictam de-
ciſionem Bald. decidit in ſimili vnum
valde nota. Roma. conſ. 185. quod eſt
conducibile rei de qua agimus, in ver
ſicu. quoad quartum. Et reuera deci-
ſio illa Roma. eſt ſatis partinens ad rẽ
de qua tractatur in præſentiarum. Vi-
denda ſunt etiam quæ in idem tradit
Felin. in cap. à nobis ſecundo, de ſen-
ten. excommunicationis, vbi adducit
eundem Bald. in l. ſororem, ante fi-
nem. C. de his quibus vt indig. Præ- De eadẽ re.
terea ad idem quod ſuprà tenui addu
co l. non puto. ff. de iure fiſ. quam Ro-
ma. vbi ſuprà adducit: ſed quia nõ tra-
dit quæ infrà dicã, volui hîc illud fun-
damentum repetere. Ex prædicta er-
go lege probatur, quòd re dubia exi-
ſtente, iudex in dubio debet pronun-
tiare aduerſus fiſcum, maximè quan-
do fiſcus ageret de lucro captando,
vt eſt caſus noſter, vbi fiſcus ageret de
priuatione ſpei ſucceſſionis maiora-
tus, ſi talis ſucceſſor declararetur indi
gnus ob eiuſmodi offenſam illatam
famæ defuncti, qui fuit primus con-
ſtructor maioratus, ſecundum † vtrũ- Ad l. nõ puto.
que intellect. illius l. non puto, quem
refert ad illã Alex. in l. prima, poſt prin
cipium, ff. ſolut. matrimo. vbi Franciſ.
Curt. in addit. ad eundem adducit
alias remiſſiones, & ibidem Socin. 2.
colum. in princip. videtur idem te-
nere, licèt poſtea attentet alium in-
tellectum, ſuper quo tamen relin-
quit cogitandum. Sed vterq; intelle-
ctus poſitus aut relatus per Alexã. i. tã
generalis quàm ſpecialis, quadrat &
bene & aptè ad rem de qua agimus, &
intellectum vel declarationẽ ſpecialẽ
illius l. non puto, ſequitur in eadẽ l. 1.
Fran. de Ripa, nu. 4. ad fin. poſt Raph.
ibi, qui eum tenuit & Ange. Are. in §.
fina. inſtitu. quibus modis teſta. in fir.
& poſt Iaſo. in l. de die, ad finem prin-
cipij, ff. qui ſatiſda. cogan. qui intel-
lectus ſpecialis ſtat in hoc: quòd di-
ſpoſitio dictæ l. non puto, procedit in
dubijs quæſtionibus concernentibus
mate-

materiam pœnalem. l. factũ,§. in pœ-
nalibus,ff. de regu.iuris. & ſic proce-
dit ſolũmodo, qñ fiſcus agit ex cauſa
deſcẽdẽte ex delicto, & ſic lucratiua,
prout eſt in caſu noſtro. Ad cuius le-
gis intell.vide etiam Matth. de Affli.
in conſtitu.incip.ſi dubitatio, nu.18.
lib.3.conſti.vtriuſq; Sciciliæ,poſt glo.
Neapodani ibi, quẽ ipſe ſequitur. Et
licèt adducat alios intelle. tamen vi-
detur cum Alexan.tranſire in dicta l.
prima, quem ibi in trãſcurſu allegat:

Ad idem.

ſic ergo dicendum in propoſito. Illud
tamen interim non omiſerim, quòd
licèt iſte ſucceſſor mediatus vel remo
tus hoc modo offendẽs vel laceſſens
famã defuncti primi ſtabilientis ma-
ioratum in quo ſperat poſt mortẽ vl-
timi poſſeſſoris ſuccedere, ob talẽ in-
gratitudinem attenta ſtricti iuris ra-
tione, non poſſit tanquam indignus
priuari ſpe ſuccedendi in tali maiora-
tu: non tamen eſſet decens eandem
proteruam ingratitudinem impuni-
tam remanere, vt inquit Bald. in eo-
dem conſi. 15. quando malefactũ vel
illicitum cadit in nomen delicti. Nã
licèt non reperiatur pœna priuatiua
*illo* caſu à iure præfixa, nihilominus
debet puniri extra ordinem.i.arbitrio
iudicis. Et ita etiam tenet idem Bal.in
l.nemo, martyres.s.alle.C.de ſa.ſanct.
eccle. Sed ita eſt in propoſito, q; iſte
exceſſus laceſſendi, vel ſuggillandi fa
mam talis defuncti, id eſt primi maio
ratum ſtabilientis, habet in ſe delictũ,
quia tendit ad contumeliam & iniu-
riam illius defuncti, vt in l.prima.§.et
ſi fortè, ff. de iniu.cuius verba ſunt.
[Etſi fortè cadaueri defuncti fiat iniu
ria, cui hęredes bonorumuè poſſeſſo-
res exiſtimus, iniuriarũ noſtro nomi-
ne actionẽ habebimus: ſpectat enim
ad æſtimationẽ noſtram, ſi qua eis fit
iniuria.] ſequitur & ſtringit in pro-
prijs terminis. [Idemque eſt, etſi fama
eius cuius hæredes exiſtimus, laceſſa-
tur. Quum itaq; ibi ſit formalis text.

Atten.

(vt vocant) quòd iſte actus carpendi
vel laceſſendi famam defuncti trãſit
in nomen delicti, id eſt iniuriæ: ergo
poteſt per hæredem eundemq; poſ-
ſeſſorem vltimũ maioratus agi actio-
ne iniuriarum contra eiuſmodi offen
dentem, vt illi imponatur pœna ex-
traordinaria iudicis arbitrio. Et ex il-
lo text.notat ibi Bart. quòd poſt mor
tem poteſt quis offendi: & refert hoc
Bald.in l. ſororem, verſicu. & ex hoc
etiam not. C. de his quibus vt indig.
Quod tamen ipſimet Docto. intelli-
gunt, quòd offenſa fit defuncto, ſed
iniuria re ipſa fit hæredi: nam exinde
i.de defuncto ſubſultat in hæredẽ: &
conſequenter ad eius inſtantiã & pe-
titionẽ eſt punienda: nam ipſe hæres
dicitur paſſus iniuriã verè, ſed defun-
ctus fictè, vt inquit eleganter declarãs
hoc Bald.in l.Qui ſepulchra, C.de ſe-
pul.vio. vbi etiam Salice. idem vult, li
cèt ſubobſcurè: & ita cõcludo in hoc
articu. Et poſt multos dies quàm hæc

Atten.

ſcripſeram, offendi caſu And. Sicu.
conſi.20.incipien. ſcribitur præclarè,
in princip.lib.primo, pręſupponentẽ,
etſi abſq; fundamento, quòd hæres
qui lacerat famam defuncti, meretur
tanquam indignus priuari hæredita-
te in qua ſucceſsit. Sed termini in qui
bus loquitur, ſunt, quando talis actus
vituperationis famæ fieret in iudicio,
id eſt in actis iudicialibus, & (vt dixi)
nihil ad id allegat. Fortè habuit reſpe
ctum ad aliquod ſtatutum vel conſti
tutionem ciuitatis Venetiarum, vt
patet ex verbis ipſius ibidem: nam
ſtatutum illud reuera ſi ſubſit rationa
bile eſt, vt eiuſmodi demerito hære-
ditas ob eam cauſam inhoneſtam
auferatur à fiſco tanquam ab indig-
no: tamen quia (vt dixi) id non repe-
ritur iure cautum, ideo tali ſtatuto
ceſſan-



ceſſante iterum, atque iterum con-
cludo in hoc articulo, vt ſuprà eſt
conclusũm, & illud firmiter aſtruen-
dum eſt.

Iterato concludit vt ſuprà.

Redeundo nũc ad præmiſſa, à qui-
bus non impertinenter diuerti, vide-
licet ad id quod in ſuperioribus eſt cõ
cluſum, quòd poſſeſſor maioratus an
tiquitus inſtituti, ob iniuriam in ſeip-
ſum poſſeſſorem cõmiſſam à ſequen-
ti ſucceſſore immediatè poſt ipſum
vocato ad eundem maioratũ per pri-
mum ſtabilientem, non poteſt talem
ſucceſſorem iniuriantem talibus bo-
nis vinculatis exhæredare: conſiderã
dum eſt, quòd in terminis ſimilibus.i.
materia feudali reperitur fieri diſtin-
ctionem, quam ponit Fran. Curt. Iu-
nior in tracta. feudali. quæſtio.4. vbi
quærit nunquid filius à patre exhære
datus ſuccedat in feudo auito: refert
Iaco.de Ardizo.in ſumma de ſucceſſ.
feu.decidere, quòd non: quia per pa-
trem conſequitur bona auita, niſi pa-
ter prædeceſſerit auo: tunc enim talis
filius exhęredat⁹ ſuccederet ſuo auo,
id eſt patri ſui patris qui eum exhære-
dauit, licèt non ipſi patri exhæredan-
ti: & ibi etiam refert Iaco. de Aluaro.
idem tenentem alibi. Sed reuera quã
uis in præfata materia feudali ob ipſi⁹
peregrina & exorbitantia principia,
hæc diſtinctio poſſit procedere: tamẽ
quoad hodiernorum maioratuũ ma-
teriam qui hiſce temporibus ſunt in
frequenti vſu in iſto regno, talis diſtin
ctio cum ipſius ratione minimè pro-
cedit: nam talis materia quoad effe-
ctum ſuccedendi primo ſtabilienti,
etiam ſi ſint multi ſucceſſores inter-
medij, vt ſuprà ſæpiſſimè eſt traditũ,
incedit per tramites iuris communis
tractantes de fideicommiſſis vniuer-
ſalibus, vt ſunt tituli, C. & ff. ad Tre-
bellia. vel particularibus, vt per to-
tam l. vnum ex familia, vſque ad §. ro-
go, excluſiuè, & legem peto, §. fratre.
ĩ.de legat.ſecũdo, & alias ll. in eodem
titu. & in titu.de legat.tertio, & eſt te-
xtus per quem fundatur ſemper ſuc-
ceſſio remota de vltimo ſucceſſore
vniuerſali vocato per primum ſtabi-
lientem ad ipſummet ſtabilientem,
in l.cohæredi.§. cùm filiæ, in verſicu.
[patris hæreditatem.] ff. de vulga. &
pupi. qui text. licèt ſemper ad id alle-
getur tanquam capitalis: tamen in
idem eſt etiam bonus text. in loco pe
regrino & ſatis remoto ab iſta mate-
ria, in l.credendum, §. ſi verò, ff. qui
pe. tur. Et in fideicommiſsis particu-
laribus eſt text. optimus in dicta l. v-
num, §. ſi de falcidia, & in §. ſed etſi fun
dum, & vtrobique notant Doctores.
92 † Et ſic iſte tractatus maioratuum ho
diernorum non eſt regulandus regu-
lis materiarum feudalium. Nam vt ſu
prà eſt traditum, conſtitutiones feu-
dales & earum declarationes magi-
ſtræ Doctorum ſcribentium ibidem
quando deuiant, & exhorbitant à re-
gulis & rationibus traditis à iure cõ-
muni, non deſeruiunt ad deciſiones
aliarum cauſarum non feudalium, ſe-
cundum Alexan.in l.vltima, prope fi-
nem, C.de colla. vbi adducit in id Bar
to.in l. vt iuriſiurandi, §. ſi liberi, eo-
demque primo. ff. de operis liber. in
verſicu. ſed hoc conſuetudinarium,
& Bald. in authenti. ſi quas ruinas. 5.
colum.C.de ſacroſanct.eccle. licèt nõ
loquatur de hac re clarè & expeditè.
Et vltra Alexan. ad idem facit quod
tradit Iacobus de Alua. poſt And. de
Iſer. in cap. primo ad finem princip.
de feud. cog. lib. feud. dum inquit,
quòd ex conſuetudinibus feudalibus
non poteſt ſumi argumentum ad cau
ſas non feudales, quæ non ſunt co-
hærentes rei feudali, de qua agitur:
& ſic quodammodo non multum
facientes ad talem cauſam. Vnde
refert

referet Iaco.de Belicuiſo dicere, quòd
ſi in eadem cauſa (intelligo non feuda
li) producantur argumenta ex cõſue-
tudinibus feudalibus, nec non argu-
menta ex legibus iuris communis, ꝙ
iudex ex prædictis argumentis quæ
rei aptiora, & vero proximiora eſſe cõ
pererit animi ſui motum informabit.
Sed melius dixiſſent iſti, prout Barto.
Bald. & Alexan. ſuprà relati, quòd iu-
dex debet moueri iure cõmuni, vel ar
gumentis ex eo deſumptis, & in eodẽ
cap. primo, de feu. cog. eſt text. notab.
93 econtrario: videlicet, † quòd eſt regu
la in materia faudali, vt cauſæ feudo-
rum, quæ non reperiuntur deciſæ ex-
preſſim per conſuetudines faudales
in illo libro feudorum, debent decidi
per argumenta & ſimilia iuris ciuilis
cõmunis, ſecundum Bald. ibi: & ipſe-
met Iaco. Alua. ibidem ſequitur hoc,
cum alijs Doctoribus: quod etiam ſe-
quitur Iaſ. in prælud. feudo. num. 63.
Ad rem noſtram.
Quod autem (ad præmiſſa redeũdo)
ex iuribus feudalibus, ex conſequẽtia
neceſſaria, nõ valeat argumẽtũ ſumi
ad deciſionem cauſarum ipſorum ma
ioratuum, niſi ſubſiſtat in vtroq; ratio
nis idẽtitas, deduco apertè ex his quæ
tradit Bald. in l. cum antiquioribus,
C. de iure delibe. in quæſtione illa te-
nebroſa ac ſummè difficili iure cõmu
ni attẽto, ſuper prælatione in iure pri-
mogenituræ vel maioratus, inter ne-
potem eũdemq; primogeniti filium
mortui in vita patris eiuſdemque aui
quoad nepotem, & ſecundò genitũ.
De qua quæſtione præfatus ſum. s̃. in
rubri. 6. 7. 10. medijs pro parte nepotis
contra patruum adductis, argumen-
tatus inquam fuerat idem Bald. de iu-
ribus feudalibus ad materiam primo-
geniture: poſtea col. fina. in princip.
dum argumentatur pro parte cõtra-
ria. ſ. pro patruo tandẽ tandem reli-
quit rem omnino ambiguam, dicens
verba iſta. Quæſtio ſtat in hoc, vtrum
Atten. Verba Bal.
iſtud punctum determinetur per iu-
ra feudalia, nec ne. &c. Patet ergo ex
prædictis verbis Baldũ non habuiſſe
præfatam argumentationem ſimili-
tudinariam de feudo ad maioratum
pro ſolida & probabili & expedita, vt
ibi apparet ex ipſius aperta intentio-
ne, ex quo reſidet in deciſione prædi-
ctæ quæſt. omnino perplexus & am-
biguus ſubdens deinde hæc verba. Er
Eiuſdẽ Bal. verba.
go ad neceſſariam & probabilem in-
terpretationẽ principis recurrẽdum
eſt, vt in l. fina. C. de ll. & ideo ſoluat
Appollo. Hæc ille. Et redeundo vnde
ſum digreſſus, ſi quis fortè dixerit, ꝙ
in loco prænotato Franciſ. Curt. fun-
dat præfatam deciſionem Docto. feu
diſtarum iure communi per text. quẽ
dicit facere prædictam diſtinctionem
in l. Paulus, ff. de bo. libe. Reſpõdetur,
Contra Frã. Cur. Iun.
quòd ipſe fallitur, & perperã allegat
eum text. in id: tum, quia in eo mini-
mè fit diſtinctio illa quam refert: tum
etiam, quia imò lex illa videtur potius
probare intentum noſtrum. Nam ibi
dicitur, quòd ſi pater miles præterijt
filium (quòd eiuſdem eſt effectus, ac
ſi eũ exhæredaſſet, vt ibi text. inquit)
talis præteritio non nocet illi filio ad
ſucceſſionem ei deferendam, ex bo-
nis libertorum auitorum, neque pa-
ternorum. Et in vero (vt prædixi) text.
ille malè & impertinenter allegatur
per Curtium in præallegata quæ-
ſtione feudali, ad propoſitum de quo
in præſenti agitur: quia loquitur de
ſucceſsione deferenda in bonis al-
terius præter patrem exhęredantem,
item & præter auum, ideſt de ſucceſ-
ſione eorundemmet libertorum &
auitorum & paternorum, in quibus
vtriſque pariformiter decidit. l. illa,
quòd exhæredatio patris non nocet
94 filio ipſius. † Ratio quia tale ius patro-
natus eſt extra cauſam bonorum hę-
redita



reditariam reſpectu talium bonorum
tam patris quàm aui, iuxta l. 3. ff. de
interd. & relega. & quod gloſ. te-
net in l. Papi. §. ſi quid tamen, ff. de ac-
quiren. hæredi. vbi Bald. Pau. de Caſt.
Alexan. & Aret. eam in id notant. Sed
in noſtro propoſito tractatur de ex-
cludendo vel minimè ipſum filium
exhæredatum per patrem vltimũ poſ
ſeſſorem maioratus, ſucceſſione ipſiꝰ
maioratus deſcendentis ab auo, vel
proauo, vel ſuperioribus: & ſic effectu
& reipſa de ſucceſſione aſcendentis
quiſquis fuerit ex eis qui maioratum
95 primo inſtituit, ſeu ſtabiliuit. † Nam
etſi ius ipſum ſuccedẽdi in bonis ma-
ioratus vel primogenituræ, ſecũdum
magis communes Doctorum tradi-
tiones, in ſeipſo non ſit ius hæredita-
rium: tamen mixta conſideratione
bonorum hæreditariorum. i. liberorũ
ſapit naturam iuris hæreditarij, vel ſal
tem habet admixtam cauſam ſucceſ-
ſionis, quia habet quãdam concomi-
tantiam cum iure vniuerſali hæredi-
tario. i. cum ipſa hæreditate, vt tradit
Old. conſi. 94. 3. 4. col. quòd cõſilium
ad verbum refert imò recitat Alb. de
Roſa. in proœmio. ff. §. diſcipuli. colũ.
4. cum ſequenti. Qua ratione, vt. s̃. te-
tigi poſſunt talia bona vinculata peti
per peti. hæreditatis vnà cum ipſa hæ
reditate bonorum liberorum, licèt ea
dem actio aliâs nõ competat pro ſim-
plici feudo per gloſ. quam in ſuperio-
ribus citaui in l. item videndum, §. vl-
ti. ff. de peti. hære. & tenet Bal. in l. 1. q.
37. ff. de rerum di. ſequitur Maria. So-
ci. conſi. 19. exordiente, pro deciſio-
ne, col. 5. Sed iſta in hoc puncto ſunt
tradita ſuperfluenter & ex abundan-
Curtij & feudiſtarum diſtinctio nihil ad rẽ noſtram.
ti, vt dicitur. Nã reuera diſtinctio Cur
tij & feudiſtarum. s̃. relata lõgè diſtat
à caſu ſuprà deciſo circa prædictã ex-
hæredationẽ factam per vltimũ poſ-
ſeſſorem maioratus de ſequẽti in gra-
du, ob iniuriam in eum cõmiſſam, in
quo puncto tenendum eſt quod. s̃. te
nui, & cõcluſi. Ex qua cõcluſione ſub-
Singu. nota.
deducitur quartò, ꝙ ſi poſſeſſor maio
riæ, habentis vel non habentis digni-
tatem cohærentẽ, in teſtamento in-
ſtitueret filium in bonis ſuis liberis, &
eundem filium pręteriret, qui erat vo
catus ab antiquo ad eundem maiora
tum, præteriret inquam eum, non fa-
ciendo de ipſo mentionẽ quoad bo-
96 na alia maioratus, vel vinculata, † non
poſſet idem filius ſub eo prętextu tan
quam præteritus in tali maioratu age
re de nullitate talis teſtamenti. Hac
iuridica & manifeſta ratione: quia nõ
poteſt appellari præteritio illa quæ ſit
de bonis quæ non ſunt ipſiuſmet te-
ſtantis abſolutè propria. Is nanque fi-
lius dicitur præteritus, qui in bonis pa
tris non eſt inſtitutus, neq; ab eiſdem
prout oportuerat. i. cũ cauſa legitima
exhæredatus. §. eadem inſti. de hære.
quę ab inteſt. defe. quẽ ad id dicit eſſe
potiorẽ alio q̃ ſit in iure Iaſ. in authẽt.
ex cauſa, col. 13. C. de libe. præte. Ad
idẽ l. poſthumo nato, in primis verbis,
C. de bo. poſſe. contra tab. itẽ & l. poſt
humo. C. de coll. Cùm itaq; (vt in præ
cedentibus dixi) præteritio & exhęre
datio quoad eiuſmodi bona ſint ſu-
peruacaneæ, non poteſt talis præteri-
tio dici iniurioſa, vt ex ea producatur
ius dicendi nullum, vel exhęredatio
inofficioſa, vt ex ea, vel ob eam inſur-
gat querela inofficioſi contra tale te
ſtamentum continens præteritionẽ
vel exhæredationem à prædictis bo-
nis maioratus. Aget igitur talis filius
ad prædictą bona vinculata, remedio
ſibi cõpetente ex primæua ipſius ma-
ioratus inſtitutione: imò in eum ipſo
iure transfertur dominium & poſſeſ-
ſio rerum maioratus, per l. Tau. vel te
nuta ſimplex cũ domino per pragma.
nouiſſimã. Quod quidem dominium

P etiam

etiam de iure communi per ſolã agnitionem transferebatur. l. cum hæredes, in princi. cum alijs. ff. de acquirẽ. poſ. & ĩ l. hęres in oẽ ius. ff. de acq. hę.

Redit ad reſoluendũ intelle. text. & tandẽ tandẽ reſidet cum intelle. magis cõmuni.

Et priuſquã vlterius ad alia procedã expẽdenda, & diſcutienda peruenia, operępretiũ exiſtimo reſoluere ꝑ modum cuiuſdam epitomes iſtius textus intellect. Concludendum itaq; eſt, quòd etſi omnia quæ ſuprà tradita fuere, in impugnatione cõmunis intellect. ſecundi articuli textualis in via diſputatiua ſint tollerabilia, nec non licèt ea quę ſuprà etiam fuerunt diſcuſſa & adducta in comprobatione minus cõis intelle. eiuſdem ſecundi articuli ſint etiam iure probabilia, item licèt nouus intellectus per me aſſignatus ſit admodum ſuſtentabilis: tamen in vltimata reſolutione non videtur recedendum à magis communi intellect. quem glo. 3. hîc ponit in prima lectu. videlicet, quòd ille qui primo fuerat effectus hæres neceſſarius ex ſecundo teſtamẽto, cauſa poſtmodum ſuperueniente de nouo ex primo poteſt effici hæres volũtarius, non vt (etiam ſi repudiet) deſinat eſſe hæres ipſo iure quoad nudum & ſimplex nomen hæredis: quanquam hæres eſſe deſinat quoad cõmoda & incommoda hæreditaria, ſi ex primo inquam teſtamento hæreditatem ſibi delatam ſecundariò repudiet, quod poteſt nunc facere, etſi ante nequiſſet, vtpote hæres neceſſarius effectus ex tali ſecundo teſtamento interim. i. pendente conditione libertati in primo teſtamento appoſita. Et ſecundũ iſtum intellectum quem prędixi eſſe magis cõmunem, illa vox [Ius] in litera iſti⁹ tex. poſita, capitur pro qualitate ſuccedẽdi vel ſucceſsionis. Et hũc intellectũ probat ſingulariter & melius q̃ alius text. in iure in l. ſi ſeruũ, §. ſi quis hac lege, in fi. j. de acqui. hære. cuius gl. iſta non fuit oblita, quæ eum in princip. citauit. in quo text. author iſtiuſmet legis decidendo caſum in quo ſeruus qui ad diem certum ex pacto erat manumittẽdus ab emptore, dicit, quòd ſi per eundem emptorem ſeruus fuerit pendente die, hæres cũ libertate inſtitutus, poſteaq; dies aduenerit, efficietur hæres voluntarius, & ſic poterit abſtinere. Subdit deinde ille text. citando iſtũmmet text. in hoc eodem. §. qui fideicõmiſſariam, in hæc verba. [ſecundum exemplum ei⁹ cui fideicõmiſſaria libertas ſub cõditione debebatur.] qui eſt caſus formalis huius text. & ibidem gl. dicit ꝙ ille text. loquitur de iſto, dum iſtũ allegat in exemplum illius. Et reuera, prout ibi ſignanter expendit Aret. ille text. ſtringit admodum in propoſito iſtius magis communis intelle. de quo agimus, quatenus in caſu ibi primum deciſo, qui ad exemplum iſtius deciditur, vtitur verbo illo [abſtinere] quod eſt ſuorum. §. vltimo inſti. de hære. quali. & diffe. in quibus hæredibus ſuis poſt abſtenſionem adhuc remanet nomen hæredis nudum. l. neceſſarijs, ff. eo. titu. l. ſi filius qui patri, ff. de vulga. & pup. §. ſed his permittit prætor, inſti. de hære. quali. & diffe. cũ alijs. Quam parificationem de ſeruo effecto voluntario hęrede in caſu huius text. & repudiante ad filium abſtinentem fecit glo. hîc. Sic ad rem noſtram permiſsio repudiandi facta ſeruo poſt exiſtentiam conditionis libertati appoſitæ in primo teſtamento intelligi debet prout in filio, vt eſt magis cõis intellectus (vt dixi) ad iſtũ tex. ſecundũ gl. 3. hîc in prima lect. Et ita in hoc propoſito notat illũ tex. Io. de Imo. ꝙ licèt is qui ſemel eſt hæres effectus, non poſsit deſinere eſſe hæres. l. ei qui ſoluendo, cum ſimi. j. iſto titu. Attamen tractu temporis poteſt mu-

tari



tari qualitas ipſius hęredis & de neceſſario effici volũtarius, vt hîc & in d. l. ſi ſeruum, §. ſi quis hac l. quam hîc citat glo. & notat ibidem Ioan. de Imo. & ſic eſt ibi text. ineuitabilis, pro prædicto intelle. magis communi ad iſtum text. pro quo (vt dixi) eum allegat gl. hîc. Quanquam (vt etiam prædixi) ea quæ ſuperius tradidi in diſcuſſione, & fulcimento aliorum intellectuũ, ſint in puncto diſputationis probabilia, & poſſint iure ſuſtineri, prout in ſuperioribus gratia ingenij exercendi tradidi in hac re admodum arida & ſpeculatiua, & à Doctoribus recentioribus omnino præterita & deſerta. Indies quippe, prohdolor quod non ſine animi anxietate dixero, videmus legum cõmunium ſublimes ſpeculationes ſenſim frigeſcere & fieri intractabiles, ac propemodum periclitari ne dicam interire. cauſas alibi depromam.

Inuehitur & meritò ĩ negligẽtes circa legũ ſpeculationes.

Redit ad reſpondẽdum obiectionibus ſuprà ſignatis cõtra iſtum magis cõem intell.

Neq; refragantur ſuprà tradita in contrarium. i. contra iſtum magis cõmunem intelle. Et quidem primò nõ obſtat, ꝙ lex reijcit fruſtanea, & inefficacia, & ꝙ in caſu iſto non reperitur, ꝙ in hoc liberto hærede volũtario facto per exiſtentiam cõditionis in primo teſtamento libertati adiectæ, ſi repudiet, remaneat nudũ nomen hęredis. Nam ad hoc reſpondetur, ꝙ imò id probatur ex d. l. ſi ſeruum, §. ſi quis hac l. de acquiren. hære. dum meminit ſemel de abſtenſione, & poſtmodum Iureconſultus ibi reducit illum caſum ad iſtius text. exemplum: & ſic dilucidè præſupponit, ꝙ ea quæ ibi dicuntur illo caſu trahantur ad iſtum,

97 & econtra. Quia † quod dicitur in l. referente, vel alia diſpoſitione, cenſetur repeti in lege vel diſpoſitione ad quam fit relatio. l. aſſe toto. j. iſto tit. de hære. inſti. l. fi. vbi Docto. notant præſertim Bald. C. de falſa cauſa adic. leg. l. ait prætor, §. ſi iudex, ff. de re iudi. vbi Alexan. Iaſ. Vincen. & Io. Fran. à Ripa de hac re diſerunt. Sic enim econtra

98 ſolemus dicere in ſimili, † ꝙ id quod dicitur in l. interpretata, cenſetur repetitum in l. interpretante. l. nihil, vbi Barto. ff. de coniun. cum eman. libe. eius. Quod etiam præſupponit gl. hîc apertè, dum facit æquiparationem de ſeruo effecto voluntario hærede ad filium abſtinentem permiſſu prętoris; qui eum de neceſſario effecit volũtarium ex ęquitate ſua. Nec dubito (quãquam Doct. ibi non tãgant) quin hoc caſu detur in iſto liberto nomen hæredis nudum cũ omnibus effectibus ipſius nuditatis facti ſaltem, vt in exẽplis per Bar. poſitis in d. l. cum filiofa. j. de lega. primo, loco per me in ſuperioribus citato. Quod patet ratione inuincibili, & vrgente. Nam ſi nudũ nomen hæredis cum prædictis effectib⁹ manet in ſeruo hærede inſtituto, apud quem etiam per momentum hæreditas non reſidet, vt in l. placet, in illis verbis, [vt nec momento.] j. de acquiren. hærę. ergo à fortiori idem eſt dicendum in liberto, & ſic in homine libero qui ſemel fuit hæres neceſſari⁹ effectus, & durauit hęres per interuallum temporis. Vnde proculdubio putarem (etſi tactum minimè offenderim) quòd etiam hoc caſu talis exiſtentia ſimplex hæredis vel nudũ nomen hæredis directum haberet etiã effectus iuridicos, ſeu iuris nõ ſolum eos qui ſunt facti, vel in facto conſiſtunt: & ſic ceſſat prima difficultas, cõtra magis communem intelle. ſuperius mota.

Ponderatur gloſ. hîc.

Nouum vltra Doct.

Non obſtat ſecũda difficultas, quia reſpondetur (vt ſuprà proximè tetigi) quòd nomen [ius] in hoc text. poſitũ ſecundum iſtum communem intel. capitur pro qualitate ſuccedẽdi: oporteté; ſic intelligi, quia mutatio fit de neceſſa-

Ius ꝑ qualitate.

neceſſario in voluntarium, hoc eſt de
qualitate neceſſitatis in qualitatẽ vo-
99 luntatis.† Ergo ſecundum ſubiectam
materiam propter euitandã repugnã
tiam intollerabilem ac mutuã de hac
litera in ſeipſa, nec non implicationẽ
inextricabilẽ, non incõuenit hoc mo
do literam exponere. vt in l. eas cau-
ſas, cum gloſ. j. de condi. & demon.

Et circa iſtam literam non omitto
quod per eam Bar. dicit in l. Cẽturio.
1. oppo. j. tit. 1. videlicet, ꝙ licèt ſubſti-
tutio directa à principio potens vale-
re vt directa, non mutetur, neq; verta
tur in ſubſtitutionem fideicommiſſa
riam. l. verbis ciuilibus, in fi. j. tit. 1. cũ
alijs: tamen bene vertitur, & mutatur
in aliam directã, vt eſt caſus in d. l. Cẽ-
turio. Adducit Barto. ibi ſimile de te-
xtu iſto vbi ſecundum eũ de volunta
rio hærede fit neceſſarius. Sed debuit
Taxat Bart. eum allegare per cõtrarium. Nã imò
in caſu iſtius text. de hærede neceſſa-
rio fit voluntarius: ac ſi velit dicere
100 Bar.† ꝙ vna ſubſtitutio directa in caſu
per eum poſito ibidem mutatur in a-
liam ſubſtitutionem eiuſdem qualita
tis. ſ. directam, prout in caſu iſtius tex.
mutatur qualitas inſtitutionis neceſ-
ſaria in qualitatem inſtitutionis volũ
tariam: quia hæres, qui fuerat effectus
neceſſarius ex ſecundo teſtamento,
demum ex eodem ſecundo teſtamẽ-
to, adueniente libertatis conditione
in primo teſtamẽto adiecta, efficitur
voluntarius, & ſic inſtitutio directa
qualificata neceſſitate, vertitur in aliã
directã alterius qualitatis & ſic volun
Dubium opportunũ. tariã. Sed iuxta hoc conſidero adhuc
ſubeſſe dubium, quare hîc vna quali-
tas. ſ. neceſſitatis adiecta inſtitutioni
in ſecũdo teſtamẽto factę directo ver
tatur in aliam cõtrariam qualitatem
ſ. voluntatis. i. efficiat inſtitutionẽ di-
rectam in primo teſtamento factã vo
luntariam. Et tamẽ Bar. vbi ſuprà vult
oppoſitum, dum dicit, vt modò retu-
li, ꝙ ſubſtitutio directa nõ tranſit, vel
non mutatur in ſubſtitutionem fidei
cõmiſſariam, vtpote ſibi oppoſitã. Sed Reſpon.
poteſt vltra ſcribentes etiam moder-
niores relegentes ibi (qui de hoc nul-
lum verbũ penitus faciunt, prout ne-
que hîc) dici, ꝙ in hoc text. contingit
mutationem fieri de neceſſitate in vo
luntatem, & ſic in oppoſitam qualita-
tem, ex cauſa quę de pręterito ſubeſt,
vel ſuberat ante ſecundum teſtamen
tum: ex primo inquam teſtamẽto, vt
hîc Bal. dicit in iſtius text. intellectu,
& latius ſuprà in principio retuli, vbi
dixi eſſe de mente omnium hîc per d.
l. fundo mihi legato j. ad l. fal. quam ſu
prà induxi, & recitaui. Vltra quam l.
idem etiam probatur optimo ſimili
ſumpto ex l. 2. §. ſub conditione. j. de
bono. poſſe. ſecundum tab. iuncta de-
claratione notabili glo. ibidem quam
Bart. approbat: vbi glo. inter alia dicit,
ꝙ adueniente conditione ex teſtamẽ
to, ex quo fuit agnita per ſcriptũ hęre
dem bonorum poſſeſſio facti, talis bo
norum poſſeſsio abſq; alia agnitione
transfunditur in bonorum poſſeſsio-
nem iuris. Quod (ſecundum gloſ. ibi) Mirabile.
eſt adeò mirabile, ac ſi de albo fieret
nigrũ: & ibi etiã ſubeſt cauſa de pręte
rito. ſ. ipſum teſtamẽtum, in quo fuit
poſita cõditio, qua pẽdente fuit agni-
ta bonorũ poſſeſsio facti, & ea exiſten
te fuit facta prædicta transfuſio in bo-
norũ poſſeſsionem iuris propter re-
trotractionẽ ad tempus teſtamenti. i.
mortis teſtatoris, vt in l. hæres quãdo-
cunq;, ff. de acqui. hære. cum alijs. Sed Redit ad Barto. in d. lege Centurio. 1. oppo.
in caſu in quo Bar. loquitur in d. l. Cẽ
turio, in dicta prima oppoſitione (vt
ad eum redeam.) ſ. de non tranſmuta-
tione directæ in fideicõmiſſariam, qñ
inquam ſubſtitutio ſemel valuit iure
directo, ideo non tranſit in fideicom-
miſſariam ei oppoſitã, quia nõ ſubeſt
talis



talis cauſa de præterito ante teſtamẽ-
tum. Nam ſi ſubeſſet, idem iuris eſſet
in illo caſu, quod in iſto, vbi cauſa no-
uè aut de nouo ſuperuenit, quæ de
præterito prius ſuberat. ſ. ſpe ac potẽ-
tia, & nunc adfertur ex ea noua vtili-
tas. Et hoc condimento concordatur
ratio ſeu intellectus cõis ad iſtũ text.
cũ intellectu, quẽ ad eũ ſuprà ſignaui
ex propria intentione ſimul & ad præ
dictã l. fundo mihi legato. Et ita repe-
rio id eſſe de intentione Bart. citantis
iſtũ tex. ad id quod eſt dictũ de trãsfu-
ſione vnius directę in aliam in l. ex fa-
cto, in prin. col. 3. ante fi. verſi. ſed opp.
eodem titulo.

Secunda reſpon. Vel ſecundò poteſt reſponderi, ꝙ
ſubſtitutio vel diſpoſitio directa & fi-
deicõmiſſaria non ſunt qualitates ac
cidentales, ſed diſpoſitiones principa
les inter ſe oppoſitæ. Nã directitas &
obliquitas (vt ita loquar cũ Zaſio ali-
bi) ſunt differentię ſubſtantiales, & cõ
ſtituunt diuerſas ſpecies diſpoſitionũ
ſeu ſubſtitutionum inter ſe, vt per gl.
& Docto. in rub. j. tit. 1. de vulga. Sed
p̄cedens euaſio vel ſolutio eſt tutior.

Reſpon. ad 3. difficultatem eãdem que vltimã. Non obſtat vltima difficultas ſuprà
mota cõtra cõem intellectum, quia fa
teor, ꝙ ſi tempore quo iſte hæres ne-
ceſſarius per exiſtentiam conditionis
effectus voluntarius repudiaſſet, & ex
tali repudiatione inferretur præiudi-
cium quoad ius alicui tertio iã quæſi-
tum, non valeret repudiatio, vt in d. l.
ꝙ ſi minor, §. Scęuola, in contrarieta-
te ſeu difficultate. s. mota adducto, &
per ea quæ notantur per gl. & Docto.
ordinariè legentes in l. fi. C. de repu-
dia. & abſti. hære. & in l. 3. j. de acqui.
hære. vbi aliàs in meis recollectis ple-
nè tradidi de hoc articulo: & per con-
ſequens iſte intellectus cõis hoc mo-
do eſt limitandus & ſeruãdus. Ex qui-
bus ſatis manent emunctę & enuclea
tæ iſtius. §. intelligentiæ.

Nunc autem proſequendo illatio Proſequitur illationes.
nes ſubinfertur & quintò ex prædicta
concluſione principali, quæ habet, ꝙ
poſſeſſor maioratus vniuerſalis inſti-
tuendo ſucceſſorẽ immediatè poſt eũ
ex primæua inſtitutione maiorat⁹ vo
catũ, nihil agit effectu & reipſa: ſicq;
inſtitutio talis reſpectu bonorũ illius
maioratus eſt fruſtranea, cùm iſte in-
ſtitutus non capiat poſt eius obitũ ta-
lia bona vinculata de manu ipſius, &
ex conſequenti nõ repræſentat illius
perſonã iure vniuerſali. Infertur ergo
ex hoc, ꝙ taliter inſtitutus nõ tenetur
ad ſolutionem debitorum & onerum
eiuſmodi teſtatoris, & ſic ſumus in il-
lo puncto arduo & valde quotidiano, Queſtio ardua & aſsidua.
an ſuccedẽs in maioratu teneatur ad
onera & debita contracta per eũdem
poſſeſſorem vltimum, cuius loco ſuc-
cedit, & eundẽ ſubingreditur, nec ne?

Et quidem pro hac parte negatiua Pro parte negatiua.
iſtius quintę illationis. ſ. ꝙ talis ſucceſ-
ſor vltimi poſſeſſoris maioratus nõ te
neatur ad ipſius prædeceſſoris imme-
diati onera vel debita, vltra ſuprà ad-
ducta ꝓ aſſertione ſpeciali poſita poſt
generalem concluſionem, quæ huic
rei cõferũt, adduci poteſt primò fun-
damentum hoc. Succeſſor in dignita
te maioratus vniuerſalis omniũ bo-
norum inſtituentis illũ accipit eũ ex
beneficio principis dantis vel confe-
rẽtis gratiã vel facultatẽ, vt ex omni-
bus ſuis bonis. i. facientis maioratum,
talis maioratus conſtituatur quem a-
liâs inſtituens creare non poſſet, ſi in-
quam haberet alium ſucceſſorem de
ſcendentem præter primogenitum.
vt ſuprà dictũ eſt per l. ſi arrogator. s.
adductam, & probatur vlterius in au-
thenti. vt. iud. ſine quo. ſuffra. §. 1.
colla. 1. & in l. 1. ff. ad l. Iul. de ambi. &
& melius in authen. item ſi quis. la. 1.
C. de natu. libe. ibi dum inquit litera,
[Et principis & legis dono fiant hære
P 3 des]

des]& ſic probatur ibi quòd legitima
tus dicitur capere beneficium legiti-
mationis à principe & à lege,non au-
tem à patre legitimationem impetrã
te.Sed eſt ponderandum, quòd vera

Correctio literæ in authen. item ſi quis, la. 1. C. de natu. lib.

litera quæ eſt in corpore authenti. &
quam recitat Bal. in l.ſeruis, C. de le-
ga.ſonat aliter,videlicet,[& principis
& patris dono fiant hæredes,]& ſic
probat illa litera, quòd habet princi-
paliter à principe licentiam conferẽ-
te,& ex conſequenti ſeu minus prin-
cipaliter à patre,id eſt ab ipſo impetrã
te,qui eſt in hac re,de qua agimus,pri
mus inſtituens ſeu ſtabiliẽs ipſum ma
ioratum. Quod eſt veriſsimum in pro
poſito noſtro, & declarat id quod eſt
prædictum in principio huius primi
fundamenti. Ad idem eſt bonus tex.
in §.optimum, in authen. de exhibẽ.
& introducen.reis colla. 5. vbi omnes
dignitates & omnes militiæ ſeculares
proueniunt & habentur à principali
ſeu principis beneficio. Ad idem tex.
in cap. vno, in prin. de feu. mar. in vſi-
bus feudo. vbi omnes dignitates quæ
appellantur regales, conceduntur ab
Imperatore,neq; transferuntur ad hę
redes conceſsionarij ſeu recipientis
conceſsionem,niſi de nouo fuerit ab
Imperatore inueſtitus.Sed ſic eſt ꝙ in
eis quæ proueniunt à principe, vel à
lege,non poteſt cadere grauamen, li
cèt per teſtatorem iniungatur, vt in
d.l.ſi arrogator,in verſi.pe.ff.de adop.
quam ſuprà non ſemel allegaui, & põ
deraui in illis verbis,[quia hoc non iu
dicio eius ad eum peruenit ſed princi
pali prouidentia.] iunctis præcedenti
bus:ergo pari ratione cadere non po-
teſt onus vel grauamen, quod occa-
ſione debitorum contractorum per
poſſeſſorem inſurgit in præiudicium
ſucceſſoris in maioratu, vt ſuprà etiã
tetigi, vbi allegaui alia, quæ hîc poſ-
ſent repeti. Vltra quæ in idem poteſt
adduci text. in ſuperioribus citatus in
l. 3. ad fin. ff. de interdi. & relega. in il-
lis verbis, [Non enim patrem, ſed ma

Emẽdatio literæ in l. 3. in fin. de interd. & relega.

iores eius eis dediſſe] ſecundum verã
literam pandectarum Floren. nuper-
rimè impreſſarum, vbi eſt litera, [pa-
trem] & non fratres, prout aliâs erat,
& malè. Sic in propoſito dicendum, ꝙ
cùm inſtitutus ab vltimo poſſeſſore
in maioratu habeat principaliter illũ
de manu principis, qui facultatem cõ
ceſsit ad ipſius creationem confectio
nem & ordinationem, item de manu
ipſius primi ſtabilientis, non videtur
teneri obligationibus paſsiuis hæredi
tarijs ad onera hæreditaria prædeceſ-
ſorum præter primum inſtituentem,
eo quòd nõ ab intermedijs, ſed ab eo-
dẽ primo inſtituente poſt ipſum prin
cipem eiuſmodi bona vinculata ſeu
maioratus capiat. Et vt dixi, principa-
lius capiat ab ipſo principe.

Deinde probatur à ſimili. Nam li-
cèt arrogatus bona ſua in arrogatorẽ
transferat, non tamen tenetur talis ar
rogator ipſo iure ad ſolutionem debi
torum prius ab arrogato contractorũ
per eandem l. in arrogatorem, ad fin.
ff de pecu. & inſti. de acqui. per arro-
ga. §. fi. Videmus etiam maritum non
teneri ad vxoris debita, quanquam
vxor ſe ipſam & bona ſua eidem com
miſerit. l. mulier. ff. de iure dot. & in l.
2. C. ne fideiu. dot. den. iuncta rub. C.
ne vxor pro marito, & econtra, neq;
vxor tenetur ad mariti debita: multo
ergo minus videtur teneri debere ſuc
ceſſorẽ in maioratu, qui ex facto ſeu
manu prędeceſſoris præter inſtituen
tem illum non accepit. Sed iſtud fun-
damentum non admodũ vrget, quia
non loquitur de tranſitu bonorũ per
modũ ſucceſsionis vltimæ, ſed de qua-
dam inter viuos generali tranſlatio-
ne, de qua hîc non eſt ſermo.

Tertiò ſic, ſucceſſor vniuerſalis re-
præſentat



præſentat perſonam defuncti limita-
to modo, id eſt pro ea parte pro qua
eſt hæres, & quoad alia cenſetur ex-
traneus. l. cùm à matre, C. de reiuẽdi.
& l. 2. §. fin. cum glo. ordina. ff. de præ-
to. ſtipu. Sed ita eſt, quòd aut iſte ſuc-
ceſſor in maioratu ſucceſſit etiam ei-
dem teſtatori, qui erat poſſeſſor vlti-
mus maioratus in alijs bonis liberis, &
tunc non repræſentat illum, niſi præ-
textu vel reſpectu bonorũ liberorũ.
Nam illa cùm ſint propriè hæredita-
ria, ſtatim poſt vltimi poſſeſſoris ma-
ioratus mortem tranſeunt in ſucceſ-
ſorem ipſius vt propria: poſt aditionẽ
inquam ipſius ſecutam. Alia autẽ bo-
na vinculata non remanent hæredi-
taria, id eſt non poſſunt dici hæredita
ria poſt mortem teſtatoris, eiuſdemq́;
poſſeſſoris vltimi maioratus, ante adi
tionem inquam eiuſdem hæredis in-
ſtituti: quo caſu bona per defunctum
relicta ſunt hæreditaria, & conſequẽ-
ter per aditionem eorundem bono-
rum maioratus factam ab illo vltimo
ſucceſſore vel hærede non efficitur
quoad illa hæres, quum mortuo ma-
ioratus poſſeſſore tranſeant ipſo iure
in eum ex primæua primi ſtabilientis,
præordinatione, vtpote in ſequẽtem
in gradu ſucceſſorem immediatũ, &
ſic reſpectu dictorum bonorum ma-
ioriæ ſeu vinculatorum (quæ vocãt)
non eſt dabilis repræſentatio de vlti-
mo ſucceſſore ad vltimum poſſeſſo-
rem prædefunctum, ſed tãtum vel ſo-
lummodo ad prædictum primum in-
ſtituentem. Aut nulla alia bona libe-
ra reliquit iſte poſſeſſor vltimus maio
riæ per viam inſtitutionis huic ſequẽ
ti & vltimo ſucceſſori immediato prę
ter vinculata, neq; ab inteſtato ad ta-
lem ſucceſſorẽ deuenerũt vt quia ea
nõ habebat. Et idẽ dicendũ à fortiori,
ꝗa reſpectu ſolius iuris vniuerſalis in-
corporalis reprę́ſentatiui, de quo in d.
l. hęreditas de peti. hære. dicitur ei ſuc
cedere, & nõ vltra, neq; alio modo, vt
ſuprà in cõprobationibus aſſertionis
ſpecialis eſt dictum, & latius expoſitũ
per eandem l. hæreditas in prin. cum
alijs, ff. de peti. hæredi. ergo apertè cõ-
cluditur ex hoc dilemmate horũ ca-
ſuum complexiuo, quòd nullo caſu re
ſpectu bonorum vinculatorũ vel ma-
ioratus poteſt dari repræſentatio re-
moti ſucceſſoris poſt ſucceſſorem im
mediatum, qui ſequitur & repræſen-
tat ipſum inſtituentẽ. Nam ille bene
tenetur, vt. j. patebit: cæteri verò ſuc-
ceſſores remoti poſt primum reſpe-
ctu & conſideratione prædictorũ bo-
norum vinculatorum non videntur
debere teneri ad debita ſeu onera cõ-
tracta per alios prædeceſſores inter-
medios præter prædictum primũ in-
ſtituentem. Et iſtud eſt validũ & ſtrin
gentiſſimum fundamẽtum & nulla
ratione expugnabile pro parte nega-
tiua.

Deinde probatur eadem pars ne-
gatiua in ſimili, videlicet. Decurio no
uiter creatus poſt alterius decurionis
obitum, poſtquam ita aſſumptus &
creatus eſt ad tale officium decurio-
natus, non cogitur ad ſolutionem de
bitorum contractorum per præde-
ceſſorem, vt in l. prouidendum, C. de
de Decurio. lib. 10. ex qua notat Lu-
cas de Pen. ibi poſt Dynum in l. inco-
la, ff. ad munici. quòd ſi aliqua vniuer-
ſitas contrahit debita, non cogitur
ad eorum ſolutionem is qui nouiter
ad illam ciuitatem vel vniuerſitatem
tranſtulit incolatum. Ad quod poſt
Barto. allegat caſum expreſſum in l.
vna, C. vt nullus ex vica. &c. libro. 11.
Sic à ſimili videtur in propoſito dicẽ-
dum in ſucceſſore maioratus. Et quã-
quam videretur hæc ſimilitudo non
eſſe omnimoda, quaſi in ſucceſſione
in maioratu videatur cõiuncta digni

tas cum ſucceſſione vniuerſali hære-
ditaria bonorum: tamen re vera ſuc-
ceſſio in maioratu nõ poteſt dici ſuc-
ceſsio vniuerſalis hęreditaria reſpectu
vltimi poſſeſſoris habito ad ſucceſſo-
rem ipſius in maioratu: quia talia bo-
na maioratus (vt eſt ſæpiſsimè dictũ)
non deferuntur ei per prædeceſſores
intermedios id eſt poſt primum inſti-
tuentem, ſed ab eodem defluunt,
& proueniunt ad ipſum vltimum ſuc
ceſſorem quotocunq; loco, etiam re-
motiſsimo ſuccedat: & conſequenter
quoad ipſum vltimum poſſeſſorẽ prę
deceſſoremq́; iſtius ſucceſſoris vltimi
& exinde quoad iſtum ſucceſſorẽ vl-
timum dicitur ſucceſsio ſimplicis di-
gnitatis, id eſt maioriæ, & ſic militat
ſaltem in ſimili motiuum ſuprà rela-
tum: licèt non loquatur in ſucceſsio-
ne vltimæ voluntatis, ideoq́; nõ ſtrin-
git ad rem iſtam qua de agimus.

Probatur vltimò iſta pars negatiua
Atten. ſic. Maioratus creatus vel ſtabilitus à
patre pro filio & alijs ab eo deſcendẽ-
tibus gradatim (prout hodie ſemper
fit) capitur per deſcẽdentem iure ſan-
guinis, vt probatur ex l. vt iuriſiurãdi,
§. ſi liberi. j̃. de operis liber. & ex tex. cũ
gloſ. s̃. allega. vbi eſt communis Do-
ctorum intentio in l. pro hærede, §. ſi
quid tamen. j̃. de acquiren. hæredita.
& ex l. cùm patronus, §. cùm libertus
j̃. de operis liber. iuncto text. & glo. in
101 l. ſi operas, eo. titu. † ergo nõ defertur
iure hæreditario reſpectu inquam vl-
timi poſſeſſoris, qui eſt caſus noſter,
quum cauſa ſanguinis & hæreditaria
adinuicem nihil commune habeãt,
ſed ſint omnino diſtantes, vt plenè
tradit Barto. in dicto §. ſi liberi. & pa-
tet ex dicta l. tertia in fin. ff. de interdi
ctis & relega. quam Bald. in id addu-
cit in l. cum antiquioribus ſuprà alle-
ga. 5. colum. & And. de Iſer. in cap. ſi
vaſſallus culpam, in princip. in titu.
ſi de feud. fue. contro. inter domi. &
agna. vaſſa. lib. feudo. Conſequitur er
go talem vltimum ſucceſſorem non
venire iure hæreditario reſpectu poſ-
ſeſſoris vltimi eundẽ immediatè præ-
cedentis in gradu vel ordine ſuccedẽ
di, & ſic non ſuccedere ei in illis bo-
nis iure repræſentatiuo, & cõſequen-
ter non teneri ad debita & onera paſ-
ſiua per eum contracta. Et hoc funda
mentum vrget etiã in maioratu qui
defertur ab aſcendente in deſcenden
tes gradatim vel in eorum defectum
in alios ſucceſſores ſanguinis.

Et quanquam hæc fundamenta
(ſecundo & quarto demptis) & alia
quæ in eandem conſonantiam poſ-
ſent adferri, ſint iuridica, ſolet tamen
per aliquot Iuriſperitos tam docẽtes
quàm practicos attentari cõcluſio op
poſita: ſcilicet quòd imò talis ſucceſ-
ſor teneatur ſoluere debita prædeceſ
ſoris immediati, ſi ei ſucceſsit ex teſta
mento vel ab inteſtato. Mouentur il-
li propè in ſpecie præter alia quæ ge-
neraliter adduci poſſent ex eo quod
per illum text. Bald. notat in ſecũdo
notabili in ca. ſignificauit, de reſcrip.
Nam in text. ibi præſupponitur, quòd
ſi ille Comes fuiſſet ad iudicium euo
catus, literæ debiti valerent etiã con-
tra Comitiſſam, qui ei ſucceſsit in di-
gnitate Comitatus. Vnde notat ibi
Bald. in eo. ſecundo notabili, quòd is
qui ſuccedit Comiti, tenetur ſoluere
debita eiuſdem Comitis vel comita-
tus, cùm ſit eius ſucceſſor vniuerſalis:
& ſic Bald. facit vim in prædicta ſuc-
ceſsione vniuerſali. Nec non dicit idẽ
Bald. in authen. ceſſante ante fi. C. de
legi. hære. quòd Baronia, quam vocãt,
putà Comitatus, Marchionatus & Du
catus eſt quid vniuerſale, & in ea ſuc-
ceditur iure vniuerſali: & ſic nuncu-
patim vult Bald. ꝙ hęredes in eiuſmo
di dignitatibus Baroniarum vel maio
ratuum



ratuum dicantur ſuccedere vniuerſa
liter, & conſequẽter repræſentẽt per-
ſonam prædeceſſoris: ſed debet intel-
ligi, vt in ſuperioribus dixi, & repetã
j̃. nu. 104. verſi. Et priuſquam iſtum ar
ticulum. Vltra quæ conſiderandũ eſt,
ꝙ Bal. loquitur de ſucceſsione vniuer
102 ſali non tamen hæreditaria, † nam be
ne ſtant ſimul ſucceſsionem eſſe vni-
uerſalem, & tamen non eſſe hæredita
riam. Moueri poſſent etiam tenentes
Atten. hanc partem affirmatiuam alio fun-
damento colorato, videlicet ex text.
in l. bonorum. 1. §. primo, ff. de verbo.
ſigni. iuncta l. is cui, §. bonorum, ff. vt
in poſſe. lega. ex quibus probatur, ꝙ
non ſolum bona quæ fuerunt teſtato
ris propria dicuntur eſſe in ipſius pa-
trimonio mortis tẽpore, verũ etiam
alia bona, quæ in emphytheoſim ab
alio recognoſcebat, nec non ea bona
quæ bona fide & titulo poſsidebat: nã
omnia iſta computantur in patrimo-
nio defuncti, & conſequenter cenſen
tur eſſe hæreditaria, & ſic in eis vide-
tur habere locum repræſentatio hęre
dis ad defunctum, & pariformiter de
functus videtur trãsfundere iura paſ-
ſiua in eiuſmodi ſucceſſorem imme-
diatè ſequentem. Et ſic videtur eun-
dem ſucceſſorem teneri debere ad o- 103
nera paſsiua ipſius defuncti. Quòd au
tem bona feudalia ſeu maioratus pari
ficentur bonis emphytheoticis, & ſa-
piant eorundem naturam, & ecõtra,
tenet Bald. in authen. ſi quas ruinas,
col. 4. in verſi. Quintò probatur, C. de
ſacroſan. eccle. & Ioan. de Imo. in cap.
potuit, col. penul. de loca. & Alexan.
conſi. 106. Viſo themate inſtrumenti 104
vol. 4. & probat plurimis exemplis rei
conferentibus Ioan. Bapti. de Sancto
Seue. in repe. cap. primi, colum. 5. 6. de
feudi. cog. Et magis in ſpecie ad rem
noſtram, quòd bona vaſſallo in feudũ
data cõputentur inter bona eius pro-
pria, eſt gloſ. ordina. quarta in ordine
in cap. primo, §. 1. per quos fiat inueſti.
lib. feudo. vbi Bald. notat. Cuius Bal.
meminit Deci. in regula qđ euincitur
ff. de regu. iuris prope fi. Et ex hoc in-
fert Bald. ſuper eadem gloſ. quòd vaſ-
ſallus debet ſoluere datia & collectas
rei feudalis, non autem proprietarius
id eſt dominus qui conceſsit ei rem
in feudum, qui non percipit fructus
neq; commoditates ex re feudali, &
ibi Bald. adducit alia iura id confir-
mantia.

Poſſet etiam hæc pars affirmatiua
fulciri ex text. in cap. primo, an agna.
vel fi. lib. feudo. vbi filius ſuccedens in
paterna dignitate compellitur ſolue-
re debita paterna: & ibi fortius ſubdit
litera, quòd etiam ſi filius velit repu-
diare patris hæreditatem & retinere
feudum, non eſt audiẽdus, quin ad pa
terna debita teneatur. Et ibi ſic notat
& declarat illum text. Iacobus à Bel-
louiſo. 3. notab. & ſequitur ſimpliciter
Mar. de Lau. Ita etiã videretur in pro-
poſito dicendũ, quia licèt conſequen
tia à ſuccedẽte in feudo ad ſuccedẽtẽ
in ius maioratus nõ ſubſiſtente ratio-
nis idẽtitate & præſuppoſita iuris ex-
orbitãtia in materia feudali đ qua tra
ctatur, nõ ſit valida, vt ſuprà dixi. † Tñ
data rationis paritate vel idẽtitate, &
ſuppoſito quòd materia feudalis de
qua agitur, eſt fundata in ratione iu-
ris communis, & non eſt exorbitans
ab illo, talis conſequentia rectè deſu-
mitur de terminis feudalibus ad ter-
minos maioratus, vt tenet & declarat
Soci. conſi. 47. exordiente, facti narra-
tione colũ. 2. volu. 3. vbi plus dicit, †
quòd maioratus æquiparatur feudo
regali tã in modo ſuccedẽdi q̃ in mo-
do priuãdi ſucceſſorẽ ipſo maioratu.
Crederẽ Soci. loqui (nã id verba ei⁹ ſo
nant) de maioratu vniuerſali regia au
thoritate cõſtructo vel fundato ſcđm

P 5 commu-

cõmunem obſeruantiam iſtius regni.
Et in hoc articulo æquiparationis feu
di ad maioratum reperio in effectu
idem tenere, quod ſuprà proximè di-
xi nume.90.§.redeundo nunc ad præ
miſſa poſt princip. illius, Franciſcum
Curt.Iuniorem in prma parte tracta-
tus feudalis,colum.8.poſt mediũ, vbi
in effectu tenet poſt Alexan. in l. di-
uortio,§.ſi fundum,ſuprà ſolu. matri-
mo.& poſt Imo. in cap. potuit, ante
penulti.col.de loca.in verſicu.7.quòd
iura feudalia exorbitantia à regulis iu
ris communis vel contra ea diſponen
tia non ſunt allegabilia vel trahibilia
ad alias materias non feudales: ſecus
ſi ſecundum vel pręter iuris cõmunis
regulas diſponant.Et ibi etiam addu-
cit Alexan.in alijs locis, & vltra Alex.
adducit Ioan.de Imo.Bald. & Pau. &
alios Doctores itidem varijs in locis
idem tenentes: ſed non fuit memor
Alexan.in l.fina.C.de colla.quem ſu-
prà in hac relectione bis adduxi idem
dicentis.

Et priuſquam iſtum articulum re-
ſoluam,pręmitto id,quod ſuprà in hu
ius relectionis diſcurſu tetigi nu.81.
in verſic.non etiam obſtat. &c. quòd
quando poſſeſſor maioratus inſtituit
hæredem tam in bonis liberis quàm
in bonis maioratus eũ qui in talibus
bonis maioratus erat aliâs ſucceſſu-
rus ex primæua ordinatione primi in
ſtituentis illum, in tali hærede inſtitu
to concurrit duplex ſucceſſio reſpe-
ctu duplicis patrimonij: ſcilicet tã li-
beri quàm vinculati, & itidem reſpe-
ctu diuerſorum prædeceſſorum, im-
mediati ſeu proximi, itẽ & remoti ſi-
ue inſtituẽtis maioratum: ſicq; in bo-
nis maioratus dicitur proprius & ve-
rus ſucceſſor primi ſtabilientis ipſum
maioratũ,& in bonis allodialibus ſeu
liberis dicitur proprius & verus ſuc-
ceſſor ipſius teſtantis eiuſdemque vl
timi poſſeſſoris illius, cum bonis libe-
ris, & ſuccedit ipſimet vltimo teſtan-
ti, & ipſius repræſentat perſonã quo-
105 ad talia bona. Neque † enim inconue-
nit (vt in prędicto loco ſuprà tradidi)
quòd vnus & idem ſucceſſor reſpectu
diuerſorum patrimoniorum à diuer-
ſis prædeceſſoribus prouenientium,
diuerſis reſpectibus & conſiderationi
bus repræſentet duos diuerſos præde
ceſſores, vt ibidem iuribus & authori
tatibus probaui, & eſt veriſſimũ. Quo
ſuppoſito, vt res ipſa amplius manife-
ſtetur ſubijcio in hoc articulo aliquas
concluſiones reſolutorias, quarũ pri-
ma eſt.

106 Succedens † in maioratu, vniuerſa
li inquam, ſiue immediatè ſiue media
tè ſuccedat ſtabilienti illum, tenetur
ſubire onera, nec non ſoluere debita
quę per ipſummet ſtabilientem fue-
rant contracta, quia nõ poſſumus in-
ficiari, quin ſuccedens eidem imme-
diato vel remoto prędeceſſori reſpe-
ctu patrimonij vinculati ſit ſucceſſor
vniuerſalis, & eius perſonam reſpectu
onerum, item reſpectu iurium actiuo
rum & paſſiuorũ vniuerſaliter reprę-
ſentet, cùm ſit ſucceſſio vniuerſalis de
per ſe. Quod primò ſic oſtẽditur. Suc-
ceſſor in maioratu vniuerſali ꝑ aditio
nẽ talis ſucceſsionis efficitur omniũ il
lorum bonorum vniuerſaliter domi-
nus, text. eſt melior iuris in l. generali
ter,§.vlti.ff. qui & à quib. manu. &c.
vbi ad verbum dicitur, [ſub conditio-
ne ſeruus legatus pendente conditio
ne pleno iure hæredis eſt.] & ſic text.
ille vult, quòd ſuccedens in bonis quã
tumcunq; reſtitutioni ſubiectis ſit in
terim quoad euenerit conditio reſti-
tutionis eorundem bonorum ple-
nus dominus. Quem tex. allegat Bal.
in l. voluntas, C. de fideicommiſ. li-
107 cèt corruptè. Et † ponderanda ſunt
verba illa, [pleno iure] quę ex propria
& iu-



& iuridica interpretatione importãt
proprietatem & vſumfructum, vt ſu-
prà in princip. huius relectionis in
præfationibus plenè fuit traditũ. Ad
idem l.non ideo minus, ff. de rei ven.
vbi res quæ ſubiacet reſtitutioni po-
teſt à domino interim vendicari. Ad
idem facit in optimo ſimili.l. quoties,
C.de dona.quæ ſub modo.vbi donata
rius cui ſub conditione vel modo de
reſtituendo alteri donatio fuit facta,
interim habet reiuendicationẽ, & ſic
eſt dñs, aliâs reiuendicatio ei non cõ-
peteret, vt in l.in rem actio. in prin.ff.
de reiuendi.Idem diſponitur in l.7.ti-
tu.4.par.5. Modò ſic eſt, ꝙ in l.hęres in
omne ius.ff.de acqui.hære. fit æquipa-
ratio ſucceſſionis in ius dominij ad
ſucceſſionem in obligationes perſo-
nales, vt ibi patet dũ litera dicit. [Hæ-
res in omne ius non tantum ſingula-
rũ rerũ dominiũ ſuccedit.&c.] ſtatim
que ſubiungit, [quum & ea quę in no
minibus ſunt, ad hæredes tranſeant.]
Quæ lex iunctis prædictis iuribus pro
108 bat, † ꝙ etiam in ſuccedẽte in ius vni-
uerſale maioratus vniuerſalis non ſo-
lùm in eum qui ſuccedit in bonis allo
dialibus ſeu liberis tranſit dominium
rerum hæreditarariũ, nec non tranſ-
eunt obligationes perſonales actiuæ
& paſſiuæ, & ſic tam illæ quæ defun-
cto cõpetierant, quàm illæ quibus de-
functus fuerat alligatus. Ex coniun-
ctione enim horum iurium reſultat
in propoſito expreſſa diſpoſitio legis,
vt in l.Gallus,§.ille caſus, ad fi. vbi ſpe-
ciatim notat Bald.ſ.de libe.& poſthu.
109 † ꝙ argumẽtum à coniunctione plu-
rium legum ſeu capitũ vnius & eiuſ-
dem legis habetur pro lege vel textu
legis, & ibidem etiam Iaſ. referẽs Bal.
idem notat.

Oſtenditur præterea hãc primam
concluſionem reſolutiuam eſſe ve-
ram hoc fundamento. Hæreditas eſt
ſucceſſio in vniuerſum ius quod ha-
buit defunctus mortis tempore.l.hæ-
reditas.ff. de regu.iuris. Quod ſic de-
clarant Doctores vnà cum Barto. in
rubri.ff. de acquiren. hære. vt mor-
tuo teſtatore ſuccedat quoddam ius,
quod appellatur hęreditas, & ſuſtinet
perſonam defuncti in omnibus iuri-
bus quę ille habuit, & reliquit tempo-
re obitus ſui.l. hæreditas in multis, ff.
de acquiren.re.do.l. non minus.§.fin.
ff.iſto titu. vbi dicitur. [Quia creditũ
eſt hæreditatem dominam eſſe, & de
functi locum obtinere.] & ibidem gl.
fina.adducit plures concordan.Et ita
eſt, quòd quãdo hæreditas aditur per
hæredem, hæres ſuſtinet etiam vicẽ
defuncti, prout antea hæreditas ean-
dem vicem ſuſtinebat, & iſtud vult
text.in l.hæres & hæreditas, ff. de vſu-
capio.vbi formaliter dicitur, [Hæres
& hæreditas tametſi duas appellatio-
nes recipiant, vnius tamen perſonæ
vice funguntur.] Et ibi hoc declarans
Pau.de Caſt.dicit, quòd eſt vna fictio
ſeu vna repræſentatio: non autẽ duæ
110 repræſentationes, ſeu fictiones. † Nã
hęreditas non adita repræſentat per-
ſonam defuncti, poſtquam autem eſt
adita, perſona defuncti reprę́ſentatur
per ipſius hæredis perſonam, ex quo
amplius non eſt hæreditas, ſed pro-
prium hæredis patrimonium, vt per
gloſ.ordinariam in l.prima.§. veteres,
ff. de acquiren. poſſe. quæ probatur
apertiſsimè ex l.ſed etſi plures, §. filio
impuberi, ibi [iuncta enim cœpit eſſe
hæreditas.&c.] ff.titu.primo, de vulga.
& pupi. & inſtitu.de hære.qua.& dif
111 fe.in fine princi. † Eſt ergo vna princi
palis repræſentatio de hæreditate ad
defunctum, antequam ipſa hæredi-
tas per hæredem adeatur, & con-
ſequutiuè poſtquam aditur de hæ-
rede ad eundem defunctum, & ſic di-
uerſimodè & varijs temporibus hæ-
reditas

reditas & hæres repræſentant defun-
ctum. Nam ante aditam, ipſamet hæ-
reditas, quæ eſt ipſum ius vniuerſale
repræſentatiuum, ſuſtinet vicẽ defun
cti, & eum repræſentat. Poſt aditã ve-
rò, confunditur, & efficitur patrimo-
nium ipſius hæredis. Et ſic hæres qui
adijt, & effectus eſt dominus hæredi-
tatis, quæ antequam adiretur, repræ-
ſentabat perſonam defuncti per pri-
us, repræſentat nunc eandem perſo-
nam defuncti cõſequutiuè & per po-
ſterius. Voluit ergo Pau. de Caſt. ꝙ re-
ſpectu vnius perſonæ defuncti in effe
ctu eſt vna repræſentatio: quia licèt
ſint duæ, tamen vna eſt per prius, &
alia per poſterius: ſed vtraq; refertur
ad eundem ſcopum, id eſt ad defun-
ctum: & tandem tandem adita hære-
ditate ſecunda repræſentatio abſor-
bet primam.

112 † Neq; eſt inconueniens, ꝙ duæ fi-
ctiones concurrant, quando vna ve-
nit in alterius conſequentiam, & ſic
quando vna oritur ex altera, & ambæ
ſunt de iure communi, prout accidit
in caſu iſto ſecundum Bal. in l. 1. ad fi.
C. quando liceat ab emp. diſcede. Ad
quod allegat l. ſingularia, ad fi. vbi hoc
113 probatur. ff. ſi cer. peta. † Nã & ſequu-
ta aditione hæres fingitur fuiſſe hæ-
res à die mortis teſtatoris. l. hęres quã
docunq; ȷ̃. de acqui. hære. cum alijs iu
ribus in idem per Barto. adductis in l.
Nã & ſeruius, §. qui negotia, in. 1. no-
tab. ff. de nego. geſtis. Cum itaque (vt
ad præmiſſa redam) bonorum maio-
ratus ſucceſſor adierit hæreditatem,
id eſt ſucceſſionem defuncti maiora-
tus vniuerſalẽ, & ſic ſubingreſſus fue-
rit in ius repræſentationis, meritò dici
poteſt talia bona vniuerſaliter delata
obtineri per eũ iure hæreditario vel
quaſi. Aliâs videretur quodammodo
monſtrum & contra omnia iuris prin
cipia, ꝙ talis hæres ſucchederet vniuer
ſaliter, & non repræſentaret ipſum de
functum. Suadetur etiam hoc mani-
feſta ratione, nam ius hæreditarium
ipſi ſucceſſori per eiuſdem aditionẽ
infixam non potuit alterari, neq; mu-
tari, neq; ab ipſius propria natura de-
clinare propter qualitatẽ dignitatis
vel præeminentiæ maioratus de illis
bonis creati ſiue inſtituti ſuapte natu
ra fauorabilem: quę quidẽ maioratus
inſtitutio ſeu ordinatio non ob aliud — Atten.
fuit iure cõſuetudinario introducta,
niſi ob fortificandum & perpetuan-
dum ipſum ius ſuccedendi, vt apertè
cuilibet intuenti etiam per trãſenam
(vt aliâs dicitur) liquere poteſt. Nam
& videmus in ſimili, ꝙ bonorum poſ-
ſeſſio vnde liberi ab inteſtato datur fi
lijs in poteſtate conſtitutis, non tamẽ
propterea alteratur ius ſuccedẽdi ab
inteſtato de iure ciuili eis competẽs,
prout declarat tex. celebris & notabi
lis inſti. de bono. poſſe. tit. gene. in ver
ſi. [aliquãdo.] vbi dicitur, [Aliquãdo
tamẽ neq; emẽdandi neq; impugnã-
di veteris iuris, ſed magis cõfirmandi
gratia prætor pollicet᷑ bo. poſſe. &c.]
& ibi ponitur prædictũ exemplũ. itẽ
ponitur aliud de bonorũ poſſeſsione
ſecundũ tabulas, quia datur eis qui te
ſtamento in ſcriptis ritè & recte facto
hæredes inſtituti ſunt, qui etiã abſq;
bonorũ poſſeſsione iure ciuili futuri
forent hæredes ex ipſa ſola inſtitutio
ne. l. illud, §. fi. & ibi gl. & Bar. ff. de bo-
no. poſſe. cõtra tab. & habet᷑ clarius in
d. verſi. [aliquando] ſcd̃m nouã tradu
ctionẽ & tranſlationẽ è Græco Theo
phili in Latinũ, vbi ad verbũ dicitur,
[Porrò nõ eſt prætor acerbus aut con
tentioſus, qm̃ vbi ius ciuile probari in
vulgus putauit non emendandi neq;
impugnandi, ſed confirmandi eius
gratia ſuam iuriſdictionem interpo-
ſuit. Nam ſi quis rectè atq; ordine fa-
cto teſtamento hæres inſtitutus eſt
non



non ſolũ iure ciuili adire poterit. &c.]
Ad idem l. ius autem ciuile, cum l. ſe-
quen. ff. de iuſtitia & iure, vbi inquit — Pulchra metaphora Bal.
eleganter Bald. in verſicu. hoc igitur,
qui eſt vltimus, quòd ius prætoriũ, vel
prætor habet ſe ad ius ciuile interdũ,
vt prælatus, & ſic vt maior, & tũc cor-
rigit: interdum vt ſocius, & tunc adiu
uat: interdum vt pædagogus, & ſic
recitat. Ad quod adducit textum in §.
de cõſt. ad fin. inſt. de actio. Videmus
etiam ſimile in bonorum poſſeſſione
contra tab. quia datur filio in poteſta
te præterito, & concurrit cum iure di
cendi nullum, quod eſt remedium ci-
uile & perpetuum, competitq; ad for
tificationem eiuſdem, vt per glo. Pau.
de Caſt. & recentiores in l. poſthumo
nato, C. de bono. poſſe. cõtra tab. De
quo puncto tradit etiam Ioã. de Imo.
in l. filio præterito. 19. colum. ſ̃. de iniu
ſto rupto. & in l. ventre. 6. col. ȷ̃. de ac-
quiren. hære. & idem Imo. Pau. & mo
der. poſt gloſ. ibi in l. ſi filius qui in po-
teſtate. ſ̃. de libẽ. & poſthu. Imò (quod
114 eſt fortius) videmus, † quòd remediũ
etiam ſi ſit ordinarium, non tollit ex-
traordinarium, quando competit ad
illud iuuandum vel roborandum. gl.
eſt nota. & ordinaria in l. prima. §. per
hanc. 1. ff. de rei ven. glo. mag. ad fin.
quam in id ponderat Bald. ibi prima
lectura: facit text. in ca. ſi in adiutoriũ.
10. diſtinctio. Confirmantur præmiſ-
ſa ex l. cùm hæredes, in prin. ff. de ac-
quiren. poſſe. ibi dum dicit [omnia iu
ra ad nos tranſeunt] & ſic omnes ſuc-
ceſſores vniuerſales ſuccedũt hæredi
tario iure, vel ſaltẽ quaſi hæreditario
in bona defuncti, vt ȷ̃. traditur nu. 129
nec enim alio iure poſſent venire ex
tali tranſitu vniuerſali ex morte præ-
deceſſoris decurrente, niſi hæredita-
rio vel quaſi. Comprobantur etiam
præmiſſa, quia (vt eſt ſuprà dictum, dũ
fulciebam noſtram aſſertionem pe-
culiarem) eiuſmodi bona vinculata
habent quodãmodo quandam con-
comitantiam adhæſiuam (non inquã
commixtionem) cum ipſo iure hære-
ditario vniuerſali, ſiue cum ipſa hęre-
ditate ipſius primi inſtituẽtis vniuer
ſaliter maioratum, præſertim in vlti-
ma voluntate, vt patet ex his, quæ ſu-
prà in puncto principali tradidi. Item
circa effectum cõſequutiuum, quem
retuli ponere Bald. in l. 1. 37. quæſt. ff.
de rerum diui. & quem dixi ſequi Ma
ria. cõſi. 19. inci. pro deciſione col. 5.

Præterea (vt ad ſuperiora redeam)
ad eandem primam cõcluſionem re-
ſolutoriam facit optimè text. nota. in
l. filiusfami. §. Diui. ȷ̃. de legat. primo,
vbi ad fin. probatur, & ex eo notant
Docto. communiter ibi ſpeciatim Io.
de Imo. & recentiores, quòd res ſubie
cta reſtitutioni, vel aliâs expreſsè alie
nari prohibita, poteſt alienari ad exol
uendum ęs alienum contractum per
teſtatorem, qui eam ſubiecit reſtitu-
tioni, vel eam prohibuit alienari: ſi ta-
men non ſubſint alia bona eiuſdem li
bera, vnde ſatisfiat. Ad idem text. in l.
pater filium, in princi. ȷ̃. de lega. 3. vbi
Bart. notat & text. notabilis admodũ
in d. l. cum fidei, ff. de fideicommiſ. li-
ber. Præterea conſidero, quòd ſiue
maioratus fuerit principis authorita-
te inſtitutus vel ſtabilitus cum facul-
tate ipſum reuocandi ad libitum ſta-
bilientis, prout aſſiduè facultas cõce-
ditur, onera & debita per primum in
ſtituentem contracta afficere debẽt
eum & ipſius vniuerſales ſucceſſores
in eodem maioratu. Quia ex quo po-
tuiſſet ipſum maioratum poſt eius cõ
ſtructionẽ vel inſtitutionem diſſolue
re, à fortiori & modificare contrahen
do debita, argum. tex. not. in ratione
ſui in l. iuriſgentiũ, §. adeò. ſ̃. de pactis,
& in l. videamus, §. pe. & in l. in actioni
bꝰ, ff. de in li. iu. & notat Pau. d̃ Ca. in l.
cùm

cùm tale, §. primo.ỹ. de condi. & de-
monſtratio. Siue etiam talis maiora-
tus(vt ad ſuprà proxima redeam)eſſet
inſtitutus, non tñ cũ clauſula reuoca-
tionis ad libitum, ſed ſimpliciter: eo
caſu nihilominus idẽ eſſet dicẽdum.
115 † Tum, quia licentia principis non vi-
detur conceſſa in præiudicium iuris
tertio cõmpetentis.l.2.§. meritò, & §.
ſi quis à principe. ff. nequid in loco
publi.&c.cum ſi.& conſequenter cre
ditores inſtituentis maioratum non
debẽt ex tali facultate dãmno affici.
116 † Tum etiã, quia ſi fuit inſtitutus in vl
tima voluntate, habet tacitã clauſulã
reuocationis & pœnitentiæ vſque ad
mortẽ ex natura ipſius vltimæ volun-
tatis.l.3.in fi.ff.de adi. lega. cum alijs.
Tum deniq; quia etſi haberet faculta
tẽ creãdi maioratũ inter viuos, etiam
abſq; prædicta clauſula reuocandi ad
libitum: nihilominus tamen poſſet il-
lum reuocare: nec non ad libitũ alte-
rare & mutare vſq; ad vltimum vitæ
L. Tau. 44. ſpiritum, vt cauetur lege Tau. 44. in
117 ordine, † quæ videtur originem du-
xiſſe ab eo quod vult gloſ. ordina. in
l.qui hæredi, §. ſi pars, in verſicu. vſu-
Atten. capta.ỹ. de condi. & demonſtra. pot
quam dicit Ioan.de Imo.in d. l. filiuſ-
118 fami.§.Diui, col. 3.† quòd bona reſti-
tutioni ſubiecta(quæ nos appellamus
bona vinculata, hoc eſt vinculo reſti-
tutionis religata & ſuppoſita) nihilo-
minus ſunt præſcriptibilia ſpatio legi
timi & congrui temporis, ſi per eun-
dem vinculantem fuerunt diſtracta,
& ſic quoad ipſum cenſentur eſſe li-
bera. Ad idem bonus text. in ſimili in
l.Imperator.ỹ. ad Trebel. vbi fideicõ-
miſſarius poſt integram reſtitutionẽ
fideicõmiſſi ſibi factã agit contra poſ-
ſeſſores rerũ fideicommiſſi & conue-
nitur à creditoribus, vt ibidem vult
Bar.& ſonat litera illa, quòd illa debita
vel actiones ſuberant, vel cõpetebãt

ratione vel prætextu hæreditatis fi-
deicommiſſariæ, & ſic ex facto primi
teſtatoris relinquentis fideicommiſ-
ſum. Sic itaque fideicommiſſarius te-
neri debet ad onera inde prouenien-
tia vel deſcendentia. Et eſt aduerten- Aduertẽtia haudſpernẽda.
dum quòd in caſu iſtius primæ con-
cluſionis reſolutiuę non eſt adhiben-
da diſtinctio, an debita fuerint con-
tracta maioratus cõtemplatione, vel
minimè, vt in alijs propoſitis ſequen-
tibus inferius tradetur. Item neque
debet attendi, an ex rebus ipſis maio-
ratus, an ex earum fructibus ſolutio
fiat, vel facienda ſit, vt etiam alias ỹ. di
citur: nihilominus tamen in propoſi-
to, de quo agimus, debet concludi
quòd primò ſatisfaciendum eſt credi
toribus de alijs bonis liberis, ſi extent
& eis non extantibus, ex fructibus bo
norum vinculatorum, ſi ſufficiant: ſi Atten.
verò minimè, ſatisfaciendum eſt in
ſubſidium ex ipſarum rerum vincula
tarum diſtractione, vt in dicto §. Di-
ui, ad finem, iuncta l. à Diuo Pio, §. in
venditione, ff. de re iudi. & in l. parti-
tæ.ỹ. allegata in ſimili propoſito. Ani- Alia.
119 maduertendum tamen eſt, † quòd
prædictam l. Tauri. 44. vidi aliâs per vi Eadem l. Tau. 44.
ros doctos intelligi, niſi licentia con-
ſtruendi maioratum eſſet conceſſa
per principem, adempta ipſi impetrã-
ti facultate reuocandi vel expreſsè Aduerte.
vel tacitè, putà prohibendo ipſi impe
tranti alienationem rerum maiora-
tus ſub pœna priuationis. Quod eſt
rationabile & iuridicum manifeſta ra
120 tione: videlicet, † nam ſi princeps ex
poſtfacto poteſt, put verè poteſt, mo-
dificare ſuam gratiam largitatem vel
donationem, vt tenet nota. Bald.in l.
nuptæ, prima lectione. ff. de ſenato.
per l.qui fundos, C. de omni agro de-
ſer.lib. 11. vbi etiam notant Lucas &
Ioã.de Pla.de quo eſt vidẽdus Matth.
de Afflictis in conſti.pœna carere, fol.
17.ad



17.ad fi.lib.2.conſt.vtriuſq; Siciliæ: &
probatur etiam in cap. quanto, de
cenſi. multo à fortiori poſſet iſtud à
principio facere: arg.l. perfecta, C. de
donatio.quæ ſub modo, prę ſertim vo
lente & acceptãte parte impetrante.
L. Tau. 17. Quod etiam deducitur ex l. 17. Tau.
qua cauetur, quòd melioratio poſt tra
ditionẽ rei de qua fuit facta, vel etiã
ſcripturæ ipſius, ſit irreuocabilis, pro-
ut etiã in maioratu cauetur in d.l.44.
pari ratione dicendum in licentia cõ-
ſtruendi maioratũ ſequuta ipſius con
ſtructione.ſ. quòd valebit clauſula ir-
reuocabilitatis expreſsè vel tacitè in
ipſa facultate principali appoſita, ne
abſq; principis licentia poſt eiuſdem
maioratus conſtructionem vel crea-
Atten. tionem diſſoluatur. Et ita aliâs vidi al-
legatum in cauſa valde ardua, quæ
pendebat, & adhuc pendet ſuper quo
dam maioratu Comitatus huius reg.
No. aduertẽter. imò plus poſſet attentari quòd etiam
quando datur facultas ſimplex ad cõ-
ſtruendum maioratum: quo caſu lo-
quitur prædicta.l. Tau. 44. vel etiam
apponitur clauſula, quòd poſſit per
impetrãtem liberè & ad libitum tam
inter viuos q̃ in vltima voluntate mu
tari & reuocari, illud debet intelligi
de mutatione & reuocatione vel clau
ſularum ipſius, vel nominationis per-
ſonarum in ordinatione & conſtru-
ctione ipſius: non tamen vt poſſit ta-
lis maioratus in vniuerſum ſupprimi
vel abſorberi per ipſum ſtabilientem,
vt deinceps bona remaneant libera
& vinculo reſtitutionis nullatenus
ſubiugata. Et hæc videtur fuiſſe inten
tio illius l. quæ in quantum loquitur
de reuocatione vel non reuocatione
maioratus, loquitur reſpectu perſonę
principaliter ad illum maioratum vo
catæ: non autem loquitur abſolutè re
ſpectu ſuppreſſionis totalis ſubſtantię
ipſius maioratus: ea ratione, quia cũ

ad petitionem impetrantis, qui pro-
feſſus eſt ſe velle facere & conſtruere
maioratum, licentia fuerit conceſſa
121 & acceptata, † & in maioratus con-
ſtructione verſetur fauor publicus. ar
gumen. in l. prima, §. pen. in verſicu.
[Publicæ enim intereſt.] ſ. de ventre
inſpici. quem Bald. in ſimili commen
dat ad ſtatuta excludentia fœminas
propter maſculos in l. 1. colũ. 11. C. de
ſumma Trini.& fide catho.& in l. fin.
col. 3. C. de libe. præte. Et propterea ſo
let apud practicos ille text. allegari in
communi, quòd vertitur fauor publi-
cus in conſeruatione familiæ quę per
ſucceſsionem vinculatam vel maiora
tus, melius ſit quàm aliter, prout ex
cõmuni ſtylo magiſtrorum ſacri ſcri-
nij omnes facultates ordinantur, &
in earum exordijs & prę fationibus id
expreſsim cauet. Et eſt in argumẽtũ
l.fin. par. tit. 15. l. 2. par. 2. verſ. [Pero cõ L. par. notã
todo eſſo los hombres ſabios y enten
didos catando el procomunal de to-
122 dos.&c.] † Et quia lex illa ſolum loqui
tur de maioratibus ſuppremis, ob id al
legaui eã in argumẽtũ. Sed nihilomi-
nus ſatis poteſt allegari pro caſu, cùm
maioratus inferiores iure ac meritò
debeant cenſeri & regulari ad inſtar
ſuperiorum, argumen. text. notab. in
§. vltimo. inſtitu. de ſatiſda. & tradit
Pau.de Caſt. in conſi. 164. exordiente
in præſenti cauſa, per totum. 2. parte.
quod ſuprà in rubri. citaui nu. 122. dũ
de quæſtione illa tenebroſa prælatio-
nis inter filium primogeniti mortui
in vita patris & filiũ ſecũdo genitum
123 tractarem, † talis inquam impetratio Atten.
ad conſtruendũ maioratũ, item & cõ
ceſsio vnà cum acceptatione impe-
trantis ſubſequuta videtur quidam
quaſi cõtractus geſtus cũ principe &
republica: & conſequenter non eſt ir
reuocabilis: quia impetrans accepta-
uit facultatẽ vtẽdo illa. Nã videm⁹ in
fortio-

124 fortioribus terminis, † ꝙ ſtatur ſoli cõ
feſſioni emiſſæ per impetrantem in li
bello precum, vt in l.2.C.de inſtit. &
ſubſti. vbi notant Bart. & Docto. præ-
ſertim Alexan. & Decius. Ad quod e-
tiam eſt l.cum precum, vbi Bal. C.de
libera.cauſa.qui omnes Docto. dicũt
quòd talis confeſsio eſt irreuocabilis
per gloſ ordina.in l. rura. C. de omni
agro deſer.lib.11.& probatur in eadẽ
l.2.vbi Decius.3. notabi. congerit in
Atten. idem plures remiſsiones. Cùm itaq;
in ꝓpoſito vt ad illud regrediar pars
impetrans licentiam ad maioratum
conſtruendum & profitens aſſertiuè
(prout Doctores loquuntur vbi.s.) ſe
velle facere, & ſe facturum maioratũ,
ſi concedatur ſibi licentia, & ad ipſius
ſupplicationem fuit ſibi conceſſa, &
fuit vſus illa, ergo non eſt in poteſta-
te ipſius reuocare vel diſſoluere in to
tum prædictum maioratum vel vin-
culum inter viuos à ſe creatum in prę
iudicium ab eo vocatorũ, etiam ſi in
regia facultate ſimpliciter diceretur,
ꝙ id poſſet facere. Niſi amplius decla
raretur. ſ. ꝙ poſſet ſupprimere & redu
cere bona ad libertatem priſtinã ſum
Atten. Iterũ ad dict. l.44 Tau. moto omni vinculo. Et ita intelligo
clauſulas modificatiuas poſitas in d.l.
44.in ll. Tauri, vt intelligantur ſecun-
dum dictum proximum ibi præcedẽs
ſ.de reuocatione. ſecundum quid, re-
ſpectiua inquam ad perſonam, vt illa
poſsit fieri vel non fieri in diuerſis ca-
ſibus ibi poſitis. Non autem traditur
ibi aliquid de reuocatione totali ad
redigendum illa bona in libertatem
priſtinam. Si autem (vt dixi) reperire-
tur in regia conceſsione aut licentia
ſeu facultate declaratum, in claris nõ
eſſet locus coniecturæ, prout aliâs vi-
di quandam facultatem iuxta ſtylum
huius moderni temporis dictatam,
quæ comprehendebat vtranq; clau-
ſulã ſub hoc tenore. [E para que vos
fulano en vueſtra vida o al tiempo de
vueſtra muerte & poſtrimera volun-
tad cada y quando que quiſieredes y
por bien tuuieredes podades quitar
y acrecentar declarar y corregir y re-
uocar el dicho mayorazgo y los vin-
culos y condiciones con que le hizie
redes y inſtituyeredes, y todo lo otro
que por virtud deſta mi carta hiziere
des en todo o en parte.] Hucuſq; con
cedebatur facultas omnino ſiue in to
tum reuocandi, deinde ſequebatur
facultas reficiendi. [Y paraque poda-
des deſhazer el dicho mayorazgo y
y le tornar a hazer & inſtituir y me-
ter otros bienes cada y quando que
quiſieredes y por biẽ touieredes vna
o muchas vezes todo y cada coſa y
parte dello a vueſtra libre voluntad.]
Per quæ verba in prænotata clauſula
priori appoſita videtur conſtare de
principis voluntate fuiſſe, quòd is cui
facultas conceditur, poſsit omnino
recedere à facultate, & non aſtringa-
tur neceſſariò ad decedendum cũ ma
ioratu ſemel per eum inſtituto, ſed il-
lum poſsit ad libitũ & in vniuerſum
mutare. Secus tamen eſſet. dicẽdum
in maioratu per diſpoſitionẽ vltimã
creato in cuius omnimoda diſſolutio
ne non eſt opus prædictis, ſed ſufficit
ſola voluntas contraria eius qui eum
ſtabiliuit, prout eſt de ingenita natu-
ra vltimarũ voluntatũ, vt prædixi. Su-
perquibus cogitandũ relinquo, quia
non memini vidiſſe hæc punctuata,
& tamen ſunt vtilia & valde nota. &
aſsiduè poſſent in facto euenire, & vt
puto ſunt iuridica & vera.

Facultatis cuiuſdã Regiæ verba ſatis generalia.

Redeundo ergo ad eandem illius
notabilis & incidẽtis articuli primam
concluſionem reſolutiuam, vnde nõ
impertinenter ſum digreſſus. Com-
probatur etiam alio modo eadem
conclusio videlicet. † Nam ideo talia 125
bona reſtitutioni ſuppoſita poſſunt
alienari

Redit ad primam cõcluſionem reſolutoriam.



alienari pro ſatiſfactione onerum &
debitorum ipſius vinculãtis vel inſti
tuentis vinculum vel maioriam, vt in
dicto. §. diui. & in l. peto, §. prędium. j.
eo. ab oppoſito ſenſu: qũia in effectu
tanto minus cenſetur eſſe in bonis re
ſtitutioni ſubiectis, vt in l. ſi fideicom
miſſum, §. tractatum, ff. de iudi. in il-
lis verbis. [Æs enim alienũ patrimo-
nium totum imminuere cõſtat. &c.]
Vnde fit, vt ante omnia æs alienũ ſit
detrahendum. l. Æris alieni. j. ad l. fal-
ci. & l. in imponenda, C. eo. Ad idem
facit ſtringenter d.l. cùm fidei. ff. de ſi
deicom. liber. vbi probatur notanter
(prout ſuprà eam allegaui) ꝙ in rebus
alienari prohibitis per teſtatorem po
teſt fieri immiſſio pro debito deſcen-
dente ab eodem teſtatore, qui aliena
tionem fieri prohibuit. Et (vt ſuprà re
tuli) illam l. commendat Bal. in capit.
quoniã frequẽter, §. in alijs. Vt lite nõ
conteſtata, & in authẽ. ei qui, col. 16.
C. de bonis auctori. iudi. poſſiden. &
ibidem Sali. col. 15. in verſi. ſed quid.
Et tradit Alex. in l. ſi finita, §. ſi de ve-
ctigalib⁹. 6.7. col. cum ſeq. ff. de dãno
infecto. Et idẽ quod prędixi (quãuis
illã nõ alleget) tenet Maria. Soci. con
ſi. 16. col. 16. & tradit Iaſ. in d. §. diui. 7.
col. vbi Bar. 3. col. meminit gloſ. in d.l.
126 cùm fidei. † Et iſta prima reſolutio ſeu
concluſio reſolutoria, cum his quę di
cta ſunt in ipſius comprobationẽ, in-
duci poteſt, & poſſunt ad confiſcatio
nem bonorum: quæquidem confiſ-
catio, etſi aliâs fieri non poſsit de bo-
nis reſtitutioni ſubiectis, vt inqt Bar.
per illum text. in l. Imperator, ff. de fi-
deico. liber. qui etiam allegat l. ſi in li
bertinum. j. de bo. liber. & l. Statius, in
fi. j. de iure fiſci, & remittit ſe ad dicta
per eũ in d. §. ſi de vectigalibus. Quod
etiam tenet Benedictus de Plum. in
eadem l. Imperator, & tradit plenè
Alex. conſil. 23. primo volumine, vbi
hanc ſententiam ad amuſſim ex plu-
ribus medijs firmat reſpondens ad ob
iecta quæ in oppoſitum adduci poſ-
ſent, vltra cuius copiam addẽdum eſt
quod Bal. dicit in l. legatarius. s. de ex-
cu. tuto. argum. illius tex. vbi idem te
net dicens, ꝙ ex delicto hæredis non
confiſcatur hæreditas reſtitutiõi ſub
iecta. Addo etiam Alberi. in l. cùm fi-
dei. s. allega. de fideico. liber. vbi pon
derans illũ tex. in illis verbis, [Ex cau
ſa teſtatoris pendeat] inquit, ꝙ vbi ne
ceſsitas alienandi non pendet à teſta
tore, qui alienationem ꝓhibuit, hoc
eſt ab ipſo primo inſtituente maiora
tum vel vinculum, eo caſu in rebus a-
lienari prohibitis. i. reſtitutioni ſubie
ctis, etiam alienatio neceſſaria cenſe
tur prohibita, prout eſt in caſu, vbi ne
ceſsitas alienandi pendet, vel proue-
nit à poſſeſſore vltimo rerum maio-
ratus, qui deliquit: & ſic per contra-
rium ſecus eſſet in ipſo prędeceſſore
qui inſtituit maioriam. Ad quod etiã
facit tex. in dicto. §. prædium. Et vltra
Alexan. in d. conſil. 23. accedit etiam
quod idem Alberi. eleganter decidit
in l.4. §. ſi ab ignoto, ff. d fideico. liber.
127 † ꝙ donans alicui bona, & cauens ex-
preſsè, ꝙ ſi contigerit ipſum donata-
rium cõmittere delictum propter qđ
bona ipſius delinquentis eſſent in fiſ
cum peruentura, donatio haberetur
pro infecta, eoque donatario poſtea
delictum cõmittente, talia bona nõ
confiſcabũtur virtute illius pacti vel
modi præambuli donationi adiecti.
Allegat ꝓ caſu. l. cum manuſata, § fin.
ff. de contrahen. empt. Addendus eſt
etiam Alex. bonus tex. in c. vno. ad ſi.
de inueſti. de re ali. facta, libr. feud. Ex
quo notat ibi Bal. ꝙ alienatio legis, ſi
ue ꝑ legem fieri permiſſa vel iuſta, nõ
videtur facta cum alteri⁹ præiudicio,
neq; in rebus ſuapte natura prohibi-
tis alienari. Quæ theorica bene ada-

ptatur ad id quod eſt dictum de con
fiſcatione bonorũ maioratus aut vin
culatorum non facienda, vltimo eo-
rum poſſeſſore delinquente: quando
inquam maioratus fuit inſtitutus vel
vinculũ illud iniectum à prædeceſſo
re ipſius. Nã illud expeditiſsimũ eſt,
128 † quòd ſi tale delictum confiſcatio-
nis productiuũ, vel inductiuũ cõmit-
teretur per illũmet prædeceſſorẽ qui
illum inſtituit, vel ſtabiliuit, talia bo-
na proculdubio confiſcarent̃ per fun
damenta ſuprà adducta, quæ ꝓbant
vtrũq; mẽbrum ſeu caſum. Et ita non
ſemel eſt allegatum & obtẽtũ in cau
ſis maximi põderis apud ſuprema hu-
ius reg. tribunalia. In ꝓpoſito aũt iſti⁹
primę cõcluſionis debet eſſe cautus
talis ſucceſſor in maioratu, vel bonis
vinculatis, facere inuentariũ tã de eis
q̃ de alijs bonis ſuis proprijs ac liberis,
vt cognoſcatur quomodo & quate-
nus teneri debeat ad onera & debita
prędeceſſoris ſiue immediati, ſiue me
Reſolutio. diati, vel remoti. Reſoluendo itaq; in
telligibilius hanc primã aſſertionẽ, di
cimus eam procedere de plano, quã-
do inſtituens maioratũ ſtabiliuit illũ
regia facultate præcedente vniuerſa
liter de omnibus bonis inter viuos,
p̃miſſa in tali facultate clauſula quæ
aſsiduè ponitur de ſtylo in talibus fa-
cultatibus, ſcilicet, vt poſsit maiorat⁹
per eundem inſtituẽtem reuocari ad
libitum vſque ad mortem, vel etiam
ſtabiliuit maioratum in vltima diſpo
ſitione, quod eſt idem quãtum ad ef-
fectum. Quibus duobus caſibus bo-
na illa reipa atq; effectu manent qu[illegible]
ad eum libera, ex quo non tranſeunt
irreuocabiliter in vocatum vel voca
tos ab ipſo ad eundem maioratum.
Si autẽ in facultate nõ fiat mẽtio prę
fatę reuocabilitatis, & inſtituat̃ ma-
ioratus vniuerſaliter virtute faculta-
tis regiæ præcedente: vel ſine ea, vir-
tute legum reg. ideſt Tau. de. 3. & re-
ſiduo. 5. bonorum partis inter viuos
tradita poſſeſsione vera vel ficta: & ſic
talis maioratus, vel melioratio vincu
lata, tranſit ſtatim irreuocabiliter in
primum vocatum. Et hoc caſu, ſi de-
bita poſtmodum fuerunt contracta,
vel delictum fuerit perpetratum per
talẽ inſtituentem, ſucceſſor erit im-
munis à ſolutione taliũ debitorum,
& a confiſcatione bonorum. Ceſſan-
te inq̃ fraude inſtituentis cõtra cre-
ditores eius vel contra fiſcũ: q̃a tunc
recurrendum eſſet ad materiam titu
lorum. C. & ff. quæ in frau. credi. & l.
poſt contractum, vbi plenè Bart. &
Docto. ff. de dona. Si autem meliora-
tio vinculetur per titulum inter vi-
uos abſque traditione, vel in vltima
volũtate, quod idem eſt quo adhoc,
quia vtroque caſu eſſet maioria reuo
cabilis, dicẽdum eſt vt in caſu primo.
Si autem debitum eſſet ante contra
ctum, vel delictum antè perpetratũ,
res eſt expeditiſsima, q̃ bonã, etiam
data irreuocabilitate maioriæ tranſi-
rent cum ſuo onere.

Secunda aſſertio reſolutoria eſt. 2. Cõcluſio.
Omnis ſucceſſor ĩ maioratu poſt pri-
mum inſtituentem illum, ſiue ſit ſuc
ceſſor immediatus, vel mediatus il-
lius contrahens debitum ob hono-
rem proprium, vel ob ipſius perſonæ
vel rerum propriam & priuatam vtili
tatem, non obligatur ad ſatisfaciẽdũ
creditori: niſi duntaxat de bonis allo
dialibus ſeu liberis proprijs & de fru-
ctibus maioratus: non autem de bo-
nis ipſiuſmet maioratus. De fructib⁹
inq̃. iã lectis p vltimũ poſſeſſorẽ deſũ
ctũ & p ipſum ſucceſſorẽ legendis, q̃
cõputãtur, & annumerãtur inter bo-
na libera & propria ipſiuſmet poſſeſ-
ſoris, q̃ eos collegit, & ſucceſſoris qui
debet ſuos legere, vt in l. codicillis, §.
inſti. vbi hoc tenet Pau. de Caſt. j. de
lega.



lega. 2. & in l. in ædibus, §. ex rebus, ff.
de donatio. cum alijs. s. per me addu-
ctis circa primũ intellectũ huius text.
nu. 15. per totũ. Sic itaq; iſte ſucceſſor
poſtremò inuitatus nõ tenetur ad ta-
lia debita eiuſmodi contracta per prę
deceſſorem ſuũ, eundemq; vltimum
poſſeſsorem, ſucceſsoremq; interme
dium poſt primũ ſtabilientem: neq;
ad contracta p ſe, niſi quoad bona ſua
libera ſeu allodialia, itẽ & quoad ea in
in quibus ſucceſsit ipſi poſſeſsori, vnà
cum fructibus ex maioratus bonis p
eum perceptis: quemadmodum te-
neretur talis prædeceſsor qui illa con
traxit, ſi vixiſset: non autem tenetur
ad debita prædeceſsoris eiuſdem vlti
mi poſseſsoris maioratus, ratione ipſo
rum bonorũ maioratus, neq; ratione
aliorũ propriorũ bonorum liberorũ,
vel allodialiũ, quæ ipſemet ſucceſsor
aliũde habebat: ſi conficiat inq̃ legiti
mè inuentarium de bonis liberis eiuſ
dem poſſeſsoris cui ſucceſsit.

Obiectio ſilens. Et ſi fortè obijciatur, q̃ imò per ac-
ceptationẽ hæreditatis bona omnia
libera talis hæredis confunduntur &
cõmiſcent̃ cũ bonis prędeceſſoris tã
allodialibus q̃ ſubiectis reſtitutioni,
& omnia efficiũtur propriũ patrimo-
niũ ipſius hæredis adeuntis, vt in præ
dicta l. ſed etſi plures, §. filio impuberi
129 Reſpon. j. tit. 1. Reſpondendũ † eſt, illud de cõ
mixtione bonorum intelligi debere,
quãdo vtriſq; bonis, tã in quibus ſuc-
ceditur, q̃ in his quæ ſuccedẽs habet,
ineſt eadẽ natura & qualitas: ſec⁹ aũt,
ſi diuerſa vel cõtraria natura vel qua-
litas inſit, prout eſt natura, quali-
tas & habitudo bonorum maioratus
quæ ſuapte natura ſubiacent reſtitu
tioni: & bonorum allodialium, quæ
ſuapte natura ſũt libera, & reſtitutio-
ni nõ ſuppoſita. Talia enim bona adin
uicẽ non cõmixcentur, neq; vniũtur
inſeparabiliter: ſed potius cõiungun-
tur & aggregant̃ inuicẽ ſeparabiliter:
cũ inter habentia inuicẽ diſsimilitu-
dinẽ difficilior ſit tranſit⁹ de vno in a-
liud, q̃ inter ſimilia, vt probatur ex l.
in rem, § itẽ quæcunq;, in verſi. [non
idem]. ff. de rei vendica. Et probatur
etiam à contrario ex l. 3. §. ſi. cum l. ſe-
quenti & ſequen. j. de bonorũ poſſe.
ti. gene. & l. ſi accepti latum, aliâs l. an
inutilis, §. acceptũ, ff. de accepti la. Et
ad rem noſtram ſpecialius probatur
ex l. 1. C. de teſta. mili. iuncta l. ſi duo-
bus, ff. eo. vbi inter bona caſtrenſia &
bona paganica militis nõ eſt locus iu
ri accreſcendi, propter inſitam à iure
illis vtriſq; bonis ſeparationem ratio
ne diuerſæ naturæ & originis eorun-
dem bonorum. Facit etiam tex. in ar
gumentum in cap. laicos, & in cap. lai
ci. 2. q. 7. & in cap. clericis, in princi. de
immunita. eccle. in. 6. His confert ꝓ-
pius & magis ſpecificè in propoſito,
quod notanter tenet Bal. in authen.
ceſſante, col. ſi. C. de legi. hære. quem
s. retuli, vbi ſingulariter dicit, q̃ Baro
nia eſt quid vniuerſale, prout eſt pe-
culiũ caſtrenſe. Quamobrem inquit,
quòd poteſt quis habere hęredem in
Baronia, & aliũ in patrimonio paga-
nico, id eſt extra ipſam Baroniam. Et
q̃uis in hoc vltimo dicto ſiue illatio-
ne mordeatur ibi p additionatorẽ al-
legãtẽ Imo. & alios, & quidẽ immeri
tò (quod modò nõ diſcutimus) tamẽ
ipſimet approbãt Bal. in primo dicto,
in quãtũ in eo præſupponit̃ bona ma
ioratus & allodialia inter ſe nõ cõmi-
ſceri, quin potius cenſenda eſſe diſtin
cta & ſeparata, velut bona caſtrenſia,
& bona paganica, & in ſpecie noſtra
& prope in terminis, q̃ quando bona
maioratus deuoluuntur ad ſucceſſo-
rẽ in eis vnà cum bonis ipſius liberis,
etiam ſi vtraque bona adeat, quòd
nõ commiſceantur inuicem, neque
confundantur: ſed ſtent de per ſe ſe-

parata: licèt in dominio ipſius ſucceſ
ſoris, aliter tamen, & aliter, tenet Iaſ.
in l. 1. ff. de acquirẽ. hęredi. & in l. vna
4. col. C. vnde vir & vx. & in rubrica
ff. ſoluto matrim. & Ripa in l. qui Ro
mæ, §. duo fratres, poſt prin. ff. de ver-
bo. oblig. & tradit clarius Cur. Iunior,
in propoſito text. in l. cohæredi. §. cũ
filiæ, ff. de vulga. & conſi. 101. num. 4.
volum. 1. licèt prædicta nõ afferat. Et
pro hoc vltra eum, & pręfatos Docto.
ſunt optimi text⁹ in l. irritum, C. ad l.
falci. ibi. [ Æris alieni loco. ] & in l. pa
ter filium, ꝑpe finem, ff. eo. & bonus
tex. in l. ſi Titius, in ſimili, ff de lega. 3.
Sed hęc reſpõſio (vt ad ꝑmiſſa redeã)
eneruat difficultatem circa non com
mixtionem bonorum liberorum ſeu
allodialium ipſius prędeceſsoris cum
bonis maioratus: non autem eorun-
dem bonorum liberorum cum alijs
bonis liberis eiuſdem ſucceſſoris, vel
econtra. Ideo quoad alia bona libera
prædictæ difficultati ſatisfaciendum
eſt alio modo: videlicet, quòd etſi in
ter bona teſtatoris libera & hæredis
adeuntis ſimiliter libera nõ poſsit ne
gari commixtionem fieri iuris rigore
attento: tamen confectio inuentarij
operatur effectu & reipſa ſeparatio-
nem bonorum propriorum, ſcilicet
liberorum hæredis à bonis liberis de-
functi: quia non tenetur vltra vires
hæreditarias ad debita & onera ab eo
dem defuncto deſcendentia, vt in l.
fin. in princi. & in. §. etſi præfatam. C.
de iure delibe. vbi Bartol. Bald. &
Doctores notant. & in ſpecie Alexã.
Iaſ. & Corn. ponderant iſtud priuile-
gium inuentarij vnorum bonorum
ab alijs bonis (etiam eiuſdem naturæ
& qualitatis) ſeparatiuum: & pro-
pterea ſuperius nume. 127. feci vim
in confectione inuentarij ab hære-
de explicanda. Quod etiam decla-
rat eleganter Bald. in l. debitori, C. de
pactis. Et ſic patet verum eſſe quod
prædixi, ſcilicet ſucceſſorem imme-
diatum vel mediatum ſiue remotum
in maioratu poſt primum inſtituen-
tem illum prædeceſſori ſuo ſuccede-
dere in ius hæreditarium vniuerſa-
le allodiale ſeu liberum ſimul, & in
ius vniuerſale ipſius maioratus: non
autẽ teneri efficaciter ex contractu il
lius, vel ex ſuo proprio, neque obliga
re cæteros ſucceſſores poſt ſe quoad
maioratus bona: licèt ſeipſum & eos
obliget quoad bona allodialia, ea-
demque libera ipſius prædeceſſoris
proximi & immediati, inter quæ bo
na paulò ſuprà annumeraui fructus
& cæteras obuentiones rerum maio
ratus, quę fuerunt inquam percepta
in vita ipſius defuncti prædeceſſoris
poſſeſſoriſque vltimi, & remanſerũt
coniuncta & adglutinata (vt ſic di-
cam) cæteris bonis liberis per ſucceſ-
ſorem vltimum in ſuo patrimonio re
lictis. Hoc denique addendum ope
ræ erit pretium, quòd ſi ſucceſſor in
maioratum vltimus agnita ſucceſſio
ne bonorum maioratus, repudiet bo
na libera prædeceſſoris immediati, in
nihilo tenebitur ad exolutionem ta-
lium debitorum vel onerum per eun
dem prædeceſſorem contractorum:
ſed tenebitur pro ſuis proprijs debi-
tis đ bonis ꝓprijs liberis. De qua repu
diatione bonorum liberorum & agni
tione bonorum maioraus, & è con-
trario tradidi aliâs pleniſſimè, & qui-
dem ſolidè atque exactè in relectio-
ne, quam feci de l. prima. ĵ. de acqui.
hæredi. ibi petendum erit quod hîc
deeſt circa iſtum articulum.

Et iuxta hanc ſecundam conclu-
ſionem reſolutoriam cum præceden
te conſiderandum eſt, quòd iſte re-
motus inferiorque ſucceſſor reſpectu
bonorum maioratus, quem maiora-
tum (vt ſuprà eſt ſæpius traditum)
conſe-



conſequitur à primo ac principali au
thore eodemq; ſtabiliẽte ipſum, quã-
quam non ſit niſi improprijſsimè hæ-
res reſpectu eorundem bonorũ ma-
ioratus quoad quencunq; ſucceſſo-
rem intermedium, id eſt inter ipſum
ſucceſſorem & primum ſtabiliẽtem:
poteſt tamen quoad eum, ideſt remo
tum ſtabilientem prædeceſſorẽ ipſi⁹,
item quoad immediatum, cui modò
130 immediatè ſuccedit, † (ſi ab eo inquã
maioratus proceſsit & fuit ſtabilitus
ac fundatus) conferri ſeu comparari
cuidam quaſi vniuerſali iuris ſucceſ-
ſori, putà fiſco in alterius bona ſucce-
denti. De quo in l. 3. §. cùm ex cauſa.
vbi glo. ff. đ iure fiſ. & ĩ l. 2. C. ad l. Iul.
de vi publica. Vel patri, quando de iu
re. ff. occupabat bona filij iure pecu-
lij. vt in l. 2. ff. de caſtren. pecu. & not.
per glo. & Docto. in l. non ſolum. §. ſi-
ue filij. ff. de in integrum reſti. Vel do
mino, cũ ab eo libertus reuocat᷑ in ſer
uitutem, vt ſeru⁹ redigatur ipſiuſmet
qui ab eo prius fuerat manumiſſus,
vt in eadem l. non ſolum. §. patroni.
Vel monaſterio, quando ſuccedit in
locũ monachi, vt not. per gloſ. & Do-
cto. in d. authen. ingreſsi. C. de ſacro
ſan. eccle. Vel ei qui ſuccedit in pecu-
lium ſerui vnà cum ipſo ſeruo, vt in l.
hinc igitur. §. poteſt. ff. đ pecu. Vel pa-
tri adoptiuo, in quem tranſit domini
um & poſſeſsio omnium bonorum fi
lij adoptiui, vt in l. ſi adoptauero, ſecũ
dum ſupplетionem Doctorum. ff. de
preca. Quod trahitur hodie ad patrẽ
arrogatorem, vt in. §. ſed hodie. inſtit.
de adoptio. & l. fi. C. eo. & iſtum caſũ
tangit etiã Bal. in d. l. non ſolum, de in
integ. reſti. Qui omnes ſucceſſores di
cuntur quaſi vniuerſales, & ſic quaſi
iuris ſucceſſores, cùm ſuccedãt in bo
na prædeceſſorum quodammodo v-
niuerſaliter ſeu iure quaſi vniuerſali.
Sicq; iſte vltimus ſucceſſor in maiora

Attem. plures ſpecies ſucceſsionũ vniuerſaliũ, etiam nõ hęreditariarũ.

tu eſt propriè hæres prædeceſſoris im
mediati reſpectu bonorũ allodialiũ,
quæ libera appellam⁹. Reſpectu verò
bonorum vinculatorũ ſeu maiorat⁹
ſuccedit primo ſtabilienti, repręſen-
tatq; ipſius perſonam, prout eſt dictũ
in concluſione, licèt non ſit propriè
& exactè ipſius hæres, tũ quia primo
ante ipſum fuit ali⁹ ſucceſſor vocat⁹:
tum quia ſuccedit in bonis maiorat⁹,
quę habentur principaliter iure ſan-
guinis, vt ſuprà ſæpe eſt dictum, tamẽ
ſufficit ad prædictum effectum, eum
eſſe quaſi iuris ſucceſſorẽ, & ſic habe-
ti ꝓ hęrede vniuerſali quoad oĩa one
ra & debita illius primi ſtabiliẽtis ſub
eunda, vt eſt iam dictũ in concluſio-
ne pręceden. Quas ęquiparationes in
diſcurſu (licèt nõ ita diſtinctim) facit
Lucas de Pen. recitans dicta Iaco. de
Belui. in loco ĵ. allegando, nu. 137. Et
ante eum Oldra. in prædicto cõſi. 94.
& Albe. cũ adverbũ referens in codẽ.
§. diſcipuli. ŝ. alleg. in prœmio dige-
ſtorũ. Sic itaq; vltimus ſucceſſor eſt
improprijſsimè hæres, & quaſi nudo
noĩe in bonis maioratus reſpectu prę
deceſſoris eiuſdẽq; intermedij ſucceſ
ſoris primi. Sed quo ad primũ ſtabiliẽ
tẽ, ſiue ſit remotus, ſiue immediatus,
eſt quaſi hęres, ac ſortitur effectus hæ
reditarios.

Tertia aſſertio reſolutoria. Omnis 3. Conclu.
ſucceſſor in maioratu, ſiue proximus
ipſi authori, qui ſtabiliuit eum, ſiue re
motus, ſiue remotiſsimus eidẽ ſtabi-
lienti, tenetur ad quæcunq; debita ꝑ
quẽuis intermediũ prædeceſſorẽ ma
ioratus contracta cõtẽplatione & gra
tia ipſius dignitatis maiorat⁹, hoc eſt
ad ipſius tuitionẽ neceſſariã vel vtilẽ,
id eſt vel ad rerũ ipſius cõſeruationẽ
neceſſariã, ne pereãt: vel vtilem, vt au
geant᷑, aut melius adſeruentur, & con
ſeruentur. Quibus caſibus quilibet
ſucceſſor tenetur etiam quoad bona

 maioratus

maioratus ſeu ſtatusvinculata, vt pro
batur in eodem cap.1.de ſolutio. vbi
ſucceſſor in eccleſia non tenetur ad
debita contracta per prędeceſſorem:
niſi pro eccleſiæ vtilitate. Ad illa nã-
q; debita bene tenetur, vt ibidem di-
citur in cap.ſequen. & vtrobique per
gloſ.& Docto. ſignanter per Andre.
Sicu.Barba.ad mediũ eiuſdem capit.
primi, & not.gloſ.& Docto.in capi.ſi.
in parte [debitis] de offi.ordi. lib. 6.&
Ioã.de Imo.in l.ſi filiofamil.§. vltimo.
ſ.ſolu.matri.Bald.in l. 2. appoſitione
3.C.de libe.præte. Oldra.conſil.146.
cuius initium, Quæritur vtrum mor
tuo epiſcopo.Pau.conſi.54. exordiẽ-
te, Quia exceptiones, primo volumi-
ne. Arct.in l.ciuitas.verſi. circa quar-
131 tum.ff.ſi certum peta. † Et per illum
tex.in d.cap.primo, ita ſolet practica-
Notãda ſũt ſequẽtia ad c.1.de ſolu.
ri. Ad cuius primi capi.deciſionem di
cit Bald.in capi.1. qui ſucce.te.li.feu.
quòd quando prælatus rite cõtrahit,
ipſa eccleſia dicitur contrahere, ſic in
Adaptatio ad materiã maioratus.
ſucceſſore maioratus à ſimili videtur
etiam dicendum quoad ſucceſſorem
in illo ſequentem, videlicet ꝙ eo con
trahente in prædictas cauſas neceſſi-
tatis vel vtilitatis ipſius maioratus vel
rerũ eiuſdẽ, eadẽ met dignitas maiora
tus videatur contraxiſſe. Imò fortius
Panor.extendens illius capi.primi de
ciſionem in capi. ex præſentiũ, ad me
dium, de pigno. inquit, ꝙ non ſolum
ſucceſſor in dignitate in prædictis ca
ſibus tenetur ad debita per prædeceſ
ſorem contemplatione eiuſdem di-
gnitatis contracta, ſed etiam quando
eſſent contracta ob neceſſitatem ꝓ-
priæ perſonæ eiuſdem prædeceſſoris:
idem tenet Panor.met.in eo. capit. 1.
de ſolu.dicẽs ſe ita in facto pluries re-
Atten.
ſpõdiſſe. Sed iſtud adaptatum ad ma-
teriam noſtram maioratꝰ videtur in-
telligi debere ſanè, quoad bona libe-
ra ſucceſſoris, vel quoad fructꝰ bono-
rum maioratus, nõ autem quoad bo-
na ipſius maioratus, id eſt eorum pro-
prietatem: niſi eſſent debita contra-
cta per primum inſtituentem ipſum
maioratum, quia tunc indifferenter
ex quacunq; cauſa fuiſſent cõtracta,
quiuis ſucceſſor teneretur quotocũ-
q; gradu & loco etiã remotiſsimo ipſi
ſtabilienti eſſet cõſtitutus, vt ſ. in pri-
ma cõclu.fuit dictum. Sed circa iſtud
Reiteratur circa idẽ cõſideratio.
adhuc eſt cogitandũ, quia imò videt,
ꝙ ſi debitum fuit contractum ob in-
euitabilẽ neceſsitatẽ cuiuſcunq; poſ-
ſeſſoris ipſius maioratus, bona eiuſdẽ
maioratus videntur teneri, vt in alijs
terminis ſed ſimilibus ſuprà proximè
dixi Panor.tenere. Et ſecundum hoc
illud quod ſuprà fuit dictum in ſecun
da concluſione debet intelligi in de-
bito cõtracto ex voluntate vel ob de-
licias, vel etiam ob vtilitatem ipſius
poſſeſſoris: ſecus ſi propter neceſsitatẽ
perſonæ ipſius, vrgentẽ inq̃ aut prçci
ſam vel ineuitabilem. Hoc tamen pẽ
det ex verificatione puncti per Bald.
& Doctoꝝ. traditi in authen. res quæ.
Vi. infrà in verſi. regrediendo. &c.
C.cõia de legatis.& per Alex. Soci. &
Iaſ.in l.Marcellus.§.res quæ.ĵ.ad Tre-
bel.dum diſcutiunt, an hæres vel gra
uatus poſsit res ſubiectas reſtitutioni
alienare ob propriam ipſius neceſsi-
tem, puta alimentorũ ipſius, vel ob ꝑ
ſonæ ꝓpriç excarcerationem, vbi in
effectu Docto. concludunt, ꝙ ſi perſo
na grauata alias prælata per inſtituen
tẽ maioratũ vel fideicõmiſſum vincu
latũ erat talis, quã pater idemq; inſti-
tuens tenebatur alere, vt quia filiꝰ vel
deſcendẽs, hoc caſu bene poſsint ob
hanc cauſam talia bona reſtitutioni
ſubiecta alienari per talẽ ſucceſſorẽ
ob debitum cõtractũ contẽplatione
perſonæ ipſius, vt tenet Bart.in ſimili
in d.authen.res quę.8.q.iuncta decla
ratione Soci. ꝑ modũ rationis poſita
in d.§.res quæ.col.1.quã refert Curtiꝰ
in



in ea.authentica.nu.30. & tenet etiã
Iaſ.in dicto.§. res quæ, in verſicu. Am
pliа iſtam fallentiam. Volunt ergo hi
Docto. aliud eſſe in alio hærede gra-
uato, quem grauans non tenetur ne
132 ceſſariò alere. † Subditque Curtius i-
Cõis.
bi, communem eſſe Doctorũ opinio-
nem in dubitatione, quam Bar.ibi re
liquit indeciſam, ſcilicet, quod bona
reſtitutioni ſubiecta non poſſint alie
nari ꝓ redẽptione ꝑſonę grauatę &
cõdẽnatæ propter delictum. Secun
Atten.
dum quę videntur debere intelligi
ea quę prędixi, videlicet quod ſi poſ-
ſeſſor maioratus idemq; grauatꝰ poſt
mortem ſuam reſtituere ſequenti in
gradu, contraxit debitum ob ipſius
ꝓpriam & verã neceſſitatem, puta ꝓ
alimentis proprię perſonę, vel ob ali-
am ſimilem honeſtam neceſſitatem
vrgentem & ineuitabilem, in qua for
te fortuna incidit, & ſic citra delictũ
ſuum, vt putà ob redemptionem ſuę
perſonę captę ab hoſtibus, & eſt talis
perſona, quam inſtituens maioratũ
teneretur alere, vt quia filius vel de-
ſcendens, ſicut eo caſu teneretur ad
eiuſmodi debitũ ea ratione. ſ. neceſ-
ſitatis perſonę grauatę eiuſdemque
prędeceſſoris intermedij cõtractum
etiam pro viribus bonorum maiora-
tus, ita etiam teneretur ſucceſſor ipſiꝰ
idemq; poſſeſſor vltimus, ſi per ipſum
in eius vita non fuit hoc ſatisfactum.
Secus eſſet ſi in talem neceſsitatẽ ex
delicto ſuo vel ex alio exceſſu incide-
ret, & ita intelligãtur, quę ſupradicta
Atten.
ſunt, niſi clauſulę maioratus repu-
gnẽt, prout ſępe repugnare videmꝰ.
Quod ſi ita eſt, tenori clauſularũ de-
rogantium prędicta ſtari debet. Eſt
enim præ omnibus & ante omnia te
nor maioratꝰ vniuerſalis auctoritate
regia, vel particularis vinculi iure re-
gni conſtructi attendendus & obſer
uandus, vt aliàs dicitur de inueſtitu-
ra feudi. Nam maxima in feudis pro
133 trita & fundamentalis eſt, † quod an-
te omnia inſpiciendus eſt tenor inue
ſtiturę, quia ille derogat omni iuri &
omni naturę feudali, vt in cap.primo
in illis verbis [propter tenorem inue-
ſtiturę] in titu.de duobus fra. à capit.
inueſti.& ibi Bal.ad id notat illum &
dicit eſſe textum egregium, quòd te
nor inueſtiturę derogat omni feudo
rum naturę. Quod eſt menti mandã
ret diſtractio vel alienatio, vt ſuprà eſt
dictum. Quando inquam ob dilatio-
nem in impetrãdo regiam licentiam
periculum rei perditionis ſeu perem-
ptionis immineret, ſed ſufficeret licẽ-
tia iudicis præmiſſa cognitione ſum-
maria, per informationem teſtium
quam vocant. Quòd ſi tam ampla fue
rit prohibitio alienationis, vt etiam
extendat ſe ad huuc caſum, in dubio
quærenda eſt licentia principis ad fa-
ciendam talem alienationem, etiam
in cauſam prædictam. Dixi in dubio,
nam apud me non eſt expeditum an
inſtituens maioratum eam potuerit
adijcere, cùm vt prædixi in effectu ſit
contra ſubſtantiam, ſubſiſtentiam, &
valorem ipſius actus conſtructionis
maioratus, quem integrum in perpe-
tuum vult eſſe: & apponendo prædi-
ctam clauſulam inſtituens permit-
tit in effectu maioratum minui, &
paulatim deſtrui, & ad nihilum re-
digi.

Neque eſt credibile Principem
talis clauſulæ appoſitionem appro-
baſſe in generali licentia vel facul-
tate quam concedit, vbi ex com-
muni ſtylo ponitur, quòd impetrans
poſſit facere & conſtruere maio-
R 3 ratum

ratum, &c. cum omnibus vinculis
clauſulis & conditionibus & prohibi
tionibus,quæ & quas voluerit appo-
nere.&c.Nam non eſt veriſimile ſub
tali verborum inuolucro voluiſſe cõ-
cedere,q apponantur tales conditio
nes & prohibitiones contra ſubſtan-
150 tiam actus:imò & contrarias & per-
plexas reſpectu eiuſdem actus, prout
eſſet prædicta prohibitio,ne res maio
ratus alienent in cauſam omnino ne
ceſſariam,ſcilicet ne pereant.

Septima aſſertio.Quando maiora
tus eſt inſtitutus non de omnibus bo
nis neque de certa quota bonorũ,ſed
ſolum de eo quod ſuperfuerit tẽpo-
re mortis ſucceſſoris primi vel ſecun-
di vel tertij vel alterius ex ſequentib9
gradatim vocatis,& aliquis eorũ præ
ter primum inſtituentem contraxit
debita,ſi conſtet eiuſmodi debita fuiſ
ſe contracta contemplatione maio-
ratus vel ſuæ perſonæ vel ſui patrimo
nij,res diuerſimodè dirimetur ſecun
dum ea quę in præcedentibus aſſer-
tionibus tradita fuere. Tamen in om
nimodo dubio.ſ. q neſciatur,qua cõ-
templatione fuerint contracta,viden
tur debere ſolui pro rata vtriuſq; pa-
trimonij,hoc eſt pro rata patrimonij
liberi vel allodialis ipſius ſucceſſoris,
qui ea contraxit,& pro rata fructuum
rerum maioratus vel vinculatarum.
Quod videtur probari ex textu not.
iuncto eo quod Barto. ibi dicit in l.
Titius rogatus, §. Diuus, in verſ.ero-
gationes.j.ad Trebel. & iuncta decla
ratione Ioan.de Imol.Paul.de Caſtr.
& Alexã.ibidem. Super quo tanquã
re dubia, eſt cogitandum, quia fortè
non procederet in practica:vide.j̃. in
Reſolu. Epitomica.
verſ.et reuera.Sic ergo per ſuperiora
patet,quòd ad hoc vt debita contra-
cta per ſucceſſorem quencunq;,eun-
demq; poſſeſſorem maioratus pręter
primum inſtituentem ſoluantur per
ſucceſſorem ſequentem in gradu ex
fructibus rerum maioratus oportet
conſtare,talia debita fuiſſe contracta
contemplatione maioratus vel rerũ
ipſius.Ergo non conſtito de hoc, ceſ-
ſat intentio creditoris,qui contraxit,
cum prædeceſſore contra ſucceſſorẽ
in ijſdem bonis,† quia actor fundans
ſe in aliqua qualitate tenetur eam ꝓ-
bare punctuatim:aliâs ſuccumbit.gl.
fina.in l.eum actum.vbi notant Bar.
& ordinarij .ff.de nego. geſt.& idem
tenent ipſemet Barto.Paul. de Caſtr.
Alexã.& Iaſ.in l.non ſolum,§. ſed vt
probari,ff.no.oper.nun. Quod etiam
deſumitur ex l. non ignorat.C.q. ac-
cuſa.non poſſ.quæ in id cum alijs cõ-
plicibus paſsim allegat.Et ſic in caſu
dubio nõ debet teneri niſi quo ad bo
na propria libera in quibus ſucceſsit
ipſi poſſeſſori,qui debita contraxit ſi
confecit inuentarium.Et reuera d.l.
Titius,vt ad eam redeam, ſi rectè pen  Redit ad l. Titius rogatus.
ſiculetur,non poteſt ad illum caſum
quãdo maiorat9 fuit inſtitutus de bo-
nis quę ſuperfuerint tempore mortis
ſucceſſoris rectè adaptari.Nam idem
iuris reſpectiuè videtur eſſe in caſu
iſtius aſſertionis,quod eſt,quãdo ma
ioratus eſt vniuerſalis. Et eadem di-
ſtinctio eſt adhibenda vtrobique: vi-
delicet an conſtet,debita eſſe cõtra-
cta contemplatione maioratus, nec-
ne. &c. vt eſt traditum in præceden-
tibus.Et ex his aſſertionibus apparet,
quid ſit tenendum in prædicta quin-
ta ſubillatione, quam ſuprà feci cir-
ca illum articulum quotidianum de
ſolutione debitorum contractorum
per poſſeſſorem bonorum maiora-
tus facienda, vel non facienda per
ſucceſſorem in eodem. Quem arti-
culum non inuenio enucleatum per
aliquem ex modernioribus Hiſpa-
nienſibus, quem viderim: quibus ta
men incumbebat eiuſdem diſcuſio:
cùm



cùm iſtæ ſucceſſiones maioratuũ pr̨e
ter ac contra iuris communis regulas
in his regnis paſsim inoleuerint, & in
dies magis ac magis eas non ſine no-
xia priuatorum increbreſcere vide-
mus. Sed quia experimento edoce-
mur eas vergere in fauorem publi-
cum & augmentum & conſeruatio-
nem familiarum, nimirum ſi indies
ſuccreſcunt.Eſſet tamen adhibendus
modus & fręnum imponendum per
ſonis humilibus & obſcuri generis
quanquam diuitibus,ne videlicet ma
ioratum conſtruant, cùm per eam
viam indirectam velint nobilibus
adæquari.Ideoq; bene eſſet,eis dene-
gari licentias, quæ multotiens conſi-
milibus conceduntur.

Redit ad eãdem l. 1. C. ſi cer. peta.
His quæ ſuprà tradita ſunt in quin
ta aſſertione in intellect.l.primæ.C.ſi
cert.petatur. Colophonis vice ad-
151 dendum non abs re duximus, † quòd
cum temporibus illius .l. nondum
fuiſſet adinuentum beneficium in-
uentarij,quod poſtea fuit introductũ
per l.fina. C.de iure delibe. quæ mul-
to tempore poſt dictam l. primam,
fuit condita per Iuſti. Nam dicta l. pri
ma eſt Imperatorum Seueri & Anto
nini, qui fuerunt multis diebus ante
Iuſtinianum, nullum ſuberat incon-
ueniens, quod poſſet eſſe creditori-
bus pręiudiciale, quòd hæres inſtitu-
tus pro parte & melioratus,non tene-
retur pro modo pręlegationis ſeu me
liorationis,quia ſi cohæres ipſius, pro
ut & ipſe,adibat, vterque tenebatur,
reſpectiuè tamẽ quoad portiones hæ
reditarias ad totum debitum, modò
debitum ſuperaret prædictas portio-
nes,modò non.Quia ante prædictam
l.fina. hæres ſiue inſolidum ſiue pro
parte hæres ſcriptus tenebatur vltra
vires hæreditatis.l. more noſtræ ciui-
tatis,cum alijs.ff.de acquiren.hæredi.
Si verò alteruter eorum repudiabat,
alius cõſequebatur partem ipſius per
ius accreſcendi, & ſic habebat totam
hæreditatem, & conſequenter tene-
batur ad ſolidam æris alieni ſolutio-
nem.Sed cùm hodie hæres per bene-
ficium inuentarij non teneatur niſi
pro rata bonorum parte, in quibus
ſuccedit,& non vltra,poſſet reſultare
inconueniens, quòd ſi vterque hęres
tam melioratus quàm non meliora-
tus faciat inuentarium, & bona non
ſufficiant dibitis ſoluendis,niſi melio-
ratus teneretur ſoluere pro modo me
liorationis,non poſſet ſatisfieri credi-
toribus in totum, in caſu vbi æs alie-
num ſuperaſſet bona hæreditaria.
Ideo in iſto articulo puto conſidera-  Conſideratio reſolutoria per aſsignationẽ quatuor caſuũ.
ri debere quatuor caſus.Primus, quã-
do hæres melioratus confecit inuen-
tarium, & cohæres non melioratus q  Reſolutio p quatuor caſus ĩ itel.l. 1. C. ſi cer. pe. conſideratæ ſcd̃m ius hodiernũ quo vigent confectio inuentarij & ipſius effectus.
adiuit,minimè. Quo caſu primus te-
nebitur pro rata parte, in qua ſucceſ-
ſit,& alius cohæres,qui adijt non con
fecto inuentario, tenebitur etiam vl-
tra vires inſtitutionis ſuę ad comple-
mentum ſolutionis totius æris alieni.
Secundus caſus è contra, quãdo me-
lioratus agnouit ſuam inſtitutionem
vnà cum melioratione ſeu pręlegatio
ne,non tamen fecit inuentarium, ſed
alius cohæres non melioratus fecit il-
lud,& tunc eſt idem per contrarium,
quod in caſu præcedente. Et neutro
horum caſuum habetur reſpectus ad
prælegationes. Tertius caſus, quan-
do neuter hæres fecit inuentarium,
& tunc vterque hæres tenebitur vl-
tra vires ſuæ inſtitutionis viriliter ad
totum debitum perſoluendum, &
non conſideratur etiam melioratio
alteri eorum facta prout neque in
caſibus ſuprà proximis. Quartus ca-
ſus, quando vterque adijt confecto
per vtrunque inuentario, & eo caſu
cùm vnuſquiſque teneatur ſolum-
modo pro viribus ſuæ inſtitutionis

& non vltra, ſi bona vtriuſq; inſtitutionis non ſufficiant ad ſolutionẽ totius debiti hæreditarij, melioratus debet neceſſariò facere ſuppletionem & ſatisfacere quoad reſiduum quod reſtabat ſoluendum, pro rata inquam ipſius meliorationis, id eſt quoad vires ipſius. Nam quemadmodum quã do repudiat inſtitutionem, & agnoſcit meliorationem per prædictam l. Taurinam ob inconueniens illud reſultans videlicet præiudicij creditorum, tenetur ad debita defuncti pro rata meliorationis, ita & eodem modo eſt dicẽdum eadem vel pari ratione in caſu illius l. primæ iuncta diſpoſitione dictæ l. fina. diſponentis circa beneficiũ inuentarij. Præſertim quia (vt ſuprà dixi) quando hæres melioratus adit, habet medietatem meliorationis iure hæreditario. Sed quia de hoc ibi quoad hunc effectum non curaui, ideo dicendum eſt, quòd etiam ſi illam medietatem non haberet iure hæreditario, tamẽ ob inconueniẽs prædictum quod poſſet reſultare in perniciem creditorum, videretur feciſſe inuentarium in fraudem eorundem, quemadmodum & repudiationem de ſua inſtitutione retenta melioratione, videtur aut præſumitur feciſſe in fraudem creditorum hæreditariorum, vt ſuprà dixi in caſu prædictæ l. Taurinæ. Et iſta ſunt notãda ad prędictam l. primam ſuppoſito pro vero, vt dixi, quòd non loquitur in caſu l. Tau. neq; per illam eidem derogatur in aliquo, non tantum non corrigitur. Deliberãdum de his relinquo, quia non reperio ea alibi tacta, & tamen arbitror eſſe de mente ac penetrabilibus iuris.

Attẽ. aduertenter vtpote nouum & ſingulariter ſignandum.

Atten.

FINIS.



# EPITOME RESOLVTORIA IN prælectionem legis hæredem, ff. de lega. ſecundo.

)?(

1 Recitãtur in frontiſpicio uerba. l. formalia, ſubijciturq; è ueſtigio paraphraſis, intentionis legis dictatoris demonſtratiua.

2 Legis partitio ultra Doctores ex ordine intellectus deducta.

3 Summa legis, recidens in idem cum ſumma Bar. licèt per alia uerba.

4 Intentio proceſſus ſeruandi in ſequenti relectione per diſcuſſionem. 5. articulorum.

5 Intellectus illorum uerborum in princip. poſitorum [hæredem obligare tibi poſſum] ad alias materias conſimiles haud parum conducibilis, utpote aperiens quamplura recondita circa effectus ex aditione reſultantes.

6 Per aditionem hæreditatis uidetur hæres dediſſe retro fidem defuncto de adimplenda ipſius uoluntate.

7 Inde fluit hæredem obligari naturaliter, ad integram legatorum ſolutionem.

8 Et quòd uno contextu aditionis, hæres non ſolũ cenſetur ſeſe legatarijs obligare: ſed etiam uidetur retro obligatus ei fuiſſe per quandam fictionem promiſſionis imaginariæ: nam eo ipſo quòd adit, lex fingit eum præſtitiſſe fidem defuncto de eius uoluntate exequenda, ut ſuprà eſt dictum. Et iſtud in ordine intellectus eſt prius: illud autem poſterius.

9 Actio, quam uocant ex teſtamento, unde & quo modo oriatur, & quòd aptius denominaretur propter teſtamentum.

10 Dictio, propter, deſignat cauſam remotam: & dictio, ex, proximam.

11 Hæres ante aditionem cenſetur obligatus ſecundum quid, & ſic ſub illa conditione tacita, ſi hæreditatem adierit.

12 Actio prædicta ex teſtamento fluit ex quatuor cauſis, uidelicet duabus remotis: itẽ & duabus proximis ſeu immediatis, ut hic traditur per exempla tam apta, quàm expedita.

13 Agnoſcens commodum à lege, uel etiam ab homine ſibi delatum, uidetur ſeſe aſtringere omnibus oneribus illi inhærentibus.

14 Quaſi contractus ex aditione reſultans, non producit nouam actionẽ contra debitores hæreditarios ſi hæres qui adijt fuit creditoris, ſed antiqua extenditur in fauorem hæredis adeuntis. Et pari ratione, extenditur antiqua in præiudicium hæredis debitoris qui adiuit: non autem oritur de nouo.

15 Hinc manat notabilis effectus circa præſcriptionem actionis inchoatam per debitorem contra creditorem. ut ibi.

16 Prædicta extenſio actionis operatur, ut quandoq; hæres debitoris ad quem extenditur teneatur in minus, quàm debitor principaliter tenebatur.

17 Ex quaſi contractu inſurgente facta aditione, producitur obligatio paſſiua ex teſtamento uel propter teſtamentum, contra hæredem etiam pro legatis conditionalibus: licèt actio non competat legatario contra hæredem hæredis illius á quo fuit relictum ſub conditione, qui deceſſit ea pendente, niſi eadem purificata: prædicta tamen obligatio eſt impropria, ut infrà nume. 22.

18 Defunctus eſt actuum humanorum incapax, cũ mors omnia ſoluat.

19 Fictio non trahitur ad impoſſibilia de natura, neque de iure probibita.

20 Sufficit, extremum ad quod fit retrotractio per fictionem tranſlatiuam de tempore præſenti ad præteritum, eſſe habile in ſola potentia, etiã in genere.

21 Non inconuenit, dari circa idem concurſum duarum fictionum, quando una reſultat ex alia, & ex ipſius conſequentia ſuboritur, & ei ſubordinatur. Idemq; eſt, ubi ambæ fictiones tendunt in unum, & eundem effectum, ſeu ſcopum: etiam (quòd eſt fortius) ſi ex eodem fonte manent: uel procedant.

22 Obligatio quæ utrinq;, id eſt reſpectu utriuſque extremi, tam actiuè quàm paſſiuè, non obligat, eſt impropria & abuſiua, quapropter hæres ex promiſſione facta teſtatori obligatur ei, & exinde legatario, & uiceuerſa legatarius habet contra eum obligationem actiuè ſiue actionem.

23 Ex promiſſione hæredis facta teſtatori de ipſius uoluntate exequenda datur actio legatario cõtra hæredem, & ſic eo caſu uoluntas ultima tranſit in uerũ contractum actionis productiuum: qualiter autẽ agatur, traditur hîc.

24 Hæres adeundo comprobat uoluntatem defuncti, qui eum grauauit, item & ab eo recepit promiſſionem de implenda uoluntate ipſius in præſtando legatum uel fideicommiſſum legatario uel fideicommiſſario.

25 Imperſonalitas non uitiat ultimam uoluntatem, quia ſemper in dubio hæres cenſetur grauatus.

26 Teſtator ita liberè poteſt diſponere de re hæredis, prout de ſua ipſius teſtatoris propria, & iure ciuili, & canonico attento.

27 Poteſt teſtator rem futuri hæredis alieri obligare, uel nomine hyppothecæ ſupponere, ut propriam

potuiſſet, & ſequuta aditione hæredis inducitur ratificatio eiuſmodi obligationis realis ſiue hyppothecariæ, factæ per teſtatorem.

28 Quemadmodum hæres in dubio per teſtatorem imperſonaliter diſponentem cenſetur (ut eſt dictum) grauari: eodem modo cenſetur per teſtatorem honorari.

29 Etſi hæres grauari nequeat ultra quàm ſibi fuerit à teſtatore relictum, tamen ſi hodie non conficiat inuentarium, tenetur in ſolidum creditoribus & legatarijs defuncto: quia ex non facto ſuo culpabili grauatur, non autem teſtatoris.

30 Et hæredem ab inteſtato in uniuerſum, uel ex parte ſucceſſurum poteſt teſtator grauare onere legati ſeu fideicommiſsi & eum obligare legatario, uel fideicommiſſario.

31 Quòd diſponens ab inteſtato grauando ſucceſſores, cenſeatur eiſdem hæreditatem reliquiſſe, & in ea eos honoraſſe, eſt fictio, contra quam probatio minimè admittitur, prout eſt regulare in alijs fictionibus.

32 Etſi diſponens reputet ſucceſſores ab inteſtato indignos, non ideo minus admittendi ſunt ad inteſtati ſucceſsionem.

33 Fictio non poteſt operari pluſquam ueritas in eodem caſu operaretur.

34 Voluntas quam inteſtatus fingitur habere erga uenientes ab inteſtato, cuius prætextu poteſt eos grauare, eſt, aut cenſetur eſſe permiſsiua, non autem diſpoſitiua, etiam ſi illi ſuccedant de iure prætorio tantũ, per bonorum poſſe. limitatur hoc ſtatim.

35 Non dicitur nolle, qui uelle non poteſt.

36 Inteſtatus poteſt grauare ſucceſſuros eidem proximos, non autem ulteriores. limitatur hoc ſtatim.

37 Quemadmodum teſtator poteſt grauare hæredẽ, eum obligando legatario: ita & obligare poteſt hæredem hæredis: quin etiam ſufficit hæredem indefinitè obligare, ut hæres hæredis cenſeatur etiam obligari legatario.

38 Hæredis appellatio, ex propria & exacta ſignificatione uocabuli, continet hæredem hæredis.

39 Quanquam conditiones ſint in propria & ſpecifica forma implendæ: nihilominus conditio illa, ſi hæredi dederit, purificatur, ſi ille cui fuit appoſita dederit hæredi hæredis.

40 Lapſus Iaſonis in allegatione quorundam iurium ad Corinthios: ſed tetrior lapſus Decij, qui loquutus eſt contra ea, ſed excuſatur Decius, & taxatur And. Tiraquel.

41 Si quis petat hæreditatem Titij, tanquam hæres ipſius, & probet ſe eſſe hæredem hæredis ipſius Titij, & ſic hæredem eius remotum, & proximum hæredis ipſius, nihilominus in actione intentata pro hæreditate hæredis Titij intermedij inter eũ & Titiũ.

42 Declaratur præmiſſa, quando hæres intermedius non adit, neq; repudiat, ſed tranſmittit.

43 Is in quem fit tranſmiſsio per hæredem intermedium de hæreditate prædeceſſoris defuncti, dicitur propriè illi defuncto ſuccedere, ſeu eſſe hæres: licèt per medium, ſiue organum intermedij tranſmittentis. Secus eſſet, ſi hæres intermedius adijſſet, quia hæres ipſius eſſet hæres primi impropriè ſeu largiter.

44 Vni duo hæredes eſſe inſolidum nequeunt, prout neq; domini.

45 Si teſtator mandet hæredi facere monumentum, uel ſacellum, ſub certa pœna, qui hæres decedat intra tempus deliberandi, hæres tranſmiſſarius tenebitur ad pœnam, ſi illud non faciat, utpote uerus & immediatus hæres teſtatoris, contra Bald.

46 Quando teſtator diſponit per illa uerba, quiſquis mihi hæres erit, uidetur deſignare primum hæredẽ, quaſi proprio nomine.

47 Intellect. ad l. mulcta non committitur: infrà de condi. & demonſtra.

48 Dictio, meum, adiecta in obligatione quam teſtator facit de hærede, qui eſt caſus huius text. dum dicit, hæredem meum obligare. &c. impedit obligationem uel grauamen tranſire in hæredẽ hæredis: quia deſignat perſonalitatem, ſeu demonſtrationem perſonalem.

49 Nomina poſſeſsiua, meum, tuum, ſuum, ſignificãt tempus præſens.

50 Quando fit demonſtratio perſonæ hæredis, diſpoſitio non tranſit ad illius hæredis hæredem. Quæ demonſtratio etiam fit, dicendo ſuprà ſcriptum, uel infrà ſcriptum hæredem. Idem ſi hæredis mentio facta fuiſſet per illud nomen ipſius, quia eſt demonſtratiua ad oculum.

51 Dominus extraneus ex una cauſa uel titu. non poteſt fieri dominus ex alia.

52 Dominium plenum eſt unicum ſeu unum numero: ideoq; non eſt multiplicabile.

53 Multiplicatio legatorum facta per teſtatorem, nõ refertur ad legata de ſpeciebus per eundem relicta.

54 Imò ſi ſpeciatim per eum talia legata ſpecierum multiplicarentur, talis diſpoſitio multiplicatiua eſſet inualida, quia legatarius nihilominus non conſequeretur legatum ſpeciei, niſi ſemel.

55 Quemadmodum rei corporalis plenum dominiũ non recipit concurrentiam alterius perſonæ reſpectu totius dominij uel partis eiuſdem inſolidũ, pariter & fortius non poteſt dari concurrentia, uel multiplicatio eiuſdem dominij circa eandem perſonam.

56 Res mea non poteſt mihi obligari, neq; in totum, neq; in partem.

57 Intelle. l. huiuſmodi. §. ſi Titius, ſuprà titu. 1. & §. ſi res aliena, inſti. de lega.

58 Poteſt quis inſtituere filium ſpurium in tempus, cum, uel ſi, uel quando legitimabitur. Concors, & ferè omnium communis opinio. uide omnino infrà numero. 71.



59 Idem ſi talis diſpoſitio non conferatur expreſsim in tempus futuræ legitimationis: ſi tamen ex poſt facto contingat per principem ex certa ſcientia eum legitimari. De qua re infrà in prædicto nume. 71. ubi ſpeciatim iſtud declaratur.

60 Si pater in teſtamento prætereat filium, hoc modo, non inſtituo, neq; exhæredo filium meum, ſed ma nere eum præteritum, ſi ipſe teſtamentum approbauerit, eo poſtea approbante, teſtamentum confirmabitur.

61 Idem effectu, ac re ipſa importat diſponere, ex die certa in futurum, uel pro futuro tẽpore, ut exinde incipiat ualiditas diſpoſitionis: & ſic quòd dies ſit terminus à quo, quod ponere diem ad initium diſpoſitionis exequutiuum, ut poſt eam diſpoſitio ceſſet, & ſic dies ſit terminus ad quem.

62 Ratio ad l. hæreditas ex die. ff. de hære. inſti.

63 Diſpoſitio ultima condita per inhabilem ad teſtãdum, ut filiumfa. uel ſeruum uel pupillum, eſt nulla, etiam ſi ſit uel reperiatur habilis tempore mortis, item etiam ſi talis teſtator inhabilis teſtetur errore ductus putans ſe eſſe habilem, licèt non ſit.

64 Eiuſdem eſt artificij eandem rem uel obſcurè, uel clarè tradere.

65 Cauſa efficiens, potiſsmũ eſt rei principiũ ideoq; illa deficiente, impoſsibile eſt tam naturaliter, quàm ciuiliter, ea quæ poſt principium debent ſubſequi, poſſe ullatenus ſubſiſtere. uide ſtatim in numeris ſequen. 67. 68. 69.

66 Differentia elegans in hac materia inter uoluntatem teſtamentariam & codicillarem.

67 Habilitas perſonæ debet actum qui geritur omnino præcedere, neq; ſufficit, aut ſuffragatur actui eam ſubſequi.

68 Quando ſubeſt defectus actiuè ex parte perſonæ agentis, & ſic cauſæ efficientis, inſpicitur initium diſpoſitionis: quapropter diſpoſitio quæ ab initio ea ratione eſt inualida, ſemper ac perpetuò permanet inualida.

69 Deſtructo, uel non ſubſiſtente principio, corruũt principiata.

70 Differentia inter inhabilitatem diſponentis abſolutam, ſiue generalem reſpectu omnium, ut quia non poteſt teſtari circa aliquem, & inhabilitatem coarctatam ad certas perſonas, circa quas ſolas non põt teſtari.

71 Inſtitutio facta de filio ſpurio per patrem habilem ad teſtandũ, ſimpliciter id eſt non collata in tempus capacitatis, conualeſcit ſequuta poſtea legitimatione principis retrotractiua ad tempus natiuitatis, ut quia per eam reſtitutio fieret ad natalia.

72 In legato facto per patrem filio ſpurio non eſt opus, quòd conferatur in tempus permiſſum legitimationis, ſi tamen ſubſequatur re ipſa ante mortem teſtantis.

73 Vbi inſtitutio facta de ſpurio confertur in tẽpus habile, legitimatio confirmat inſtitutionem ſi ſuperueniat etiam ante mortem teſtatoris: ſi tamen collatio fiat per uerbum, quandocunq;, etiam confirmaretur inſtitutio, eſto quòd habilitas. i. legitimatio ſuperueniret poſt mortem patris teſtantis.

74 An ſponſalia, uel matrimoniũ inter perſonas prohibitas poſsint, uel poſsit contrahi ſub illa conditione ſi Papa diſpenſabit, traditur hic, & reſoluitur per diſtinctionem.

75 Monachi teſtamentum etiam ſub conteſtatione quum fuerit habilis, ab eo conditum, eſt omnino inualidum.

76 Agitur hic abundè de intellectu l. ſi ita quis in princip. infrà iſto tit. uſq; ad uerſicu. conſequitur. 4. excluſiuè.

77 Si hodie uxor contrahat abſq; licentia uiri, etiam ſi conferat diſpoſitionem in tempus matrimonij diſſoluendi, poſteaq; diſſoluatur, nihilominus talis contractus à principo manet ex poſt facto nullus.

78 Omnis forma à iure uel ſtatuto introducta ad alicuius actus confectionẽ in dubio cenſetur, uel debet cenſeri ſubſtantialis, uel de eſſentia actus.

79 Lex loquens per abnegationem potentiæ, putà nõ poteſt, uel non poſsit, inducit neceſsitatem.

Item important ſolennitatem, ibidem.

Item ubi lex remouet potentiam ab actu, redditur actus nullus, ibidem.

Et per talia uerba, lex uel ſtatutum cenſetur reſiſtere actui ab ipſo initio.

80 Quemadmodum per mortem non licet uxori præſertim ſperare caſum, aduerſamq; fortunam uiri: ita neq; per diuortium.

81 Ratificatio facta per uxorem poſt ſolutum matrimonium de contractu per eam pridem confecto conſtante matrimonio in euentum diſſolutionis operatur duntaxat ex nunc, & non ex tunc.

82 Si impubes teſtetur conferendo habilitatem in tẽpus pubertatis, qua ſuperueniente ipſe obijt, nihilominus teſtamentum manet nullum: neq; poteſt conualeſcere, quia lex reſiſtit initio ob ipſius conſilium imbecille.

Item quando impedimentum inſurgit à perſona, inſpicitur initium, ibidem.

83 Intelle. ad l. qui ex liberis, §. teſtamen. de bono. poſſe. ſecundum tab.

84 Data habilitate in diſponente, poteſt diſpoſitio cõferri in tempus habile in fauorẽ cuiuſcunq; quauis ratione incapacis, & adueniente capacitate ſortietur effectum.

Non

85 Non poteſt pater meliorare filiũ illegitimum, conferendo diſpoſitionem in tempus futuræ legitimationis neq; in tertio neq; in reſiduo quinti bonorũ, quæcunq; fuerit legitimatio, excepta illa quæ fit per ſubſequens matrimonium, per quam tales legitimati adæquantur in omnibus & per omnia filijs legitimè natis.

86 Clauſula omni meliori modo, appoſita per patrẽ in inſtitutione facta per eum de filio ſpurio, quid operetur.

87 Quem itidem effectum importet collatio illa in tẽpus capacitatis, tẽpore intermedio anteq̃ ſpurius eã adipiſcatur: & ſic conditione pendente traditur hîc plenè, & utiliter.

88 Prohibitus adminiſtrare tanquam hæres, prohibetur etiam adminiſtrare alio quouis prætextu uel colore quæſito.

89 Non poteſt pater conſtituere in teſtamento filiũ ſpurium etiam nudum miniſtrum bonorum ſuorũ.

90 Declaratur l. cogi. §. hi qui ſolidũ. infrà ad Treb.

91 Inſtitutio facta per patrem de filio ſpurio, eo addito, quòd eum inſtituebat, contemplatione alicuius tertij, qui ucriſimiliter illa bona non ſit accepturus, non ualet.

92 Id quod eſt ad uitam alicuius duraturum, cenſetur in dubio eſſe perpetuum.

93 Concluditur contra cautelam Iaco. de Areti. & communem.

94 Intelle. ad l. ſi alienum, §. in extraneis de hære. inſtitu.

95 Paria ſunt, legem ſtatuere aliquid de beneuolentia, uel dicere, quòd eſt ſpeciale in caſu in quo loquitur.

96 Intell. ad l. hæreditas ex die de hære. inſti.

97 Intelle. l. Gallus in prin.

98 Reſolutio intel. huius l. fundatur in illa iuris regula, paria eſſe aliquid fieri tempore permiſſo, uel prohibito & conferri in permiſſum. Quæ maxima, uel regula uariatur, ſeu exemplificatur hîc pluriſariam, quoad diſpoſitiones ultimarum uoluntatum, cũ moderamine de quo hîc.

99 Intellect. illius regulæ: res mea non poteſt mihi legari, etiam ſi ex poſt facto mea efficiatur, quæ tamen tempore legati mea non erat, quod ibidem ſubintelligitur.

100 Traditur hîc plenè de intelle. §. ſi quis ſeruum. l. in bello, ff. de capti. cum illationibus & adaptationibus ad qq. retentis terminis legum regiarum.

101 Quæſtio notabilis circa leges regias loquentes de retractu.



# RELECTIVNCVLA SCHOLASTICA IN L. HÆREDEM, DE LEGATIS SECVNDO P. PERALTÆ Iuris Cæſarei Doctoris Salmanticenſis.

AD cunctipotentem, eundemq; rerum omnium opificẽ ſummũ huiuſce literarij exercitamenti initiũ, progreſſum metãq;, humilimo corde totoq; (vt aiunt) pectore referẽs, rẽ ipſam adorior. Hãcq; prelectiunculam illa de cauſa huic legi breui in contextura, ſteriliq; in materia adaptaui quo apertius labores noſtri auditoribus inſinuarẽtur. Nãq; hiſce temporibus gratiora ac magis ingenioſa cenſentur, quæ proprio parantur labore, quàm quæ ex cõgeſtione variæ lectionis ſcriptorum in vulgus eduntur, difficile ſiquidem inuenire, inuẽtis autẽ ſupaddere facile vulgo reputatur. Suſcipiant ergo viri eruditiſſimi has noſtras lucubratiunculas ea lege, vt eorum arbitrio ſincerrimo, atq; elimatiſsimo, vel ſtent, vel cadant. Auditores autem noſtros, quibus ſemper pro virili complacẽre, nec non ex parte omni ſatisfacere pre me tuli, rogatos velim æqui boniq; rem ipſam conſulant, aliaq; longè doctiora, eorumq; vſibus largius profutura, alacri animo, pronaque voluntate de meipſo in poſterum ſperent. Lex itaque quã pro molimine hodierno relegendam ſumpſimus, habet ſitum. 31. lib. Pandectarum ſeu digeſtorum &. 7. huius voluminis, ſub tit. de legatis. 2. Incipitque. Heredem meum. &c.

¶ *Legis verba formalia.*

HÆredem meum tibi obligare poſſum, ita vt ſi quãdocunq; ego moriar tuus ſeruus Stichus non erit dare tibi eum damnas ſit.

1 HÆredem], †ſiue ex teſtamẽto, ſiue ab inteſtato, ſiue in ſolidum, ſiue ex parte, nec non ſiue vniuerſalem ſiue particularẽ, item ſiue immediatum, ſiue mediatum, nec non ſiue directum ſiue obliquum identidem ſiue nominatum, ſiue innominatũ ſeu anomalum, deniq; ſiue iuris ciuilis ſiue prætorij ſucceſſorem [tibi obligare poſſum.] Cenſetur etenim ipſum obligaſſe grauando eum, vt per ipſum hæredem adita poſtmodũ hæreditate idẽ videatur retro conſenſiſſe obligationi indictæ ſeu iniunctæ ſibi per teſtatorem in onerando ipſum hæredem. [Ita vt ſi quandocunq; ego moriar.] ſuſpenſiuè teſtator hic diſponit in tẽpus obitus ſui, ſed idem eſſet ſi poſt ipſius mortem eundem conditionis euentum contuliſſet, vtpote in tempus habile facta collatione. [Tuus ſeruus Stichus non erit.] Erat ergo ſeruus legatarij teſtamenti conditi tempore ſecundũ communia, vel fortè teſtator dubitabat an eſſet legatarij nec ne, eaque ratione ſic diſpoſuit, ſecundum

*Expoſitiones textuales.*

cundum Oldra,relatũ ab Albe. quod
vtrunq; bene procedit.
2 † Lex iſta nõ diuiditur, ideo forſan
quia cõtinet vnicam deciſionem, ſub
vno & eodem verborum contextu
vnaq́; compage incluſam, ſed in ordi-
ne intellectus rectè poteſt diuidi in
duas, vt in earum prima ponatur deci
ſio concernens potentiam teſtatoris
circa grauamẽ ſeu obligationem hę-
redis: in ſecunda ſub ſchemate modi-
ficatiuo ſubiungatur deciſio prioris
amplificatiua, poteſtq́ue aliter quàm
per Doctores ſummari hoc modo.
3 † Hæres poteſt per teſtatorem gra
Epitome. uari in præſtatione rei legatarij pro-
priæ, quæ ipſius legatarij deſinat eſſe
mortis teſtatoris tempore.] Quę ſum
ma in idem recidit cum ſumma Bart.
4 † Procedã in hac relectiũcula ſcho
laſtica, annuoq; exercitamento litera
rio, ordine aliâs per me in conſimili-
bus actibus haud præmeditatò. Nãq;
ante omnia in modum præuiæ cuiuſ-
dã inſpectionis fundamentalis ver-
ſabo interpretationem text. in ipſius
principio ſeu prima particula.i. priuſq̃
Iurecõſultus tranſeat ad deciſionem.
Nam quum eandem primam particu
lam, hucuſq; per ſcribentes minimè
explicatam offenderim, germanis, ge
nuiniſq; ſenſibus expoliendam atq; il
luſtrandam impræſentiarum è re du-
xi. Deinde ſubiungam intelligẽtiam
text. in ſecũda ac principali ipſius ora
tione, ſub qua clauditur legis ſenten-
tia & deciſio. Quibus explicitis proſe
quar impugnationes & propugnatio
nes concluſionis noſtræ: ipſamq; pro
virili quoad vtrunq; membrũ diſcu-
tere nitemur: ex cuius diſcuſſionis re-
ſolutione ſubdeducam illatiuè non-
nulla ad aliorum iurium intelligen-
tiam conducibilia & omnino non cõ
temnenda, tandem reſoluam difficul
tates ſubiecta aſſignatione concluſio
num reſolutiuarum. &c.
5 † Intellectus itaq; iſtius l. vltra ſcri-
bentes in illis verbis, [obligare tibi
poſſum] variari poteſt dupliciter, pri-
mò vt ſit ſenſus, quòd teſtator grauã-
do hæredem obligat cum legatario
hoc modo, quòd hæres poſtea adeun
do ex illo quaſi contractu cenſeatur
ſeipſum obligare, ac ſi defuncto teſta-
tori fidem ſuã tempore iniecti graua-
minis aſtrinxiſſet, & obpignoraſſet
de adimplẽdo ipſius voluntatem: ſic
ergo teſtator obligat hæredem tanq̃
ex aditione futura obligãdũ ipſi lega-
tario, & quaſi ſibi teſtatori ex quadam
imaginaria fidei aſtrictione obligatũ
retro ex aditione. vt probatur ſingula
riter ex text. notabi. in pluribus locis
in l. ſi ſponſus, §. fina. ff. de dona. inter
vir. & vxo. ibi, [magis pleniore officio
præſtandæ fidei functum maritumq́;
donaſſe videri] & ibi, [quòd plerique
magis fidem exoluunt.] & ibi, [volun
tatem ſequuti.] & ibi [hîc enim verè fi
dem exoluit, voluntatem teſtatoris
obſequutus.] ex qua litera ſecundum
6 Sali. ibi deducitur notabiliter, † q; per
aditionem hæreditatis videtur hæres
dediſſe fidem defuncto de adimplen
do voluntatem ipſius: ex quo ſecun-
7 dum eum ſequitur, † quòd hæres obli
gatur naturaliter ad ſolutionem lega
torũ integram: quod pro nunc non
examino. Ad idem vltra Salic. eſt tex.
optimus in l. patrem, ibi, [& plenam fi
dem & debitam pietatem ſequutus.]
ff. quæ in frau. cre. quam l. in ſuo caſu
dicit non eſſe alibi Bald. in rub. C. de
his quæ in frau. cre. col. fi. & eſt etiam
text. in l. debitorẽ, ſtatim ſequẽti ibi,
[ſed magis fideliter facere] & in l. 1. C.
ad l. falci. ibi. [Quo pleniorem fidem
reſtituẽdæ portionis exhiberes.] qua
ratione fundamentali innituntur o-
mnia iura loquentia in materia graua
minum quæ per teſtatores hęredibus
iniun-



iniungũtur, tam vniuerſalibus quàm
reliquis ſucceſſoribus, prout inferius
explicabitur: & eadem ratione inniti
tur hæc prima particula iſtius legis, in
qua ideo dicitur, quòd teſtator poteſt
hæredem ipſius obligare legatario,
quia hæres adeundo non ſolum per
quaſi cõtractum aditionis videtur ſe
obligaſſe legatario de ſoluẽdo ſibi le-
gatum. vt in l. apud Iulia. in fin. ff. qui.
ex cauſis in poſſe. eatur. vbi Barto.
Alber. Ange. & Rapha. Cuman. id
notant, & ponderat etiam notatq́ue
Areti. in rubri. ſ. de acquiren. hære. &
eſt tex. in. §. hæres, inſtit. de oblig. quæ
ex quaſi contractu naſcun. Verùm e-
tiam imò principalius cenſetur dediſ
ſe ſeu aſtrinxiſſe fidẽ ipſi teſtatori de
ipſius voluntate per eum adimplen-
8 da. Et ſic reſultat mirabile, † q; vno cõ
Mirabile. textu aditionis, non tantum hæres ſe
obligat, vel cenſetur obligaſſe legata
rijs, ſed etiam teſtatori: tamen ex ordi
ne intellectus per pri⁹ videtur ſe obli-
gaſſe ipſi teſtatori, & per poſterius ip-
ſis legatarijs: & quia obligatio quaſi
contracta cum defuncto per prædi-
ctam aditionem eſt quodãmodo po-
tentior & primitiua cauſa, inquit iſte
tex. quòd teſtator hæredem ſuum gra
uãdo ipſum obligat legatario. Quod
etiam & apertius dicit text. in l. ſed ſi
ſic infrà titul. primo. in illis verbis.
[Nec recipiendum eſt, vt cui nihil de
deris, eum rogando obliges.] Quaſi te
ſtator cenſeatur præcepiſſe hęredi, vt
legatario obligetur: & ſic aditione hę
reditatis per hæredem poſtea explica
ta per eam videtur hæres paruiſſe te-
ſtatori, & eidem fidem ſuam retro
aſtrixiſſe de ſoluendo rem legatam
ipſi legatario: & cõſequenter videtur
ſeſe obligaſſe legatario met ad eiuſdẽ
legati præſtationem: & ſic per vnum
& eundem actum aditionis vt dixi hę
res fingitur obligari duobus: vni vide
licet teſtatori principaliter & primi-
tiuè retrò inquam: & alteri, ſcilicet le
gatario conſequutiuè & ſecundario,
9 ex nunc. † Sicq; actio ex teſtamento,
quæ competit legatario contra hære-
dem, oritur ex illo quaſi contractu
aditionis inducentis in hæredem du
plicem obligationem paſſiuam, ſcili-
cet tam reſpectu defuncti, quàm re-
ſpectu legatarij, & vtraque obligatio
inſurgit ex illo ficto conſenſu hære-
dis ex aditione reſultante. Nam cùm
hæres adeundo agnoſcat grauamen
ſibi iniunctum per teſtatorem, vide-
tur ſibi & conſequẽter legatario pol-
liceri de adimplendo illud: ſic ergo
actio, quam ex teſtamento vocant,
quæ legatario competit contra hæ-
redem, non oritur immediatè ex te-
ſtamento, ſed ex quaſi contractu per
aditionem inducto: vnde propriè di-
ci poſſet actio propter teſtamẽtum,
vt teſtamẽtum ſit cauſa remota quæ
10 deſignatur † per dictionem, propter,
vt in l. vna, in princip. cum gloſ. C. ſi
ſer. exte. quàm ex teſtamento, &
ſic vt teſtamentũ dicatur cauſa proxi
ma, quæ deſignatur per dictionẽ ex,
vt in l. 1. §. ex incẽdio, ff. de incẽ. rui.
& naufra. ab ſpeciali, & in l. ex eo tem
pore, ad fin. ff. de pecu. hæres ergo per
oneris impoſitionem ſibi factam per
defunctum ſequuta aditione, cenſe-
tur de præterito ſe obligaſſe tam ipſi
defuncto, quàm legatario vel fidei-
commiſſario, in cuius fauorem onus
fuit appoſitum eo modo & ordine,
11 quos ſuprà dixi. † Et ante aditio-
nem cenſetur obligatus conditiona
liter, ſi adierit, vt in l. tertia. ſ. titul.
primo, incipien. hęc verba. & ſequu-
ta aditione illa conditio purificatur,
& manent prædictæ obligationes (vi-
delicet primitiua hæredis ad teſta-
torem, & ſecundaria eiuſdem hære-
dis ad legatarium) purificatæ vel pu-
ræ. Ex

12 ræ.Ex quibus ſubtiliter patet, † quòd
actio ex teſtamento habet quatuor
cauſas,duas remotas.ſ.voluntatem te
ſtatoris in teſtamento deſignatã per
oneris appoſitionem, & aditionẽ hæ-
redis ſubſequutam: & iſta ſubordina-
tur primę remotiori. Item duas proxi
mas, videlicet obligationem paſſiuã
duplicem ex parte hæredis, vnam per
prius quoad teſtatorem, & aliam per
poſterius quoad legatarium inuicem
vtrãq; ſubordinatam,vt.ſ̃. dictum eſt:
quæ omnes cauſæ producunt media-
tè & immediatè actionem perſonalẽ
ex teſtamento:& iſtæ duæ vltimæ in-
feruntur ex actu aditionis, quæ eſt re-
mota cauſa earum reſpectu, vt prædi-
xi.Confirmãtur ea quæ prædicta ſunt
de volũtate obligatoria hęredis adeũ
tis tacitè elicita ex ipſa aditione per
text.notabi. in ratione ſui in l. ſi duo
ſunt hæredes.ſ̃.de acqui.hære.ibi[qui
enim ſcit aut ſcire potuit illo abſtinẽ-
te oneribus fore implicitum ea condi
tione adire videť.] Ex quo tex. notãt
13 ibi Bald.Pau.& Aret.† quòd acceptãs
commodum à lege vel ab homine ſi-
bi delatum videtur ſeſe obligare o-
mnibus oneribus illi commodo co-
hærentibus. Ad quod etiam eſt bo-
nus text.in l.2.in fin. ff. de legi. hære.
14 Illud non omiſerim, † quòd quanuis
aditio hæreditatis, etiam reſpectu cre
ditorum,inferat quendam quaſi con
tractum hæredis ad illos, vt in dicta l.
apud,in fin.& in d.§.hæres. tamen nõ
producit nouam obligationem ipſis
creditoribus, ſed permanet antiqua
obligatio,quæ propter repræſentatio
nem extenditur paſſiuè contra ipſum
hæredem debitoris, vt declarat ſing.
Rapha.Cuma.in dicta l.apud Iulianũ,
in fi.in.2.nota.neq; vllus ſcribẽtiũ ibi
quos viderim, hoc tangit. Sed addo
Barto.idem volentem in hærede cre-
ditoris, & ſic in caſu è contrario, vbi
punctatim vrget eadem ratio correl-
lationis, nihil itidem allegantem ad
id in l.qui in aliena, ad finem princi-
pij,in verſi.[quidam ſunt actus etiam
ſolennes.]ff.de acquiren.hæredita.&
ſic obligatio quæ actiuè competebat
defuncto creditori cõtra debitorem
vel qua paſſiuè tenebať debitor,eadẽ
per fictionem extenditur ad hæredẽ
eius creditoris actiuè & paſſiuè cõtra
hæredem debitoris. Itaq; licèt ex illo
aditionis quaſi contractu noua obli-
gatio non oriatur,tamen priſtina ex-
tenditur ad eum qui non fuit à prin-
cipio obligatus, id eſt ad hæredẽ ipſi⁹
obligati,id eſt debitoris, vel ad hære-
dem eius cui erat quęſita obligatio,id
eſt creditoris. Quod etiam tenet idẽ
Rapha.in conſi.176. fina. colũ.in ver.
ſupereſt,incip.ſtatuto Papien.
15 † Hinc eſt, quòd cùm actio noua
non naſcatur, præſcriptio cepta per
debitorem contra creditorem conti-
nuabitur contra hæredem credito-
ris,vt ex tunc, & non inchoabitur, vt
ex nunc:& ſic facilius perficitur,ſi de-
bitor vtatur contra hęredem credito
ris iure acceſſionis temporis lapſi an-
te ipſius creditoris obitum, cum tem
pore lapſo poſt obitum eiuſdem con-
tra ipſiuſmet hęredem,prout iure or-
dinario poteſt vti,vt in l. Pomponius.
per totam,ff. de acqui. poſſe. quàm ſi
de nouo inchoaretur. Quod etiã po-
teſt adaptari ad ius exequẽdi compe-
tens defuncto vel contra defunctum,
legis Taurinæ.63. authoritate.j̃. tem-
pus decennij, reſpectu hæredũ ipſius
defuncti obligati, item & defuncti
creditoris.

Effectus p̃fatæ declaratiõis Rapha.

16 † Hinc etiam eſt,quòd etſi ſit eadẽ
actio illa quæ hęredi competit nunc,
& quæ defuncto competijt: quia ta-
men ad hæredem per fictionem eſt
extenſa,vt eſt dictum, hęres quando-
que tenetur ad minus quàm defun-
ctus

Alius effectus.



ctus tenebatur,vt per gl. ordi.in l.hoc
iure,§.fin.ff.de regu.iur.Et iſta poteſt
eſſe ratio illius glo.nota.quæ tenet, ꝙ
licèt tutor teneatur de dolo, lata cul-
pa & leui,non tamen eius hæres tene
tur de leui, vt in l.1. C. de hære.tuto.
Et idem dicit eſſe in alijs quaſi cõtra-
ctibus generaliter. Et ad hanc exten-
ſionem gloſ.illa eſt ſingu. notanda,&
cõcinnit affabrè ad rem noſtram, vbi
tractatur de aditione, id eſt de quaſi
contractu.

Gloſ. ſingu.

17 † Redeundo ergo ad actionem ex
teſtamento pro legato competẽtem,
quæ oritur eo quem dixi modo,ſed tã
tum ad legata pura, vt dixi & conclu-
ſi,non etiã ad conditionalia,licèt obli
gatione paſſiua hæres interim tenea-
tur,etſi pẽdente cõditione moriať re
linquit ſimiliter hæredem ſuum eo-
dem modo. i. conditionaliter obliga-
tum.vt poſt Pet.declarat Ioã.de Imo.
non obſcurè in l.legato ſub conditio-
ne vbi eſt tex. apertus & omniũ in iu
re optimus.j̃.de condi. & demonſtra.
in quantum prædictum eſt, ꝙ per adi
tionem,& ſic per quaſi contractũ,hæ
res cenſetur aſtrinxiſſe fidem defun-
cto. &c. obſtant aliquæ difficultates,
quarum prima eſt.Nam ſecundũ hoc
ſequeretur, quòd in fictione retro-
tractiua vel tranſlatiua de tẽpore adi-
tionis ad tempus conditi teſtamenti,
& ſic ad tempus iniuncti grauaminis,
non darentur extrema habilia requi-
ſita,quin in tali fictione requiritur ha
bilitas extremorum,vt tenet Bar. in l.
ſi is qui pro emptore.3.oppoſi. primæ
partis,ff.de vſucapio.Nam ſi in noſtro
propoſito diceremus,quòd per aditio
nem,quam hæres nunc explicat,vide
retur retro dediſſe fidẽ defuncto, ſe-
queretur, quòd extremum ad quod
18 ſit retrotractio, eſſet inhabile, † quia
defuncto non poteſt dari vel aſtringi
fides,quum ſit actuum humanorum

Atten. Obiectio. 1.

incapax, vt in l. qm̃ indignũ, in ver.
[ſeminecis,]cum glo.C.de teſta. & in
l.penul ff.quæ ſen.ſine appe.reſcin.&
in l. prima, C. de ſacroſan. eccle. & in
l.defuncto,cum traditis ibi per Ange.
Ioan.de Imo. ff. de publi.iu. & in l.in
ſumma,§.fin.ff.de re.iu. ex quo mors
omnia ſoluit, vt in authen. de nup.§.
deinceps,colla.4.& retrotractio, vt di
19 xi non eſſet poſſibilis, † cùm fictio nõ
trahatur ad ea quæ ſecundum natu-
ram non ſunt poſſibilia, ſecundũ glo.
ordi.in l.Gallus,§. ſi eius, gloſ.mag. ad
fin.ſ̃.de libe.& poſthu.quam adducit
Bar.in d.l.ſi is qui pro emptore,in.1.&
3.qq.principalibus eiuſdem legis. Et
inſuper fictio non trahitur ad tempus
à iure prohibitum glo.ordi. & ſingu.
in l.talis ſcriptura.ſ̃.titu.primo,quam
Bal.commendat in l.Paulus.ff.de ſta-
tu ho.& ſic videtur difficultas vrgere.
Sed ad hoc reſpondetur, quòd quã
do hæres adit, fingitur retro fidem de
diſſe defuncto,non poſt mortem, ſed
in vita ipſius.i.tempore quo condidit
teſtamentum,in quo ipſum hęredem
grauauit: quod quidem tempus voca
tur extremum ad quod:& ſic fingitur
quum modò adit, tũc temporis retro
agnouiſſe grauamen ſibi iniunctum
cũ ficta pollicitatione vel promiſſio-
ne de adimplẽdo illud: & ſic nullum
eſt inconueniens fingere ex nunc.i.
à tempore vitæ hæredis adeuntis re-
tro ad tempus vitę teſtatoris.i.quo te-
ſtator fuit viuus, quia illud bene po-
20 tuiſſet eſſe poſſibile,& ſatis eſt † extre
mũ,ad quod ſit retrotractio per hanc
fictionem eſſe habile in potentia,quã
quam non ſit habile in actu, licèt in
extremo à quo requiratur habilitas
eſſentialis vel actualis, ſecundũ Bart.
in eadem.3.oppo.primæ partis, & in
3.oppo.ad verſi.quòd ſi ſeruus,& in d.
3. quæſt.prin. Imò (quod eſt fortius)
ſufficit potentia in genere, ſecũdum

Reſpon.

Arc.in l.cùm hęredes,§.1.ff.de acqui.
poſſe.& in l.eandem in prin.poſt Bar.
ibi.ff.de duo.re.Sed cùm (vt eſt prædi
ctum) hîc detur potentia in extremo
ad quod, nam potuerat fieri quòd in
vita teſtatoris promiſiſſet ei hæres de
adimplendo onus ſibi impoſitum: igi
tur difficultas præfata non obſtat.

Secunda difficultas.

Altera difficultas contra pręmiſſam
intelligentiam ſeſe vltro exhibet, quę
eſt, quòd ea intelligentia attenta dare
tur concurſus duarum fictionum. Pri
ma, quòd hæres per illam aditionẽ vi-
deretur retro dediſſe fidẽ defuncto: ſe
cunda, quòd per eandem aditionẽ vi-
deretur ſeſe obligaſſe fideicõmiſſario
vel legatario, cuius contemplatione
onus fuit ſibi.i.hæredi per teſtatorem
impoſitum, quod eſt cõtra. l. primam
C.de dotis promiſsione, & contra l.cũ
poſt.§.gener, ff.de iure.do. & cõtra ea
quæ in hoc puncto tradit Barto. in ea
dem l.ſi is qui pro emptore vlt. quæ-
ſtione, de concurſu plurium fictionũ

Reſpon.

21 Sed ad hanc reſpondetur primò, †
ꝙ in propoſito iſto vna fictio venit in
conſequentiam alterius, & oritur ex
alia: ideo non inconuenit eas concur
rere, vt probatur in §.ſed ſi ab hoſtib9,
inſti.qui.mo.ius patriæ pot.ſol.& in l.
cum duæ, ff.de capti.& in l.ſub condi-
tione, vbi etiam id notat Bart.ff.de ſo
lu.ante finem primę col.& notat Bal.
in l.1.ad fin.C.quãdo li.ab emp.diſce.
vbi allegat text.ſecundum vnũ intel
lectum in l.ſingularia, in fi.ff.ſi cer. pe
ta.nam in intelligentia.s̃.aſsignata ad
iſta verba huius legis. ſ. [obligare tibi
poſſum] illa fictio ꝙ videatur hæres ꝑ
aditionẽ dediſſe fidẽ defuncto, eſt an-
tecedẽs, ex qua ſequitur & oritur alia
velut conſequens.ſ. ꝙ fingitur ſe obli
gaſſe legatario vel fideicõmiſſario ad
præſtationem legati vel fideicõmiſsi,
ad quam faciendam non cenſeretur
per fictionẽ obligari niſi pręceſsiſſet
prima fictio, quæ eſt ꝙ videretur vel
fingeretur acceptaſſe onus ſibi per te
ſtatorẽ iniunctũ, & præſtitiſſe ſibi fidẽ
de eo adimplendo: & ſic vna eſt ante-
cedens ad aliã, & alia eſt conſequens
ad aliã, & oritur ex ea, & eidẽ ſubordi
natur: & conſequenter optimè con-
currunt, & contrariũ nõ habet obſta-
re. Quam cõcluſionẽ tenet etiã idem
Bal.in d.l.prima. C. de dotis promi.&
in l.1.col.pe.C.de pactis, & in l. ſecun
da, in fi.C.de fruct. & litium expen.&
domi.in cap.non omnes.2. q.7.ad idẽ
text.in l.ſeruus cõmunis Meuij, ff.de
ſtip.ſeruo.quam Bald. allegat in dicta
l.prima de dotis promiſſ.

Vel ſecundò reſpon. ꝙ iſtas duas fi-
ctiones in propoſito ideo nõ inconue
nit concurrere, quia tendũt in vnũ &
eundem effectũ.i.ad obligandũ hære
dem ipſi legatario. &c. quod in idẽ re
cidit cum præcedente ſolutione: & ꝓ
batur per eaſdem allegationes remiſ-
ſiuas ibi poſitas.

Tertia difficultas.

Tertia põt deſignari difficultas, nã
ſcđm iſtam intelligentiã videtur quo
dãmodo pręſupponi fictio fictionis.i.
fictio illa ꝙ legatarius fingatur habe-
re hæredẽ obligatũ, eo ꝙ hæres per fi-
ctionẽ etiam fingitur defuncto fuiſſe
obligatus, & tñ iuris ratio nõ patitur
conſiderare fictionẽ fictionis, queãd-
modũ neq; ſeruitutẽ ſeruitutis, vt in l.
1.j̃. de vſufructu lega. neq; qualitatẽ
qualitatis, vt ibi declarat Barto. ad fi.
poſt Oldra. quã declarationem in ef-
fectu (licèt alijs verbis) ponit Bal.in c.
vno delegatorũ, ante fin.de offi. dele
gati.Sed reſpõdeo, ꝙ imò hoc caſu nõ
eſt dare fictionẽ fictionis: ſed potius
ſunt duæ fictiones ſubordinatæ, vt.s̃.
oſtenſum eſt. Non omitto hîc obiter
eſſe tex.in hac l.ſingu. probantem ꝙ
duæ fictiones tendentes ad eundẽ ef-
fectum, vt hîc tendunt ad inducendũ
legatum, etiã ſi procedant ab eodem
fonte



fonte.i.ab aditione hæreditatis con-
currere poſſunt: & ſic ad earum con-
curſum magis attẽditur effectus q̃ or

Singu.

tus, quod eſt valde ſingu.ad ea quæ di
cit Bar.in l.gerit, col.fi.s̃.de acqui. hæ-
re.& in l.ex facto.2.char.de vulga. Et
in l.ſub conditione ad fin. primæ col.
& in l.fi.2.oppo.C.ex quibus cau.ma-
io.& Bal.in l.conuenticulam.4.col.ad
fi.de epiſ.& cle.& Cardi. in cle. quod
circa.20. q.de conſangui. & affi. & in
cle.ſecunda q.8.vt lit.pen.vbi dicunt,
ꝙ quando plures fictiones habent ori
ginem à diuerſis fontibus poſſunt cõ-
currere: ſecus ſi ex eodem, nã dico idẽ
eſſe quando habent originem ab eo-
dem fonte: ſi tamen effectus earũ cõ-
feratur in idem vel ad vnum & eun-
dem ſcopũ effectus tendat, vt hîc pro
batur. Et iſtũ tex. alibi nõ vidi ad hoc
expreſſum, & tamen probat quod di-
xi ſecũdum prædictas declarationes.

*¶ Secunda intelligentia literæ ibi, [obligare tibi poſſum.]*

SEcundò (vt ad præmiſſa redeam)
poteſt iſta litera aliter intelligi in
prædictis verbis, [ita tibi obligare poſ
ſum.] vt eorum ſit ſenſus, ꝙ loquãtur
de obligatione expreſſa & vera, reſul-
tante ex conſenſu vero adhibito per
hæredem teſtatori, tempore quo eũ
grauando onere fideicommiſſi obli-
gauit: non enim poſſet text.dicere, ꝙ
teſtator poſſit hæredem obligare, lo-
quendo inquã de obligatione expreſ
ſa: niſi eſſet vltro citroq; obligatoria.i.
niſi ipſe hæres oneratus adhibuiſſet
expreſſum cõſenſum ipſi teſtatori eũ
obliganti per oneris impoſitionem.
22 † Obligatio ſiquidem, quæ ex vtroq;
extremo non aſtringit, non eſt, neq;
dici põt ſtrictè & exactè obligatio, vt
in l.labeo, §.contractum, cum gloſ. ff.
de verbo.ſign.requirit enim vtrũque
extremum actiuum & paſſiuũ, & ex
vtroq; obligare debet: aliter inquã &
aliter. Nã ex parte creditoris obligat
actiuè debitorem ſibi, & operatur, vt
creditor dicatur eum habere obliga-
tum. Ex parte verò debitoris obligat
paſſiuè debitorem creditori, & ſic de-
bitor dicitur eſſe obligatus creditori
paſſiuè: & conſequenter habetur re-
latio de creditore ad debitorẽ reſpe-
ctu obligationis in vtroq; eorum di-
uerſimode conſiſtentis, vt declarat
Bal.ſubtiliter contra Pet. & Cy. ibi in
l.edita, in.1.repe.col.1. C. de edendo,
Sic in iſta l. (intelligendo eam de vera
& propria obligatione) poteſt dici, ꝙ
non aliter teſtator obligat legatario
hæredem, niſi hæres mutuò ſeipſum
illi.i. teſtatori obliget ad præſtationẽ
legati per teſtatorẽ ab eo ſibi relicti.
Neq; eſt nouum èo modo teſtatores
ſibi ipſis in futurum prouidere, obli-
gando ſibi expreſsim hæredes de ad-
implendo eorum voluntatẽ poſt mor
tem, vt eſt tex.not. in l.vlti. C.de fidei
cõmiſ.vbi probatur (ſecundũ ꝙ eũ in-
telligt Bar.in l.nemo poteſt, prima op
poſitione.s̃.titu.primo) ꝙ teſtator ibi
prouidit, ꝙ hæres ſibi promitteret de
præſtando legatũ ſeu fideicõmiſſum
legatario: ex qua promiſsione inquit
23 Bar. † ꝙ hæres cõuenietur per legata-
rium: & ſic illa diſpoſitio vltima tran-
ſit in contractum. Quem intellectum
Bar. multum notant ibi Io.de Imo. &
& Alex.& eſt valde notabilis ad iſtius
l.intellectum: videlicet, ꝙ vbi teſtator
hæredem obligaſſet ex promiſsione
expreſſa ipſius hæredis ſibi promittẽ-
tis ſe ad impleturum voluntatem ip-
ſius, legatarius poſset aduerſus hære-
dem ex tali promiſsione agere: debet
tñ agere tanquam ex vltima volunta
te per id quod tenet Bar. in l.cũ quis
decedẽs.§.codicillis.j̃.tit.1.& per tex.
in l.impuberẽ, §.qui libertis, ff. de fal-

ſis,& per tex.in §.vlti.inſti.de fideico.
hæ.qui fuit deſumptus ex d.l. fina.vbi
text.nuncupat hanc promiſsionẽ,vo-
luntatem vltimam, & per text. in l.1.
§.ſub conditione,ff.vt lega.no.ca.vbi
ſtipulatio interpoſita ſuper vltima vo
luntate ſapit ipſius naturam. An autẽ
debeat probari tanquã vltima volun
tas,ſaltem per quinq; teſtes, videndus
eſt Iaſ.in eadem l. nemo pôt. 2. lectu.
col.7. qui tenet, ꝙ ſic contra vtrunq;
Imo.Sed quia Ioã. Crotus & Fran.de
Ripa.col.7.ibi tenẽt cõtra Iaſ. Et quia
diſcuſsio huius articuli non multum
cõducit ad rem noſtram, ſuperſedeo
remittẽs me ad illos. Scd̃m quę intel-
lectus iſte ſtat in hoc, ꝙ cùm hæres ſe-
ſe obligauerit teſtatori de adimplẽdo
voluntatem ipſius, teſtator onerãdo
ipſum de pręſtando legatum vel fidei
cõmiſſum legatario vel fideicõmiſſa-
rio,videtur eum obligare,ꝙ poſt mor
tem ipſius teſtatoris remaneat obliga
tus legatario ex prædicta promiſsio-
ne:ita demum,ſi adierit hęreditatem,
24 † & ſic obligatio actiua quæ teſtatori
competebat ex promiſsione hęredis,
tranſit in legatariũ cum effectu agen
di & exigendi ex voluntate teſtatoris
hęredem grauantis ſimul cum aditiõ
ne ipſius hæredis, ſubſequuta eiuſdẽ
volũtatis defuncti comprobatiua. Et
nota.in l.ſi domus, §. ſi fundus.ſ. titu. 1. vbi Bald. notat in princi. & ibidem Iaſ. in ſimili adduxit id quod prædiximus de re quæ non irreuocabiliter eſt mea. Deinde comprobatur. Nam & dominus qui rem ſuam præſcribere non poteſt. l. ſequitur, §. lana, ff. de vſucapio. ſi tamen non ſit dominus irreuocabiliter, ſed ab eo talis res põt euelli, ſeu auocari, poteſt eam præſcribere, vt declarat gloſ. in §. fructus eiuſdem l. glo. mag. ad fin. & ibi Bar. & Docto. & Ioan. de Imo. in d. §. lana, & Bal. in præallega. l. non quocunque. §. primo. & ibi Iaſ. eam glo. commendat & Bal. in l. 3. 2. col. verſ. ſecundo oppo. q; iſte emptor. C. de his quæ vi metuſuè cauſa fi. & Abb. in cap. grauis, colũ. 5. ver. aduertendum tamen eſt, de reſti. ſpolia. Decius conſi. 39. an detur reſtitutio. pe. col. & eſt etiam glo. not. quæ id declarat in l. in acceſſione, ff. de diuer. & tempo. præſcriptio. quam voluit allegare Io. Fran. Bal. in tracta. pręſcrip. 4. parte. 4. partis prĩci. 35. q. ante finem, vbi erranter citauit gloſ. in l. lõgè eo. titu. Et idem de ea re tradit prima parte. 3. partis. prĩ. 3. quæſt. in prin. item. 12. quæſt. vbi allegauit prædictã gl. dictæ l. in acceſſione. Nihilominus tamen illud intelligitur non de præſcriptione ipſius rei, ſed actionis, per quam ab ipſo domino, eodemq; præſcribente talis res poteſt auocari, vt probatur ex tex. nota. & celebri, in l. in bello, §. ſi quis ſeruum, ad fin. ff. de capti. & poſt li. reuer. & tradunt gl. & Docto. in locis. ſ. proximè citatis. & Are. conſi. 104. Iaſ. in l. 3. §. ex plurimis 3. not. ff. de acqui. poſſ. vbi illum text. commendat, & tradunt Barto. Bald. Pau. de Caſt. & Sali. in dicta l. tertia, & idem Bal. conſi. 477. recolo. 2. col. ver. non obſt. quòd dominus, lib. 5. & in dicta l. non quocunque. §. 1. Ita in propoſito noſtro dicendum. Et vt apertius manifeſtetur, id quod. ſ. proximè dictum eſt de præſcriptione rei ſuę, reuocabiliter, quoad ius irreuocabile.

100 † Intentio text. in d. §. ſi quis ſeruum, ad fin. & prædictorum Doctorum eũ allegãtium, & commendantium, eſt velle, q; eiuſmodi præſcriptio ſolum operatur fortificationem prioris iuris vel dominij reuocabilis, quod ille dominus idemq; poſſeſſor ante habebat reuocabiliter ſiue commutabiliter in ea re: & ſic duntaxat operatur quandam adiectionem qualitatis ad ſubſtãtiam dominij iam pridem quæſiti, nõ autem acquiſitionem noui dominij, quæ eſſet impoſſibilis, vt in inferioribus tradetur. Et hoc eſt, quod vult Albe. ibi, dum dicit, quòd eo caſu propriè non præſcribitur dominium, ſed tantum præſcribitur contra intentionem aduerſarij. ac ſi dicat, quòd præſcribitur iuri vel facultati offerendi, quod vel quæ tali aduerſario ad eam rem ab eo euincendãm competebat: & conſequẽter reſultat præſcripta retentio rei irreuocabilis in fauorẽ prioris domini eiuſdemq; poſſeſſoris, qui prius habebat in tali re dominium reuocabile vel commutabile, ſecũdum Bald. in l. ancillæ. 4. col. in princi. C. de fur. Sicq; per talem præſcriptionẽ augetur potius effectus irreuocabilitatis, quàm dominium de nouo pręſcribatur, ſecundum Bal. in dicta l. tertia. C. quod metus cauſa. & ante ipſum clarius tenet idem Bar. ibi, in vtraque lectu. & ſequitur Sali. & Pau. de Caſt. & eſt de aperta intentione antiquorum ibi. ſ. Pet. & Cy. & in d. l. ancillæ.

Notanda quæſtio in terminis legum reg.

101 Ex his † poteſt inferri ad notabilis quæſtionis deciſionem, videlicet præſuppoſitis legibus iſtius reg. ſ. fori regij & Tau. loquentibus de retractu, vt vulgo dicitur. [Tanto por tanto.] Item præſuppoſitis alijs ll. eiuſdem fori & ordinationum regiarum, de cõmuni-



municatione augmentorum vel multiplicatorũ (quæ vocant) durante matrimonio inter coniuges, ſi alter ex coniugibus emit rem aliquam, quæ erat de patrimonio vel abolengo (qđ prædictæ ll. vocant) ipſius venditoris, & ſic intra nouendium poterat pro tanto retrahi per proximiorẽ conſanguineum eiuſdem venditoris, qui depoſuerat illud pretiũ intra illum terminum, ſecundum diſpoſitionẽ prædictarum ll. & ille emptor nupſit alicui fœminæ; deinde ob omiſſionem alicuius ex ſolẽnitatibus per eaſdem ll. requiſitis retractus manſit inanis, & abſq; effectu, & res ipſa quæ retrahebatur, manſit irreuocabiliter penes emptorem eundemq; coniugem. An iſto caſu alter coniux vel vxor poſſit prætendere ſibi competere dimidiũ illius rei tanquam nouiter acquiſitæ vel auctæ in patrimonio alterius coniugis qui eam emit. Et ex facto aliâs

Reſpon. ex facto per negationem.

conſultus reſpondi, quòd talis res nõ communicatur inter virum & vxorem, per rationem illius text. in d. §. ſi quis ſeruum, cum prædictis expoſitionibus Doctorum ad illum tex. ſ. relatis. Nam (vt eſt. ſ. dictum) talis res non poteſt dici de nouo quæſita, vtpote non præſcripta, imò fuit præſcripta ſola qualitas. i. irreuocabilitas producta ex extinctione iuris vel facultatis retrahendi, proximiori conſanguineo venditoris olim competentis. Ad qđ etiam faciunt verba illarum ll. dum dicunt, [Lo acrecentado y multiplicado. &c.] quæ referunt ſe ad ipſas res acquiſitas vel ad earum ſubſtantiam, non autem ad acquiſitionem qualitatis, quæ de per ſe non eſt conſiderabilis, neq; cum eo: quia non eidem confundit, neq; commiſcetur, & conſolidatur: ſed ſolummodo tollitur impedimentum vel obſtaculũ quod huic emptori officiebat, quominus haberet rem eiuſmodi emptam omnino liberam, & non ſuppoſitam oneri retractus. Quemadmodum quando dominus fundi ſeruiẽtis præſcriberet illius fundi libertatem, contra ſeruitutem debitam fundo dominanti, cui quidẽ fundo nihil ob id accedit de nouo: ita in propoſito. Non enim hîc eſt tractãdum de conſolidatione, vel cõmixtione, ſiue confuſione vnius iuris cum alio, vt proximè dixi, prout eſt in vſufructu vel ſuperficie accedẽtibus proprietati: nam per eiuſmodi acceſſione cenſetur fieri acquiſitio de nouo, vt tenet Ioan. Fab. & alij Doctores: ſcilicet Ange. & Ioan. de Pla. in §. ſi cui fundus, inſti. de lega. tradẽtes hoc ad quæſtionem ſimilem, ſed valde diuerſam in ſubſtantia à noſtra quæſtione. Et ad illam quæſtionem multa cõgerit And. Tiraquel. in opere retractus, char. 278. Ex quibus concluditur, licèt ipſe reſideat dubius nu. 73. in quæſtione prædicta, cõtra id quod in quæſtione, de qua hîc agimus. ſ. proximè fuit concluſum: ſed (vt dixi) quæſtiones ſunt inter ſe omnino differentes, ſi quis (etiam per tranſenam vt aliâs dicitur) eas inſpiciat. Et pro concluſione. ſ. per me firmata poſſent etiã alia adduci, ſed iſtud pro nunc ſufficiat in tranſcurſu. Et eadem deciſio adaptatur ad caſum, quando maritus antequam nuberet emiſſet, cũ pacto de retrouendendo, ad annum fortè, poſteaq; nupſiſſet, deinde cõſtante matrimonio laberetur annus, vel venditor olim remiſiſſet pactum, conſtante matrimonio, etiã ante lapſum anni, ita quòd res empta penes emptorem remaneret irreuocabiliter ſua: nam idem dicendum eſſet quod in præcedente quæſtione, videlicet, q; illa res non communicaretur inter coniuges, id eſt vxor non haberet medietatem illius rei, vtpote non acqui-

quiſitæ de nouo. In alia autem quæſtione, in cuius deciſione retuli And. Tiraquel. reſidere dubium, remitto lectorem ad ea quæ longo ſermone tradidi, in l. Meuius, §. fundo, imò in §. duorum, vbi per tres colum. vltimas reſoluitur iſte articulus, & ex traditis ibidem reſultat declaratio intentionis Ioan. Fab. & aliorum quos refert And. Tiraquel. vbi. s̃. & quidem ſatis confusè. Quicquid ſit de illa quęſtione, quatenus attinet ad noſtrã, cõcludo in ea vt. s̃. hoc addito, quòd licèt (vt eſt prædictum) res illa non communicetur, tamen communicãdum erit intereſſe valoris, propter quod res eſt effecta melior: nam maioris valoris eſt res omnino libèra, & ſic abſq; pacto de retro/uendendo, quàm eidẽ ſuppoſita, vt in terminis tenet notanter Abb. Panormi. in cap. ad noſtram, verſicu. ſecundus caſus, ad finem, de emp. & vendi. & ſatis eſt de intentione Ange. in l. pretia rerum, vbi Ioan. de Imo. & Alexan. in princip. 2. colũ. ff. ad l. falcid. & ijdem Docto. poſt Bar. alibi, quem ibi Alexan. adducit, licèt in alijs terminis loquantur in l. prima. §. ſi hæres. ff. ad Trebellia. æſtimabitur ergo valor illius meliorationis vel augmenti, propter quod res pluris valet, & iſtud communicabitur inter ambos coniuges, & quilibet eorum feret illius partem dimidiam. Quod cògnoſcet dilucidè ex appretiatione illius rei, quando habebat illud onus vel eo præſuppoſito, & ex appretiatione eiuſdem rei, nunc liberę ab eodem onere, facta inuicem collatione pretiorum. Et per hæc ad laudem cunctipotẽtis imponitur terminus huic relectiunculæ ſcholaſticæ in hac l. ſatis arida in ſui materia. Sequuntur concluſiones huius actus.

*¶ Ex prælectione. l. Hæredem meum, aſſertio analytica ac complexiua in omnẽ faciem anagogicè verſanda proponitur.*

HAbilitatis actiuæ vel paſſiuæ poſſibilitatem remotam, ſiue ex parte cauſæ efficientis inhabilis, ſiue ex parte ſubiecti incapacis, mixta item vel non mixta vnius ad aliud cõſideratione, ob plenam vel ſemiplenam habilitatem, aut incapacitatem, eidem ſubiecto, vel cauſæ efficiẽti ab ipſius diſpoſitionis primordio inhærentem, concurrente etiam diſponẽtis voluntate ſuſpenſiua, quamlibet expreſſa per eundem ad ipſius obitũ coanguſtatam vel minimè, diſpoſitionem eandem, nõ tam validare, quàm impedire: ac rurſus vice verſa non tã impedire, quàm potentia validam efficere, præter, ac ſecundũ, aduerſuſq; ciuilis ſcholæ authorum crebriores calculos, marte noſtro peculiari & pãdemus, & reſerabimus.

*¶ Conſequutio prior.*

HIncque apertius pinguique (vt aiunt) Minerua ſequitur, diſponentem funditus inhabilem, etiam in tempus aptum, ac ſub quocunque verborum compage, collata diſpoſitionis efficacia, irritè, ne dicam inefficaciter, diſponere, nihilq; roboris, habilitatis euentum ſubſequutum eiuſmodi adferre diſpoſitioni.

*¶ Altera.*

SVbinde facilè conſequitur, vltimam teſtatoris, aliâs actiuè habilis, vniuerſalem vel particularem diſpoſitionẽ, erga incapacem abſolutè, ſeu



ſeu relatiuè, id eſt mixta vtriuſq; diſponentis ſimul & legatarij vel ipſiuſmet rei legatæ ad eundem legatarium cõſideratione habita, in tempus habile futuræ capacitatis collatam ſuſpenſamuè, eiuſdemq; ſubſequuto euentu vires aſſumere.

Præfatæ concluſiones tam principalis, quàm conſequutiuæ, licèt videãtur quodammodo ęnigmaticæ, tamẽ ex intelligentia eorum quæ in hac relectione traduntur, quorum reſolutio in ijſdem aſſertionibus includitur, ac continetur, perſpicaciter intuenti patefiẽt. Sed ne fortè crabro quiſpiã eas relegeret ad tenebras Heraclias, dictaui ipſam principalem aſſertionẽ reſolutoriam ac complexiuã, pingui (vt aiunt) Mineruã, vnà cum ipſius interpretatione, vt patet. s̃. ante nu. 58.

FINIS.

# EPITOME EORVM QVÆ in hac relectione continentur.

1 QVæ abſq; fundamento procedunt, litipſui ſubijciuntur.

2 Hæres uel executor rogatus reſtituere pauperibus poſt mortem ſuam, eodemmodo non poteſt ante mortem reſtituere irreuocabiliter quibuſdã ex eis, ut periudicet pauperibus ſuperuiuentibus aut ſuperſtitibus.

3 Conciliatio huius tex.cum.l.unum ex familia, in prim.ſuprà iſto tit.

4 Hæres grauatus ſimpliciter dare pauperibus, nũquam cenſetur dare poſt mortem, ſed in uita cùm uoluerit.

5 Actus nullus, ſeu inualidus non eſt impedimento, quominus iterũ ualido modo geri poßit, & à fortiori, neq; actus pendens.

6 In habentibus ſymbolum ſeu ſimilitudinem facilis eſt digreßio de uno ad aliud.

7 Actus pendens, ſeu ſuſpenſiuus, & actus perfectè ualidus ſunt ſimiles, actus uerò nullus & ualidus omnino dißident.

8 Difficultas prima contra cõmunem intellectum iſtius tex.

9 Inductio.l.poſt mortem, C.de fideico.

10 Conditio illa, poſt mortem, adiecta grauato de reſtituendo, non inducit formam, ſed fauorẽ ipſius grauati, prout eſt regulare aliàs, dilationẽ per teſtatorẽ appoſitam in dubio gratia hæredis ſeu debitoris cenſeri appoſitam.

11 Ex, dictio deſignat cauſam immediatam ſiue proximam.

12 Difficultas ſecunda contra communẽ intellectum iſtius text.

13 Viuentiũ uoluntates, non autem morientium, pẽdere poßunt, cuius ratio hic ſubijcitur.

14 Ratio ad l.fi.ad fi.ſuprà cõia prædi.

15 Agitur de declaratione eiuſdẽ.l.fi. & l.uel negare, quæ eſt ratio ipſius.

16 Deductio facienda ex legatis pro falcidia, eſt publico iure introducta.

17 Reſponſio ad fundamenta Iaſo. contra quem concluditur, quòd etiam in tuitione & conſeruatione legatorum ſeu fideicommißorum tam particularium, quàm uniuerſalium uertitur fauor publicus.

18 Difficultas tertia contra communem intellectum iſtius tex.

19 Vltimæ uoluntates non poſſunt pendere, uel eſſe in pendenti.

20 Difficultas quarta contra communem intellectũ iſtius text.

21 Ad eiuſdem.l.intellectum declarationem & inductionem contra gloſ.in l.in fideicommiſſaria.§.fi.

22 Debitor conditionalis transfert in creditorem dominium rei ſolutæ.

23 Idẽ in iure incorporali debito ſub conditione, & ea pendente ſoluto.

24 Penſio uel merces quæ ſoluẽda erat per partes anni, ſi ſoluatur in initio anni, & ſic ante tempus, dominium eius transfertur in locatorẽ nihilominus.

25 Hæres grauatus reſtituere hæreditatem, uel ipſius partem quotam ſub conditione uel in diẽ, ſi fructus medio tempore percipiat, cenſetur eos percepiſſe ex iudicio & uoluntate teſtatoris.

26 Hæres rogatus poſt.10.annos reſtituere pecuniã, ſi ante diem illam reſtituat, liberatur per huiuſmodi reſtitutionem.

27 Faciens pluſq̃ debet, utiq; facit quod lege iubente facere tenetur, uel debet.

28 Conſequentia ualet de rebus ad tempus.

29 Hæres adeundo hæreditatẽ uidetur defuncto præſtitiße fidem de ipſius uoluntate ultima implenda, et hinc deſumitur declaratio ad gloſ.cõiter approbatã, in l.1.ff.de condi.indeb.

30 Hæres obligatur naturaliter ad adimplendam defuncti uoluntatem, quomodo intelligatur.

31 Donatio inter uiuos ſimpliciter facta in dubio cẽſetur eſſe irreuocabilis.

32 Explanatio.l.17.Tauri hic traditur.

33 Conditio illa, ſi, uel cum hæres morietur, eſt neceſſaria & omnino extitura.

34 Rogatus ſub conditione reſtituere quibuſdam filijs ſa.non poteſt conditione pendente eiſdem reſtituere in patris poteſtate durantibus.

35 Conditiones uoluntarias appoſitas per teſtatores eorum diſpoſitionibus in forma ſpecifica eſſe adimplendas.

36 Conditiones per l.uel teſtatorem appoſitæ important formam, ſeu ſolennitatem formalem.

37 Conditiones ſuapte natura important cauſam finalem diſpoſitionis.

38 Ex diſpoſitione cõditionali deſumitur uerum argumentum ab oppoſito ſiue contrario ſenſu.

39 Finali cauſa ceſſante diſpoſitionis ceſſat & illa.

40 Argumentum à ſenſu oppoſito cenſetur lex quædam, ſiue habetur pro lege, & eodemmodo pro teſtatoris diſpoſitione.

41 Reſolutio communis intellectus ad iſtum tex.

42 Diſidium inter caſum iſtius text. & caſus.ll.regiarum.

43 Aduertentia celebris ad thema.l. unum ex familia, uſq; ad §.rogo.excluſiuè.ſuprà eo.



44 Ratio mentalis ſeu intellectiua huius tex.

45 Alia ratio ſeu ſubintelligentia huius tex.

46 Etſi ſtipulatio ſua natura ſit iuris ſtricti, ſi tamen interponatur ſuper contractu bonæ fidei, ſapit illius naturam.

47 Stipulatio ſuper ultima uoluntate interpoſita, ſapit quoad quædam ipſius naturam.ui.nu.præcedentem.

48 Iuramentum licèt ſua natura in ſeipſo ſit neceſſarium & irreuocabile, tamen ſi interponatur ſuper actu uoluntario, nõ facit illum neceſſarium.

49 Stipulatio interpoſita ſuper materia feudali mutat ſuam ipſius naturam, & regulatur à natura feudi, quod nota.

50 Conſenſus inter uiuos præſtitus ſuper eo quod cõcernit futuram ſucceßionem, aſſumit naturam ultimæ uoluntatis.

51 Remedium l.2.C.de reſcin.uendi. non habet locũ in contractibus ſtricti iuris, prout eſt ſtipulatio & alij id genus contractus.

52 Remedium l.2.C.de reſcin. uendi. habet etiam locum in ſtipulatione interpoſita ſuper contractu uenditionis.

53 Contractu principali corruente quacunq; ratione, uidelicet nullitatis, aut doli, aut fraudis uel ſimulationis, omnes clauſulæ acceſſoriæ in eo cõtentæ, etiã guarentigiatæ corruunt.

54 Qui ſtipulatur ſibi tradi rem eidem relictã in teſtamento, non poteſt eam petere ex ſtipulatione poſt mortem teſtatoris, ſi teſtator reuocauerit legatum.

55 Contractus poteſt fieri in teſtamento, nec ob id teſtamentum infirmatur.

56 Vnus & idem actus poteſt eſſe actus inter uiuos item & ultima uoluntas.

57 Vxor poteſt hodie ſine licentia ultimam condere uoluntatem.

58 Quando lex loquitur in adhibitione ſolennitatũ circa contractus uel quaſi, nõ extenditur ad ultimas uoluntates, nec econtra.

59 Facultas teſtandi debet potiri omnimoda libertate.

60 Sequela recta, de uerbis teſtatoris ad uerba ſententiæ. item de uoluntate ultima ad iudicia, & econtra.

61 Iudex & teſtator parificantur.

62 Non eſt nouum quòd quis cenſeatur approbaſſe ſubſtantiam diſpoſitionis & improbaſſe ipſius qualitatem.

63 Actus uerba intelliguntur ſecundum qualitatem perſonæ ad quam referuntur, ſiue actiuè ſiue paßiuè.

64 Fœmina inſtituens maioratum, & in ſcriptura ipſius cauens expreßim, q; ad illius ſucceßionem nõ admittatur niſi deſcendens per lineam uirilem, hoc caſu ſi deficiat maſculus fœmina admittitur.

65 Faciens quempiam actum uidetur ſe aſtringere legibus de tali actu loquentibus.

66 Donatio facta per patrem filio in poteſtate, & per coniugem alteri coniugi non ualet, tamen talis donatio ſimpliciter & abſolutè facta, & traditione ſubnixa cenſetur facta poſt mortem: aliâs non confirmaretur morte.

67 Cuius ualiditas in futurum ſuſpenditur, non poteſt de præſenti eſſe ualidum, uel econtra.

68 Obligatio pura non poteſt eſſe in pendenti, quin ſtatim uel nunquam actionem ex ſe producat.

69 Vbi una ſola ratio poteſt ad l.uel actum reddi, cẽſeri debet expreſſa.

70 Teſtator ſoluens in uita legatario rem quam ei in teſtamẽto legauerat, in dubio uidetur ſoluiſſe ex cauſa legati, non autem ex noua cauſa donationis.

71 Pater poteſt præuenire in dando legitimam filijs in uita.

72 Communis concluſio, quòd donatio facta filio in poteſtate pro ſua legitima ualet, licèt negatiua ſit probabilior. Sed communis ſeruaretur.

73 Donatio ſimpliciter per patrem facta filio in poteſtate, nullo alio expreſſo, cenſetur in dubio conceßio in peculium profectitium potius q̃ donatio.

74 Vnus idemq; actus ſecundum diuerſam agentis intentionem, poteſt operari uarios effectus.

75 Verbum, dono: aliquãdo importat fideicõmiſſum.

76 Vnus & idem non poteſt eſſe ſui ipſius debitor & creditor.

77 Defenſatur communis intellectus ad l. fundo mihi legato, aduerſus Rapha. & aſſeclas.

78 Dictiones taxatiuæ uirtualiter includunt negationem.

79 Declaratio optima ad l.fundo mihi legato, ultra Doctores.

80 Concluditur hic cum cõmuni intellectu ad l.fundo mihi legato.

81 Legatarius conditionalis qui pendente legati conditione emit ab hærede ignorans rem ſibi legatã fuiſſe, exiſtente poſtea ac purificata conditione poteſt repetere ab eodem hærede pretium.

82 Qualitas ſucceßionis eſt uariabilis, licèt ipſa ſucceſſio in ipſa ſubſtantia non uarietur.

83 Vna diſpoſitio directa poteſt in aliam directam conuerti, uel mutari.

84 Quando fit transfuſio unius iuris in aliud, nõ attenditur amplius natura iuris confuſi, utpotè extincti, ſed illius iuris in quod fit transfuſio.

85 Filius ſub caſuali conditione uel mixta hæres inſtitutus, poteſt conditione pendente petere bonorum poſſeſsionem ſecundum tabulas.

86 In quibuſcunq; actibus primordialis & originalis materia cuiuſcunq; actus eſt attendenda.

87 Non ipſa traditio attẽditur, ſed cauſa ex qua ipſa traditio fit.

88 Habens facultatem eligendi unum de familia, ſi eligat, non dicitur conferre beneficium in electum.

89 Donatio inter uiuos poſt mortem donantis eſt inter uiuos, neq; per illam l. adiectionem mutatur in mortis cauſa donationem.

90 Singularis declaratio reſtrictiua ad l. ubi ita donatur, ff. de dona. & ad huius tex. intelligentiam.

91 Vna & eadem res non eſt diuerſo iure cenſenda.

92 Teſtator ſoluens in uita legatum ſimpliciter non exprimendo ſe ſoluere ex cauſa legati talis ſolutio tranſit in ſpeciem donationis inter uiuos.

93 Eligens uel nominans ex diſpoſitione primi teſtatoris, non poteſt illum electum uel nominatum grauare.

94 Reſoluto iure datoris, reſoluitur ius acceptoris.

95 Voluntates defunctorum non poſſunt pendere.

RELE-



# RELECTIVNCVLA SCHOLASTICA SVPER §. A FILIA L. CVM PATER, EADEM PHRASI (HVMILI INQVAM) eodemq́; ordine, quibus cœtui Doctorum & ſcholaſticorum frequentiſsimo fuit pronuntiata, hîc deſcribitur.

Prefatiuncula.

OMiſſis, poſthabitiſq́; præludijs ac præfationibus, quibus ad hoc relegendi munus ſcholaſticũ perueniri cõſueuit, Dei Optimi Maximi numine ex penitiſsimis præcordijs inuocato, abſq; cuius nutu, neque quicquam rite inchoari, neq; rectè perfici poteſt, rem ipſam auſpicamur.

Situs huius legis.

Lex itaq; quam in præſentiarum, pro molimine hodierno ex huius celebris Academiæ antiquo, inuiolabiliq́; ac ſemper cuſtodito Pontificio inſtituto relegendam decreui, ſedet. 31. libro Digeſtorum ſeu Pandectarum, & ſeptimo huius voluminis cognomento Infortiati, ſub tit. de lega. 2. Et exorditur cùm pater. §. à. filia. Cuius verba in primis recitare libet.

verba text'. formalia.

A Filia pater petierat, vt cui vellet ex liberis, prædia cùm moreretur reſtitueret, vni ex liberis prædia fideicommiſsi viua donauit, non eſſe electionem propter incertum diem fideicommiſsi certæ donationis videbatur. Nam in eum deſtinatio dirigi poteſt, qui fideicõmiſſum inter cæteros habiturus eſt remota matris electione.

Variatio literæ.

Iſta tamen litera aliquatenus eſt in uerſa: nam in recognitione Gregorij Haloã. dictio electionẽ ponitur poſt dictionẽ donationis, & poſtea ſubiunguntur illa verba. Nam in eum etiam num deſtinatio. &c. Quæ litera quanuis nõ mutet aliquid eſſentiale, tamẽ eſt clarior & ordinatior, & ex ea facilius eliciuntur ac percipiuntur intelligentię textuales, quãquam litera originaria pandectarum nuper excuſarum eſt eadem cum ea quam ſuprà proximè recitaui, & illa eſt ſequenda.

Litera pandect. concinit cõi literæ.

In tex. poſt verba illa. [Nam in eũ] ſupple expoſitiuè, id eſt alium eiuſdẽ gradus cum primo, videlicet alium ex ijſdem liberis.

Diuiſio literę tex.

Hanc literam diuidit Barto. in tres portiunculas, quarum in prima ponitˋ vnum dictum, in. 2. & . 3. ponuntur duæ rationes. 2. ibi, [non eſſe electionem.] 3. ibi. [Nam in eum.] Sed re vera quicquid Bar. dicat, in prædicta. 3. particula nõ ponitur ratio ſimplex de per ſe, ſed quædam ratio illatiua deſcẽdens ex pręmiſſis, vt patet ex prędicta litera Haloan. & ex declaratione glo. ordi. hîc cũ qua Doct. cõiter tranſeũt.

Summa.

Summatur iſte §. vt per Bar. hîc: vel clarius ſummari põt: grauatus vni ex pluribus rem reſtituere quum morietur, non poteſt in vita eandẽ rem vni eorũ irreuocabiliter donare, quinimo poteſt denuò vſque ad vltimum vitæ ſpiritũ eam ipſam donare alteri eorũ, vel in vltima voluntate eum eligere ſeu nominare. H. D. ſecundum communem gl. & Docto. ſenſum.

Excutit͛ tex. intelle.

Et priuſquã ad alia progrediar è re
erit imprimis intelligentias tex. excu
tere quę relegentiũ debet eſſe prima
ac potiſſima intẽtio ac cura præcipua
1 aliàs eſſet procedere † abſq; fundamẽ
to & omnia corruerent. l. qui res. §. a-
ream. ff. de ſolu. in ver. pars enim & in
cano. Cùm Paulus. 1. q. 1. Prim⁹ itaq;
intel. ad iſtũ tex. ſecundum quẽ ſuprà
proximè eum ſummaui ex intentio-
ne gl. & Docto. eſt ꝙ rogatus vnũ ex
certis cũ morietur eligere, poteſt in vi
ta vnum ex ijſdem eligere, tñ electio
illa eſt cõmutabilis vſq; ad vltimũ eli
gentis vitę ſpiritũ, nec eo minus vale-
bit quouſq; reuocetur per eũ qui ele-
git, & erit vtilis primo electo quoad
intermedij temporis cõmodũ. Et hoc
modo gl. facit fœdus inter hunc tex.
& l. vnũ ex familia. in prin. ſ. eo. & (vt
prædixi) iſte eſt cõis intellectus Bar. &

Cõis intell.

Docto. cuius rationem deciſiuam ſub
iungũt Rapha. & Pau. de Caſ. quę eſt,
quia cũ ad grauatum in vita ſua perti
neat cõmodum eiuſdẽ rei de qua fa-
cienda erat nominatio, poteſt tale cõ
modum donare & à ſe abdicare in fa-
uorem alterius. i. ipſius primi per eun
dem grauatum electi ſeu nominati.

Illatio Bart. ex hoc text. cõiter accepto.

Et ex hoc text. ſcd̃m cõem intelle-
ctum ſuprà explicatum infert notan-
ter Bart. hîc ad finem (licèt corruptè)
2 † ꝙ hæres vel executor rogatus reſti-
tuere pauperibus poſt mortẽ ſuã, eo-
dem modo non poteſt ante mortem
reſtituere irreuocabiliter quibuſdã
ex eis: ſic talis reſtitutio non præiudi-
cat pauperibus ſuperuiuentibus, aut
ſuperſtitibus poſt mortẽ grauati vel
executoris qui elegit, præmortuis ele
ctis in vita ipſorũ. ſ. hæredis eligentis
& executoris exequentis. Nam ſcd̃m
Pau. de Caſt. qui hoc declarans ſequit͛
ſi eligantur aliqui pauperes per hære
dem vel executorẽ grauatũ poſt mor
tẽ ſuã pauperibus reſtituere, qui qui-
dem pauperes electi, poſtea. i. tẽpore
mortis eligẽtis, nõ ſint in rerũ natura,
vt inquit Bart. vel ſint effecti diuites,
habebit͛ electio pro non facta, & epi-
ſcopus poterit ſe ingerere ac ſi electio
facta nõ fuiſſet, & dicit idẽ Pau. hoc eſ
ſe not. perpetuò, & idẽ eſt dicẽdũ ſi ip
ſe grauatus voluiſſet reuocare nomi-
nationẽ vel electionẽ factã per eũ de
pauperibus & facere aliã de alijs pau-
peribus, etiã nulla alia cauſa extrinſe-
cus ſuperueniẽte ex his quas Bart. &
Pau. de Caſt. met. ponunt per text. ibi
3 in l. vnũ ex familia, in prin. ſ. eo. † & eſt
de cõi Docto. intentione, iſtum text.
cũ illo conciliantiũ, dum dicunt, ꝙ ſi-
ue pręmoriat͛ electus ipſi eligẽti, ſiue
non pręmoriat͛, ſi tamen ipſe eligens
velit electionẽ mutare, poteſt id face-
re aliũ eligendo per hunc tex. in ver.
[nã in eũ.] & cũ Bar. in eo quod prædi
xi eum ex hac litera euincere, tenent
Bal. & Io. de Imo. hîc; & clarius tenet
etiã idẽ Bar. præſupponens id qđ pro-
ximè punctuaui, in l. poſt mortem. C.
de fideico. dũ allegat iſtũ text. & iſta
deciſio Bar. quam ponit hîc & ibi, eſto
ꝙ procedat, eſt intelligenda vt ex præ
dictis deſumit͛, niſi is qui nominauit,
perſeueraſſet vſq; ad mortẽ in nomi-
natione, vel electione pauperũ primo
facta, quia tũc valeret non vi electio-
nis, ſed vi cuiuſdã cõfirmationis tacitę
vt tenet Bal. expreſsè per illum tex. in
d. l. vnum ex familia, in prin. & Ange.
ipſius frater in eadẽ l. poſt mortẽ, in le
ctura Peruſina, quæ vulgo circũfert͛.
& prædictã deciſionem Bar. loquentẽ

Cõis cũ Bar.

de pauperibus, dicit cõiter approbari
Iaſ. ibi, & ante ipſum Alex. in l. ſtipula
tio iſta. §. inter certam. ff. de ver. obli.
Sed Bal. & Rapha. Fulgo. nec nõ Pau.
de Caſt. ibi ſibi ipſi contrarius in eo
quod hîc tenuit, tenẽt oppoſitũ, quã
etiam opinionem in terminis in qui-
bus Bar. loquitur de electione paupe-
rum.



rum, tenet cõtra Bart. Pet. de Ancha.
in conſi. 102. exordiente, circa primũ,
in ver. deſcendo. Nam ibi tenet aliam
opinionẽ Baldi. in d. l. poſt mortẽ. vbi
Bal. cõtradicit Bar. hîc. & eam firmat
pluribus rationibus tendẽtibus in fa-
uorẽ piæ cauſæ, ſiue nominatio ſit fa-
ciẽda de pauperibus certis, ſiue de in-
certis: & intentio Pet. de Anchar. in il
4 lo conſilio videtur fuiſſe, † ꝙ ſi hæres
grauetur ſimpliciter dare pauperibus
nunquã cenſetur grauatus dare poſt
mortẽ, ſed in vita cum voluerit, ſed et
ſi expreſsè grauetur poſt mortem da-
re, idem (ſecundũ eũ) dicendũ eſt, nã
vtroq; caſu videtur grauatus, vt reſti-
tuat cũ voluerit, ſed hoc eſt ſano mo-
do intelligẽdum. i. ꝙ executor faciat
iſtam nominationem cum conſenſu
hæredis cuius præiudiciũ vertitur: qñ
(inquã) executor eſſet grauatus poſt
mortẽ hæredis reſtituere, ſed quando
ipſemet hæres vel executor rogatus
fuiſſet poſt mortẽ ſuam ipſius hære-
dis vl͛ executoris reſtituere, ſufficeret
ſola vniuſcuiuſq; eorum declaratio.
Et in quantum Ancha. ibi dicit, ꝙ etiã
ſi non quæratur cõmodum (in vita hę
redis vel executoris nominatis) ipſis
pauperibus: tamen poſt mortem nõ
eſt dubium ꝙ quæritur propter pri-
mã electionem, debet intelligi, ꝙ lo-
quitur præſuppoſitiuè, & ſic ꝙ velit di
cere, ꝙ ſuppoſito quòd non quęreret͛
cõmodum in vita, vt tenet Bart. tamẽ
electio valeret poſt mortẽ etiã quoad
cõmodum: aliâs cõtradiceret ſibiipſi
in ratione quam reddit de releuatio-
ne animæ teſtatoris, dum decidit aliũ
caſum de quo agimus qui eſt dubita-
bilior, videlicet qñ executor vel hęres
poſt mortẽ ſuã rogatus fuerit reſtitue
re quo caſu (vt. ſ. dixi) tenet cõtra Bar.
hîc & cum Bal. in eadem l. poſt mor-
tẽ, & ſic ꝙ electio iſta eſt ſtatim effe-
ctualis & irreuocabilis, & iſta opinio
in his terminis videtur amplectenda
contemplatione & fauore animæ te-
ſtatoris quæ cunctis rebus eſt præpo-
nenda. l. ſancimus. C. de ſacroſan. ec-
cle. & eandẽ opinionẽ tenet Deci. in
l. cũ tempus, ff. de reg. iur. vbi dicit eã
eſſe de iure veriorẽ, & re vera in ter-
minis vbi eſt facienda reſtitutio pau-
peribus vel piæ cauſæ in quibus Bart.

Verior opi. contra Bar. hîc & ſequaces, & in d. l. poſt mortẽ.

loquitur, quanquã cõis Docto. ſenten
tia Bar. applaudeat (vt dixi.) tamẽ be-
nignior ac magis iuridica eſt opinio
contraria. ſ. Bald. & Pet. de Ancha. &
tex. in hoc §. à filia. non rectè trahitur
per Bar. & ſequaces ad iſtos terminos:
& in eandem opinionem contra Bar.
videtur inclinare Phi. Cor. in d. l. poſt
mortem, ad fi. primæ col. poſt Rapha.
Fulgo. vbi tamen ſaluat opinionem

Saluat͛ opi. Bart. in vno caſu.

Barto. vno caſu de quo per eum ibi &
eandem opinionem cum Bal. in effe-
ctu tenet Ange. de Perig. in l. filiusfa-
milias. §. Diuus Seuerus. ſ. tit. primo.
Et ita eſt tenendum fauore (vt dixi)
piæ cauſæ.

Ex hoc text. ſic intellecto patet, e-
tiam quòd ſicut electio inualida facta
per hæredem non aufert ei facultatẽ
eligendi de nouo. vt notat gl. ordi. cõ-
muniter approbata, in l. ſerui electio-
ne, in prin. ſ. titu. 1. & eſt bonus text.
quam illa gl. inter alia iura adducit in
l. 2. j. de opt. lega. quem etiam Bart. in
idem ibi ponderat, & eſt ratio euidẽs,
5 † quia actus nullus non eſt impedi-
mento quominus repetita vice fiat
validè. vt in l. qui per ſalutem, ad fi. ff.
de iureiuran. cùm careat nomine &
effectu. vt in l. 4. §. condemnatum, ff.
de re iudi. vbi Alexan. Iaſ. & Vincen-
tius multa in id congerunt, & plura
tradit Felin. in cap. ex tenore, in in-
terpretatione & ornatu regulæ non
præſtat impedimentum, de reſcri-
ptis. ſecunda colum. & nouiſſimè
And. Tiraquell. in opere retractuum.

fol.182.nu.3.cum ſequen. vſq; ad nu.
9.excluſiuè, ita in propoſito & quidẽ
in fortiorib⁹ terminis, electio pendẽs
& ſic non omnino nulla ſed ſuſpenſa,
non aufert nec impedit facultatẽ eli-
gendi de nouo,ideo dixi in fortiorib⁹
6 terminis,† quia in habẽtibus ſymbolũ
facilior eſt tranſitus ſcd̃m Philoſo. &
probatur ex l.in rẽ.§. itẽ quæcunq;. ff.
de rei vendi.l.3.§.fi.cum l.ſequenti,vt
ibi not.Albe.allegans Philoſo.ĩ.de bo
no.poſſe.tit.generali,habent enim ſi-
7 militudinem inter ſe † actus pendẽs
ſeu ſuſpenſiuus,& actus perfectè vali-
dus,quam nõ habent(imò magnã diſ-
ſimilitudinẽ) actus nullus & actus va
lidus.Et iſtud quod prędixi,ibi electio
pendens.&c.eſt qđ ſingulariter & po
tiſſimum probatur in hoc textu ſecũ
dũ cõem intellectũ, & alios etiam in-
tellectus inferius aſsignãdos,& dedu-
citur ex hoc textu apertè ibi. [Nam
in eũ etiã num.&c.]licèt Docto. non
faciant de hoc puncto verbũ aliquod
in præſentiarum, neq; alibi quod me-
minerim.
8 Sed contra iſtum† cõem intellectũ
affero text. nota. & expreſſum in d.l.
poſt mortem. C.de fideico.Vbi hæres
rogatus reſtituere hæreditatem vel il
lius partẽ cũ moreretur, vel poſt mor
tẽ ſuam, põt facere illius reſtitutionẽ
in vita vel retenta vel omiſſa quarta
Trebellianica, & ſic irreuocabiliter,
ſed in hoc tex.ſcd̃m prædictũ intelle-
9 ctũ probatur oppoſitũ.igitur.&c.† Et
Inductio l. poſt mortẽ.
ſtringit ille tex. inductus hoc modo.
Nã(vt ibi inquit Bal.poſt principium)
qñ teſtator diſponit ſic,reſtituas cùm
morieris,vel poſt mortẽ tuã,cenſetur
diſponere verſus hęredẽ permiſsiuè,
& verſus fideicõmiſſarium prohibiti-
uè,vt in l.firmio.§.1.ĩ.qñ dies leg.ced.
hoc eſt,in dubio videtur teſtator pro
hibere ne prius petatur per fideicom
miſſariũ,ſed non videtur prohibere,
ne ante reſtituatur, imò illud permit-
tere,& ſic conditio quæ deſignatur ꝑ
illa verba relata ad grauatum. ſ. poſt
mortem vel cùm morieris,eſt condi-
tio ſcd̃m quid,& non ſimpliciter:ſub
iungitq; idẽ Bal.ſtatim hoc declarans
& quidem eleganter ꝙ talis conditio
non imponit legẽ libertati ſeu poten
tiæ,ſed ſolũ neceſsitati vt aliâs(ſecũdũ
eũ)habetur in l.1.ff.man.Præterea ſe-
10 cundũ eũdẽ Bald. † talis cõditio poſt
mortẽ non cenſetur appoſita, vt for-
ma, ſed vt fauor ipſius grauati, quia ſi
teſtator non cenſeretur habuiſſe con
templationẽ ad ipſum grauatum, nõ
appoſuiſſet illã,ſed ſtatim iuſsiſſet re-
ſtituere.Dilatio enim in dubio cẽſe-
tur apponi gratia hæredis ſeu debito-
ris.l.eum qui.ĩ.de ann.lega.d.l.ſtipula
tio iſta.§.inter certam.ff.de verb.obli.
not.gl.& ſcribentes in l. in fideicõmiſ
ſi.§.cùm Pollidius,ff.de vſuris. quæ ra
tiones Bal.declaratorię illius deciſio-
nis legis poſt mortem conferunt val-
de ad fortificationem difficultatis ex
eadem l.contra iſtum cõmunem in-
tellectum reſultantis.
Fortificatur etiam prædicta diffi-
cultas ex tex. illiuſmet legis dũ ĩquit,
11 ꝙ † talis reſtitutio q̃ fit ante diẽ mor-
tis fit ex iudicio defuncti,& ſic imme
diatè ex voluntate ſua,nam dictio,ex,
deſignat ſua natura cauſam proximã
ſeu immediatã.l.1.§.ex incendio. vbi
Bar.& Ange.ff. de incen. rui.nau.& l.
ex eo tẽpore.ad.fi.ff.de pec. eaq; ratio
ne ſatis conſtat prædictam prematu-
ram reſtitutionem eſſe ſolidã & per-
petuam, & ſic contra iſtum tex.
12 Secũda† deinde difficultas ſuborit
contra iſtum tex.ſic communiter in-
tellectum ex notanda l. fina. ad fin.
ff.communia prædio. vbi habetur, &
13 ad id ſæpe allegatur, † quòd licèt vi-
uentiũ diſpoſitiones pẽdere poſsint,
non tamen vltimæ defunctorum vo-
lunta-



luntates:ſed in hoc textu ſecundum
cõem intellectũ probatur oppoſitũ,
imò ꝙ vltima voluntas in caſu iſtius
text. huiuſmodi. i. cõiter accepti,ſtat
in pendenti:igitur cõis intell. non po
teſt ſubſiſtere.quod patet.Nam ſi pri-
ma nominatio facta in vita nominan
tis eſt ſuſpenſa,& pendet,& ſic poteſt
fieri denuò alia electio,vt hîc dicitur,
& expẽdimus.ſ.in verſ. Et ex hoc etiã
tex. ergo validitas exequutionis vlti-
mæ voluntatis pendet,vt de ſe liquet.
14 † Rationẽ prædictæ l.fi.in illo vltimo
Ratio l.fi.ad fi.ſuprà cõia præd.
dicto ponit Albe.in l.ſi quis ſtipulatus
ſit.in prin.ff.de ver.obli. quæ eſt,quia
intereſt reipublicę voluntates defun-
ctorum effectum ſortiri.l. vel negare.
ſ.quemadmodũ teſtamẽta ape.& no-
tat gl.ord.& ibi.Bal.& moder.in l.Gal
lus,§.quid ſi is.ſ.de lib. & poſth. & eſt
ad idẽ tex.quẽ ibi Bal.ponderat,in l.2.
C.vt in poſſe.lega.Hinc ſumpta occa
ſione,libet hîc obiter & tantiſper im-
15 morari in diſcuſſione † illius rationis
ac declarationis illius tex.l. fi.in fi.cõ-
munia præd.& l.vel negare.Et quidẽ
hæc ratio nõ videtur ſolida, neq; per-
petua,quia regula illa, ꝙ in cõſeruatio
ne vltimæ voluntatis vertitur fauor
publicus,videtur ſolũ procedere, vbi
agitur de ſuſtentando & conſeruan-
do teſtamentũ, quũ per conſeruatio-
nẽ vniuerſalis inſtitutionis agitur de
fauore publico tuẽdo,nõ autẽ per cõ-
ſeruationem legatorũ & fideicõmiſ-
ſorũ particulariũ vel vniuerſaliũ obli-
quarũ,prout tenet Iaſ.in l.venia.colũ.
2.C.de in ius vocan.& in l. quod Ser-
uius,col.2.ff.de condi.ob cauſam, vbi
adducit gl.nota.in l.ſi plures.ff.de cõ-
di.inſti. volentem, ꝙ fauorabilior in-
terpretatio fiat in teſtamento, aliâs
in inſtitutione, quæ eſt caput & fun-
damentũ totius teſtamenti, q̃ in alijs
diſpoſitionibus particularibus vel vni
uerſalibus obliquis legatorũ vel fidei
cõmiſſorũ. Et dicit apertè probari ex
l.pen.§.illo coniuncto. §. 1. C.de ne-
ceſſa. ſer.hære.inſtitu.Item (vt ibi in-
quit idẽ Iaſ.)conditio poteſtatiua ap-
poſita in legatis debet ſtatim.i. quũ le
gatari⁹ primũ põt, adimpleri:aliâs ha-
betur pro defecta. l. hæc conditio la
parua.ĩ.de condi.& demon. & tamen
ſecus in inſtitutione,in qua tractatur
de maiori præiudicio, vtpote de valo
re totali ipſius teſtamenti, vt eſt gloſ.
nota.in l.ſi quis inſtituatur, in prin.in
parte diffinit tẽpus.ſ.de hære.inſti. &
not.Bar.in d.l.hæc conditio.& ita Iaſ.
tranſit in locis prædictis,quod etiã an
te ipſum voluit Bart. in l. cũ auus.ĩ.de
condi.& de.cuius meminit Iaſonẽ nõ
allegans Deci.in l.in teſtamentis, ff.
de reg.iur.poſt prin.qui allegat glo.in
d.l.ſi plures,& tex.ĩ eodẽ §. illo, ſuprà
allegato.Sed hęc conſideratio prædi-
ctorũ.ſ.Bar. Iaſ.ac Decij euertitur per
l.ꝙ de bonis, aliâs ꝙ bonis. §. 1. infrà
ad l.fal.iuncto prin.inſti.co.Nã in d.§.
Contra Bar. & ipſius aſſeclas.
16 1.dicitur,† ꝙ deductio facienda ex le
gatis pro falcidia, eſt publico iure in-
Primum motiuum contra Bald. & eos.
troducta, & ſic de iure publico falci-
dia eſt debita: & tñ falcidiæ deductio
fuit introducta in fauorẽ cõſeruatio-
nis legatorũ,hoc eſt, vt hęredes allice
rentur,& inuitarentur ad hæreditatẽ
adeundam,ex cuius aditione reſultat
validitas & cõfirmatio legatorũ in te-
ſtamento contentorum iuribus no-
tiſsimis. Et ꝙ iſta fuerit potiſsima &
fundamentalis ratio introducendi de
ductionem quartę falcidiæ,eſt tex.for
malis in dicto prin.inſti.ad l.fal. Si eñ
Adaptatio.
in deductione falcidiæ vertitur fauor
publicus,& ſic falcidia debet̃ hæredi
iure publico,& fuit ad legatorum cõ-
ſeruationem introducta: ergo de pri-
mo ad vltimum legata debẽtur iure
publico,nam quicquid eſt cauſa cau-
ſæ,eſt cauſa cauſati.l.manumiſsiones,
ff.de iuſti.& iu.l.liberorũ poſt mediũ
ff.de

ff.de ver. ſig. & ſic cùm ius publicum
ſit cauſa detractionis falcidię,& detra
ctio falcidiæ ſit cauſa conſeruationis
legatorũ,ſaltem mediata vel remota,
propter præambulã teſtamenti cõſer
uationẽ ergo iure publico ſuſtenta-
tur eorũ validitas. Præterea text.in d.
l.vel negare, generaliter loquitur di-
cens,[ſuprema iudicia.]quæ verba ex
ipſorum generalitate ita verificãt' in
legatis,ſicut in inſtitutionibus vniuer
ſalibus. Præterea põt in id ponderari
bonus tex.in prin.inſti. de fideicõmi.
hære. Vbi antequã legiſlator tractet
de ratione roboris & conſeruationis
fideicõmiſſorum, ęquiparat fideicõ-
miſſa inſtitutionibus,aliâs hæreditati
bus,& ſubiungit ſtatim q̀ viſum eſt eſ
ſe iuſtum ac populare, id eſt populo
expediens,& ſic videtur intereſſe rei
publicę fideicõmiſſa in teſtamẽto re-
licta ad effectum perduci, & licèt ille
tex.loquatur in fideicõmiſsis vniuer-
ſalibus,tamen vt.ſ. tetigi quoad rẽ de
qua agim⁹ eadẽ eſt ratio, cũ propter
fideicommiſſa vniuerſalia non magis
ſuſtineatur talis vis teſtamenti reſpe-
ctu vniuerſalis inſtitutionis,q̃ per par
ticularia: cùm vtraq; poſsint etiã ab
inteſtato habere ſeu ſortiri robur &
& valorem. Præterea in idem eſt bo-
na glo.in d.l.in teſtamẽtis, licèt eã mi
nus bene Decius ibi improbet,&tex.
in §.fi.in authen.de hære.& fal.ibi[vt
cõmuniter omnibus proſunt homi-
nibus.]iuncto etiam tex.ibi,[vt viuẽ-
tes relictis potiantur.] collat. 1. Non
obſt.tex.in d.§.illo & glo. in d.l.ſi plu-
17 res, † vbi probatur fauorabiliorẽ eſſe
inſtitutionem quàm legata & fidei-
cõmiſſa. quia reſpõdet' q̀ iſtud nemo
inficiat', ſed nõ ob id negãdum eſt,ne
que Doct. negant, q̀ etiam in conſer-
uatione voluntatũ vltimarũ particu
larium vertitur fauor & quidẽ publi-
cus,licèt non ſit tantus,quantus eſt is

Reſpon. ad fundamenta Iaſ. cõtra quẽ concinditur, q̀ etiã in inſtitutiõe & conſeruatione legatorũ ſeu fideicõmiſſorum tã particulariũ q̃ vniuerſalium vertitur fauor publicus.

qui verſatur in conſeruatione inſtitu
tionis vniuerſalis per rationẽ Docto-
rum. Non obſtat etiã, q̀ in legatis cõ-
ditio poteſtatiua debet ſtatim quum
primum põt legatarius per eũ adim-
pleri,aliâs habetur pro defecta. vt in
d.l.hæc conditio. Nã ad hoc reſpõde-
tur,q̀ hæc ratio bene concludit,q̀ in-
ſtitutio ſit fauorabilior legato:nõ aũt
concludit q̀ legatum ex ſe non eſt fa-
uorabile, quinimo ratio illa apertè p̃-
ſupponit legati conſeruationẽ dignã
eſſe fauore. Præterea ratio illa põt cõ-
torqueri ad rem noſtram. Nam ſi con
ditio legato adiecta quamprimum le
gatarius potuerit,debet per eũ adim-
pleri:ergo ſatis eſt de intentione iuris
q̀ ex quo expedit & cenſetur fauora-
bile eam celeriter ad effectum perdu
ci,q̀ eſt fauorabile ipſum legatum pu
rificari,& ex cõſequenti ipſum legatũ
eſt ſimiliter fauorabile,& ſic patet (vt
ad præmiſſa redeam) rationem Albe.
ad eãdem l.fi.eſſe veram, ſimpliciter,
& abſolutè,& difficultatem ſuprà mo
tam contra prædictum communem
intellectum vrgere.
18 Tertia† ſignatur difficultas de tex.
in l.ſtatuliberũ ab hærede.§.vlt.ſ.iſto
tit.vbi ſi per teſtatorem electio ſit da-
ta hęredi,inter res alternatiuè relictas
legatario,& ex eis alterã elegerit, vel
daret legatario,non poterit deinceps
mutare voluntatẽ electiuam,cuius ra
rationẽ ſubdit ibi Pau.de Caſt. q̀a ver
titur fauor vltimæ voluntatis, & hæ-
res tractat de lucro, quæ duo quadrãt
etiam affabrè in propoſito iſtius text.
nam hîc vertitur fauor conſeruatio-
nis vltimæ voluntatis actu & re ipſa.
Item hæres quoad reuocationem do
nationis agit vel tractat de lucro. &
ſic videt' q̀ iſta electio ſemel facta ſit
immutabilis:& tñ nihilominus hîc di
cit' oppoſitũ,in verſ.[nã in eũ. &c.igi-
tur.&c. Ad idẽ l.huiuſmodi,§. Stichũ.
ſ.tit

Adaptatio ad hãc rem.



ſ.tit.1.vbi idem expreſſim dicitur, &
ibi Bar.& Doct.reddunt rationẽ com
muniter approbatam,de qua poſt Al-
be.feci fundamentũ præcedentis dif-
19 ficultatis,quæ eſt, † q̀ vltimæ volũta-
tes nõ poſſunt pendere,vel eſſe in pẽ-
denti,vt in d.l.fin.ad fi.ff.cõia prædio.
quæ quidem vltima voluntas in caſu
iſtius tex.& illius pẽderet,ſi electio fa-
cta vel explicata per hæredẽ pẽderet,
vel eſſet poſita in ſuſpenſo,prout dicit
hæc lex ſecundum cõmunem intell.
Fortificatur hæc difficultas ex tex.
ſing.in l.ſi is cui.ſ. eo. vbi in terminis
fortioribus habetur, q̀ per ſolam peti
tionẽ factã per legatarium(vt ita dixe
ro)alternatiuũ,cui ius eligendi regula
riter cõpetit.l.Lucio.ſ.eo. vel per ſolu
tionẽ ab hærede factã, vbi & in caſib⁹
in quibus ei per teſtatorem permiſſa
eſt electio, conſumitur ius eligendi,
etiã ſi petitio & ſolutio ſint erroneæ,
vt ibi ſingulariter probatur.
20 Quarta † ſubeſt de l.patrem,ff.quę
in frau.credi. vbi ſecundũ primã lect.
gl.probatur,q̀ ſi marit⁹ inſtitutus hæ-
res ab vxore, rogatuſq; ab eadẽ reſti-
tuere hęreditatẽ filio ſuo cũ moreret',
reſtituit antea, valet reſtitutio, & nõ
videtur creditores fraudaſſe,ad quod
l.illa nõ eſt alibi, ſcd̃m Bal.ĩ rub.C.eo.
col.fi.Sicq; ex illa l. deducitur apertè,
q̀ reſtitutio poſt mortẽ grauati faciẽ-
da,põt per grauatũ reſtituere, fieri in
vita ipſius perfectè & irreuocabiliter,
quod eſt directò cõtra iſtũ tex. vbi re-
ſtitutio facta præmaturè nõ valet irre
uocabiliter, ſed põt per reſtituentem
eundemq; grauatũ ad libitum & mu
21 tari & reuocari,† & per eandem l. pa-
trem, ſcd̃m prædictam primam lect.
videtur reddi dubia concluſio gl. or-
di.cõiter approbatæ in l. in fideicom-
miſſaria,§.fi.ĵ.ad Treb. quæ videt' vel-
le,q̀ quando quis grauatur reſtituere
alicui contẽplatione ſpeciali illiuſmet

Lex ſing. patrem, de his quę in frau. credi.

Ad eiuſdem l.intel.declarationem & inductionẽ cõtra gl.l.in fideicommiſſaria.§.fi.

honorati,talis grauatus non detrahit
quartã Trebellianicã aduerſus illũ,ad
quod illã gl.dicit eſſe ſing. & non ali-
bi Io.de Imo.ibi,nec nõ Alexã.poſt a-
lios Doct.& idẽ Io.de Imo.in l.cũ filio
fa.col.fi.ſ.tit.1.qd̃ etiã tenet Bal. in d.
rub.in verſi. mirabile tibi dicam, licèt
glo. illam nõ alleget:& tamẽ in d.l.pa
trem,maritus fuit ab vxore rogatus fi
lio reſtituere ſpeciali cõtemplatione
ipſiuſmet filij:& nihilominus præſup
ponitur,q̀ potuiſſet quartam deduce
re:niſi illã eidem filio remiſiſſet. Et ad
hoc,id eſt contra cõcluſionẽ illius gl.
vidi quondam haud ſine honoris am
bitu(vt id non omittam)ponderari il-
lum tex.in prædicta l.patrem. Sed obi
ter & in tranſitu eſt obſeruandum, q̀
illa l.patrem,non facit contra illã glo.
Tum,quia prædicta inductio fit attẽ-
ta ac præſuppoſita prima lectura gloſ.
ibidẽ, quæ vult,q̀ fideicõmiſſum fuit
dilatũ in tẽpus mortis grauati.i. hære
dis eiuſdemq; patris ipſius fideicõmiſ
ſarij.i.filij eiuſdem & teſtatricis,cui fi-
lio reſtitutio erat facienda. Sed Bart.
ibi in effectu nõ tenet illã primam le-
cturã,ſed ſecundam: videlicet, q̀ fidei
cõmiſſum ſeu reſtitutio ipſius ibi non
erat gratia fideicõmiſſarij dilatũ ſeu
dilata ex voluntate defuncti,ſed ex iu
ris neceſſitate:quia non poterat ei fie
ri durante patria poteſtate. Præterea
etiã ſecundũ prædictam primã lectu.
gl.eſto q̀ pater eſſet rogatus reſtitue-
re filio,cũ pater moreret', nõ propter-
ea ſequitur,q̀ ibi fuerit rogatus fauo-
re filij fideicõmiſſarij,imò iuris p̃ſum-
ptio eſt in contrariũ:& ſic q̀ fauore ip
ſius patris hęredis inſtituti,quũ fuerit
rogatus reſtituere ſub dilatione illa.ſ.
qñ moreret',vt in d.l. eũ qui,de annu.
lega.&in d.l.ſtipulatio iſta,§.inter cer
tam,de verbo. oblig. Præterea illa gl.
non vult ita indiſtinctè id quod illi re
ferebant eam dicere, ſed vt ibi notat
Alex.

De eadem l.patrem, vt non faciat contra illam gloſ.

De intel. prę dictę gloſ & iſta eſt ſubtilis & ſolida cōſideratio.

Alex. referens Bal. in prędictis locis, cō
cluſio gl. eſt alia, videlicet, ꝙ vbicunq;
appareat aliquē eſſe inſtitutum ad al-
teriꝰ. i. fideicōmiſſarij, nō ad ipſiuſmet
vtilitatē, vt quia tali fideicōmiſſario te
ſtator prouidere voluit, eiq; voluit hę
reditatem reſtitui, hæres non pōt ad-
uerſus illū detrahere Trebe. vt ſic cō
templatio vel reſpectus, quā vel quē
habuit teſtator erga honoratū, verſet
principaliter circa inſtitutionē: & cō
ſequēter circa reſtitutionē, non autē
circa ſolam reſtitutionē: & ſic ꝙ inſti
tuerit patrē cōtēplatione ac reſpectu
filij, & eidē eodem reſpectu iuſſerit re
ſtituere hęreditatē, quia ſolius reſtitu
tionis contēplatio quoad fideicōmiſ-
ſarium non videtur ſufficere ad impe
diendū detractionem quartæ Trebel.
quū regulariter fauore ipſius fideicō-
miſſum cenſeatur relictū, vt in l. nec
adiecit, cū ſeq. ff. ꝓ ſocio. Sed propriè
& verè dicitur relinqui ſola contēpla
tione fideicōmiſſarij, qn̄ ipſa inſtitu-
tio fit eius reſpectu, vt poſtea ſibi reſti
tuat: & iſta eſt veritas, vt patet ex l. in
fideicōmiſſi, §. cū Pollidius, ff. de vſu.
in d. §. fi. l. in fideicōmiſſa. per gloſ. &
Docto. adducto, & tamen in caſu præ
dictæ l. patrē, ſiue teneamus primam,
ſiue ſecundā lect. gl. ibidē, iſtud nō eſt
adaptabile: nā ſemper videtur inſtitu
tio fuiſſe facta contēplatione imme-
diata patris hæredis inſtituti, non au-
tem filij fideicōmiſſarij. Et qui allega-
bant illam gl. ad ſolā reſtitutionē re-
ſpectiuā, & ſic cōtemplatione fideicō
miſſarij, æquiuocabāt, quia debuerāt
allegare ad vniuerſalem inſtitutionē
cōtēplatione fideicōmiſſarij factam.
Nihilominus tamē l. illa inducta, vt in
principio huius oppoſitionis induxi,
obſtat (vt dixi) huius tex. cōi intelligē
tiæ. Et ad id eſt reſpondendum ſi quis
velit ſuſtinere cōem intel. ad iſtū tex.

Quinta ſuboritur difficultas ex l.
ſub conditione, ff. de ſol. vbi ſecundū
tertiā lect. gl. cōiter approbatam, iun-
cta l. ſed niſi, ff. de iure dot. probatur,
22 † ꝙ debitor conditionalis ſoluendo
pendēte cōditione, videtur in dubio
voluiſſe transferre dn̄ium, niſi cōtra-
riū appareat: ſed hîc probatur oppoſi-
tū, dum dicitur, ꝙ electio facta pēden
te conditione nō eſt irreuocabilis. Si
enim per electionē dominiū transfer
retur, talis tranſlatio in dubio cenſere
tur, vel deberet cenſeri perpetua & ir
reuocabilis. l. qui ſic, ff. de ſolu. vbi de
hoc tradunt Bar. & Doct. & ijdē in l. ſi
quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſſ.
igitur. &c. Ratio ſecundū Pau. de Caſ.
in d. l. ſub cōditione, ad finē eſt. Quia
licèt traditio nuda à cauſa obligato-
ria non poſſit dominium trāsferre. l.
nunquā nuda, in prin. ff. de acquiren.
rerum do. id tamen procedit, vbi tra-
ditio eſt omnino nuda ab eiuſmodi
cauſa, re, & ſpe: ſed quando præcedit
cauſa obligatoria, ſaltem ſpe, prout
eſt contractus, & obligatio conditio-
nalis illud ſufficit ad transferendum
dominium: ita etiam in propoſito vi-
debatur dicendum: & tamen hîc in
ſimili deciditur oppoſitum.

Iuuat, roboratq; iſtā difficultatem
doctrina gl. ordi. in l. 4. ff. de ſerui. tit.
generali, quam ibi cōmendāt Ang. &
Pau. de Caſt. notantes eā pro ſing. ad
23 hoc, † ꝙ quemadmodū in re corpora
li, qui tenet dare ſub cōditione, ſi ſol-
uat, vel tradat conditione pendente,
in dubio transfert dn̄ium, vt in ll. ſu-
perius citatis: quas gl. illa etiam ibi ad-
ducit: ſic etiā in iure incorporali, obli-
gatus illud dare ſub conditione, ſi in-
terim pendente conditione patiatur
eum vti tali iure incorporali, qui vſus
iuncta patientia habetur pro traditio
ne, vt l. quoties, eodē tit. de ſer. tit. ge-
nerali. cenſetur transferre illud ius,
& quaſi proprietatem eiuſdem iuris.
Et



Et ſic per patientiam vnà cum vſu in
ducitur conſtitutio, & tranſlatio ir-
reuocabilis ipſiꝰ iuris incorporalis cō-
ditione pēdente, prout & transferret
dominiū rei corporalis conditionali-
ter promiſſæ, ſic à ſimili in propoſito
videretur dicendū, ꝙ ex electione vel
declaratione præmatura hæredis ac-
quiri debuiſſet ius irreuocabile ipſi e-
lecto, cuius contrarium hîc dicitur ſe
cundum communem, igitur. &c.

Sexta inſurgit de. l. ſed addes, verſ.
24 ſi quis cū in annū. ff. loca. † vbi etſi to-
ta penſio vel merces quę ſoluēda erat
per partes anni, ſoluat ſimul & ſemel
in initio anni, & ſic ante tempus, ni-
hilominus transfertur ipſius pēſionis
ſolutę dominiū in locatorē cui fuit ſo
luta, & ſoluens non pōt eā ſua volun-
tate ſola reuocare, niſi demū ſuperue-
niente cauſę ceſſatione. Tunc enim
ad repetitionem mercedis vel penſio
nis pręmaturè ſolutę cōpetit ſibi actio
ex conducto, & ſic contra mentē hu-
ius tex. in quantū præſupponit quòd
electio ante diem facta non transfert
irreuocabiliter ius in electum.

25 Septima, † hæres grauatus reſtitue-
re hęreditatē vel ipſiꝰ partē quotā ſub
conditione vel in diē, ſi fructus medio
tēpore percipiat, cēſetur eos percepiſ
ſe ex iudicio & voluntate teſtatoris, q̃
ſua ſponte diſtulit reſtitutionē hęredi
tatis vel partis quotę illius in euētum
ſiue exiſtētiā talis cōditionis vel diei:
ideoq; eos nō cōputat in quartā Tre.
neq; eos tenetur reſtituere, vt eſt tex.
no. in l. mulier. §. ſi hæres, in verſi. [alia
cauſa.] ĵ. ad Treb. & confert text. in l.
ſi ita relictum. §. pegaſus. ſ. iſto ti. & in
d. l. in fideicōmiſſi, §. cum Pollidius. &
not. gl. mag. poſt princi. in l. iubemus.
Tertia, q, ſi ex tali reſtitutione põt alicui prẹiuditiũ generari non poteſt ante mortẽ etiã p ſpõte volentẽ reſtitutio fieri, vt in hoc text.ſ. qñ reſtitutio eſſet faciẽda vni incerto, de certis.

Iuxta hæc cõſiderandũ eſt, q, ex tali reſtitutiõe faciẽda, vel quę fierit ante mortem poteſt alicui præiuditiũ multipliciter inferri, videlicet, aut ex qualitate perſonæ fideicõmiſſarij vt quia ſic in poteſtate patris, vel domini, nam ſi in vita ſibi reſtitueretur quæreretur patri, vel domino & ipſe fortè erit ſui iuris tẽpore mortis rogati & ſic facta

facta ſibi tūc reſtitutione, quereretur ſibi. vt in d. §. Diuus, primo reſpon. aut ſi fideicōmiſſarius haberet in fideicōmiſſo ſubſtitutum, eo moriēte in vita hæredis: nam ageretur tūc de præiuditio ſubſtituti. l. vxorē. §. Seia. ī. titu. 1. Aut etiā ſi fuiſſet rogatus cū moreretur reſtituere vni ex liberis, cui vellet vt hîc qa tūc poſsit inferri præiuditiū alij vel alijs quū poſſet poſtea eligere aliū, ab eo quē nūc elegit ita ꝙ illi qui poſtea poſsit eligi fieret præiuditiū ſi prius fieret alteri. i. primo nominato reſtitutio irreuocabiliter qa poſſet primo electus præmori vt in hoc tex. Eſt verum, ꝙ ſi poſt primo electū defunctum decederet eligens antequam vnum ex alijs eligeret ſecūdum voluntatem teſtatoris, oēs ſuperſtites ſimul & pro virilibus portionibus admitterentur ad tale fideicōmiſſum tex. no. in l. labeo, ad fin. ff. de ſta. liber. Aut etiam ſi rogaretur de reſtituēdo pluribus putà liberis ſuis poſt mortē ſuam, poſſet euenire ꝙ tunc vnus ſolus ſupererit & ſic ſibi deberetur totum fideicōmiſſum vnde apertè generaretur ſibi præiuditium ſi fuiſſet prius omnibus facta reſtitutio, irreuocabilis ideò prius fieri non poteſt vt in §. hæreditatem, el primero, ſuprà iſta l. ſi tamen electus præmortuus relinqueret filium prędictū inconueniens ceſſaret, interim tamē propter dubium euentum an ille filius præmoreretur ipſi eligenti talis electio impeditur. Et propter hæc inconuenientia quæ ex tali reſtitutione quę prematurè fieret ante mortē reſultare poſſent. iſte tex. & alij eadē ratione innixi prohibentur ne talis reſtitutio præmatura fiat per grauatū poſt ipſius obitum reſtituere, & hęc ſat ſuperq; dilucidāt articulum principalem huius tex. per demonſtrationem exemplorum particulariū ex qua ad rei cognitionem breuius deuenitur.

Ad ſecundam difficultatem de l. vltima ad fi. ff. communia. præd. reſpon quòd regula protrita, quæ ex illo tex.
95 deſumitur, ſcilicet, † quòd voluntates defunctorum non poſſunt pendere, intelligitur communiter vt per glo. ibi, ſcilicet, quoad diei ceſsionē, nam quoad illum effectū patet quòd non poſſunt pēdere, ſed vel ſtatim dies cedit vel non cedit, ſiue ſint de ſua natura purè, ſiue non ſint, tamen quo ad extrinſecam exequutionem nihil impedit quin poſsint pendere, pręſertim concurrēte defuncti volūtate: prout in hoc caſu concurrit, quia teſtator iuſsit reſtitutionē fieri per grauatum poſt mortem illius vel cum ille moreretur & ſic efficatia, & vis diſpoſitionis, vel iuſſus de reſtituendo, ſtat in executione reſtitutionis, procedente ex defuncti volūtate diſpoſitiua, nam tempus in hoc text. adiectum poſt mortem, eſt quædam qualitas accidētalis addita in fauorē grauati, ſimiliter & nominandorū, vt ſupra eſt traditū.

Ad regulam l. vlt. ff. cōia præd.

Ad tertiam, Cum ipſius confirmatione reſpōdetur, quòd ibi electio erat commiſſa per legem, vel per teſtatorem ipſi hæredi eligere debenti purè, & non in euentum alicuius conditionis, ſed in hoc text. fuit ſub conditione hæredi commiſſa, vel conceſſa, videlicet cum moreretur quapropter ibi non eſt variabilis, hic, ſic tamēquia iſta cōditio mortis, partim eſt in fauorem grauati, vt ſuprà proximè dixi, teſtamento non eſt omnino inefficax quāuis ſit irreuocabilis per ipſum grauatum vſq; ad ipſius obitum.

Ad l. ſtatu liberum ab hęrede, §. vlti. ſupra eod.

Ad quartam reſpondetur ꝙ licèt ſecundum vtrāq; lecturā glo. ibi præſupponatur ꝙ pater potuit ibi ſtatim reſtituere. tamen reſpōderi debet, ꝙ illud eſt intelligendum ſecundū iſtum textum, & text. in l. vnum in princi. ſuprà

Ad l. patrem infra, quę in fraud. cred.



ſuprà eodem. videlicet ꝙ etiam ibi pater non poteſt interim irreuocabiliter reſtituere, & adhoc alludit nat. illius titu. ſub quo lex illa eſt ſita qui loquitur in alienatione volūtaria & ſic in non neceſſaria reſtitutione, & conſequenter non obſtat.

Ad l. ſub conditiōe. infrà de ſolu.

Ad quintam difficultatem. de l. ſub conditione cum iuribus ſimilibus, ex quibus probatur pendente conditione, facta traditione dominium transferri. Reſpōde quod in hoc iura illa potius cōcordant etenim in hoc caſu fit trāſlatio iuris tēporalis. i. fruitionis rei in qua fuit præmature facta electio, præueniendo mortem ipſiuſmet eligētis, quod quidem ius eſt dominium vtile. Sed in quantum in prędicta difficultate habetur ꝙ in dubio trāſlatio dominij cenſetur eſſe perpetua & irreuocabilis, & ſic videbatur habere, vel obſtare, &c. Reſpōde illud eſſe intelligendum in dubio, Item & quando cauſa. ex qua dominio transfertur eſt de ſe perpetua; ſed quando eſt ſui natura, temporalis & tēpore peritura tranſlatio dominij eſt cenſenda talis qualis pręceſsit cauſa cum traditio & dominij tranſlatio regulētur à ſua cauſa. vt in d. l. nūquam nuda. in prin. ff. de acquir. rer. domi. cum alijs iuribus in id adductis ſuprà in ſexto fundamento pro ſecunda parte intellectus principalis, ſuprà ad iſtum tex. aſſignati. Nam reſoluto iure datoris reſoluitur ius acceptoris, vt in l. lex vectigali. ff. de pignor. cum enim hæres grauatus poſt mortem eligere ſeu nominare, per actum inter viuos nominat, ſeu eligit & tradit, traditio illa eſt regulanda, à nominatione ſeu electione: & cum nominatio, ſeu electio ſolummodo valeant quo ad ius temporale ipſius fruitionis: duraturū dumtaxat vſque ad mortem hæredis grauati, eiuſdemque eligentis, & non vltra. Ergo dominium virtute eiuſmodi traditionis tranſlatum cenſeri debet extinguibile & reſolubile, cum transferatur in alium electum vltimo loco vel ſi nullus alius fuit electus mutatur qualitas ipſius dominij: de temporali in perpetuum nam hac ratione mutationis poteſt dici perpetuum non autem ex ſui natura vt ſupradixi, qa imò eſt temporale, conſiderata electione de primo nominato: & traditione eidem inter viuos per grauatum factis, & ex his reſultat declaratio optima ad prædicta iura in quinta difficultate adducta in quantum dicunt, quòd traditio facta ex contractu conditionali: pendente conditione, transfert dominium & in dubio trāſlatio illa eſt perpetua, vt intelligantur, ſi illa cauſa de ſe eſt perpetua & non extinguibilis per mortem tradentis aliàs, aliter eſt dicendum, vt ſuprà per iſtum text. quod eſt no. & verum & eodem modo reſpōdetur ad ſextā difficultatem de l. ſed addes. §. ſiquis cū mihi annū, vbi fuit facta tranſlatio perpetua pendente conditione quia ibi cauſa ex qua fuit facta ſolutio, ſeu traditio erat perpetua, ideſt, promiſſio penſionis ex cauſa locationis quæquidem promiſſio, ideſt, obligatio ex illa cauſa deſcendens licèt in dubio coartetur, tempore tamen durat perpetuo quouſque per ſolutionem tollatur, vt in l. obligationū ferè. §. placet. ff. de actio. & obligatio. vbi dicitur quòd tempus non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis: ad idem l. 4. vbi glo. & Docto. & in ſpecie Angel. Albe. & Paul. de Caſt. ff. de ſerui. tit. gene. quā ſuprà adduxi.

Reſoluto iure datoris, &c.

Ad l. ſed addes. §. ſi qs. cū in annū, vñ fuit deſumpta. 6. difficultas ſupra ſignata.

Ad ſeptimam difficultatem reſpōde, quòd rogatus poſt mortem reſtituere, reſtituendo inter viuos ſoli ſibi præiudicat, & poteſt fauori ſuo renunciare, vt in ea dicitur tamen illud eſt

Ad l. Mulier §. ſi hæres. cum al. infrà ad Treb.

eſt quãtum ad id quod ad ipſum pertinet in vita ſua.i. quantum ad vſum & fruitionẽ eiuſdem rei reſtitutioni ſubiectæ, quo caſu nõ negatur q̃n poſsit fauori ſuo renunciare, & valet electio & reſtitutio quo ad illum effectũ duntaxat, Et ſic nõ obſtat imo cõſonat.

Ad l.Eũ qui infrà d̃Ann. lega.

Ad octauam reſpõdetur ꝙ regula quæ ex eo textu cũ gl.deſumitur, Videlicet ꝙ dilatio in dubio cẽſetur adiecta gratia hæredis grauati debet intelligi & reſtringi, vbi reſtitutio eſſet faciẽda poſt tẽpus perſonæ certæ & ei ſoli ſecus ſi eſſet facienda vni incerto de pluribus certis vt in hoc text. quo caſu non cẽſetur dilatio apponi indiſtinctè, & ſimpliciter in fauorẽ rogati ſeu grauati, quia ſi reſtitutio ſtatim fieret vni ex eis vt valeret irreuocabiliter, poſſet (vt eſt iã non ſemel dictũ) reſultare alijs præiuditiũ ſi fortè is cui eſſet facta reſtitutio p̄decederet ante reſtituẽtem nam tũc cæteri præiudicarẽtur quibus deuolutũ eſſet fideicommiſſum, vtpotè cõditionale & in trãſmiſsibile effectũ per mortẽ primi electi prę defuncti ante cõditionis exiſtẽtiam & fieret cõtra volũtatem expreſſam defuncti eiuſdẽq; teſtatoris qui voluit ꝙ is cui reſtitutio eſſet faciẽda ſuperuiueret vt in.§.hæreditatẽ, el primero ſuprà iſta lege cũ pater.& in l.filiusfamiliâs.§.diuus Seuerus.ſ̃.tit.1.& Latius dictũ fuit ſuprà poſt tertiã concluſionẽ reſpõſionis ad primã difficultatẽ, & ſic non obſtat, & cõſequenter ceſſant oẽs cõprobationes in eius fauorẽ Adductę, & ita in effectu reſpondetur ad nonã difficultatẽ, quæ nulla alia ratione fundatur niſi prædicta dũ arguit de re ad tempus.

Ad contradictionem apparẽtem de hoc tex. ad ſeipſum.

Ad decimã difficultatẽ in qua obijcitur cõtradictio iſtius tex. ad ſeipſum cum in vna parte ipſius dicitur ꝙ fuit donatio inter viuos, & in alia dicitur, ꝙ eſt reuocabilis, quod eſt cõtra naturam donationis inter viuos reſpondetur, ꝙ quãtum ad ius tale plenum ſeu perfectũ rei per fideicommiſſum relictę, donatio eſt reuocabilis ad libitum ipſius donantis ſeu eligentis quia cenſetur cõditionalis videlicet cum moreretur grauatus, vel eligens, vel poſt mortẽ ipſius eligẽtis eiuſdẽq; grauati, ſed quo ad ius momẽtaneum & tẽporale.ſ.reſpectu vſus & fruitionis pertinentium ad ipſum grauatũ eundemq́; eligẽtem quo ad ipſius vitã, talis donatio, vel electio eſt irreuocabilis & ſolida, & ob id dictũ fuit in prima concluſione, ꝙ vnus & idem actus, quæ erat ipſa electio, vel nominatio per modum donationis poterat fieri purè & conditionaliter & in primo corrollario.fuit dictũ ꝙ talis actus erat anomalus & indifferens, ſic itaq́; declarandæ ſunt prædictæ.ll. loquentes de irreuocabilitate donationũ inter viuos confectarum.

Ad vndecimam reſpõdetur, ꝙ licet cõditio mortis ſit neceſſaria & omnimodo extitura & cõſequenter videatur non eſſe expectãda ipſius exiſtentia vtpotè nihil operatura, tamẽ quando expectatio euentus poſſet aliquid operari bene conſideratur ſeu eſt in cõſideratione, vt eſt in caſu iſtius tex. Vbi reſtitutio eſt facienda vni in certo de pluribus certis, nam propter intereſſe quod alij potuiſſent prætendere ſi grauatus reſtituiſſet in vita alicui qui præmoreretur ipſi grauato operatur aliquid expectatio euẽtus prędictę conditionis neceſſariæ, ideò merĩtò conſideratur, quod ſuprà declaratum fuit plenius in quarta conſideratione declaratoria quã ſuprà feci poſt tertiam cõcluſionem reſolutiuam ſuprà poſitam poſt ſolutionem primæ difficultatis.

Ad l. filius fa. §. Diuus ſupra tit. 1.

Ad duodecimã de l.filiusfamiliâs, §. Diuus Seuerus.ſ̃.ti.1.reſpõdeo. ꝙ imò potius



Ad l. filiuſfa.§. Diuus. ſuprà titu.1.

Ad xij.de l. filiusfamilias, §. Diuus Seuerus.ſ̃.tit.primo reſpondeo, ꝙ imò potius concordat, vt ibi eleganter tradit Pau.de Caſt.licèt non alleget iſtũ tex.dum opponit de l. poſt mortem, C.de fideicommiſ. Sed quia oppſitio ſ̃.per me ſignata tendit ad aliud, videlicet, quòd ibi probetur à ſenſu oppoſito, ꝙ reſtitutio fieri poſsit ante diem vel conditionis impletum, ideo reſpõdeo, ꝙ etiam ille tex.concordat: quia licet loquatur in fideicõmiſſo vniuerſali reſtituendo ſub conditione, tamẽ eius perfecta & vltimata reſtitutio nõ poteſt fieri ante conditionem, neque actiones transferũtur, vt ibi declarat Bar.allegans l.ſed et ſi ante ff. ad Trebel.& quia poteſt etiam fieri reſtitutio ſemiplena & imperfecta quoad vſum & fruitionem pendente cõditione, prout etiam in caſu iſtius tex.in omnibus cum hoc text. concordat. Et hoc procedit intelligendo illum tex. ſecundum vnam lecturam glo.ibi, vt loquatur de quauis conditione, quæ lectura habet minus difficultatis: nã ſecundum aliam lecturam.ſ.de conditione emancipationis loquẽtem, maior eſt difficultas, ſed non tangit propoſitum iſtius tex.neq; ſecundum illam conditionem feci prædictam inductionem, ſed ſecundum aliam quãcunq; conditionẽ ſimplicem, de qua ſuprà dixi.

Ad ll.qui hęred.,in prin. & Meuius infrà de con di. & demõ.

Ad xiij.dicitur ꝙ licèt conditiones ſint adimplendæ in forma ſpecifica, illud tamen intelligitur in conditionibus voluntarijs, in quibus loquunt̃ prædictæ leges, ſecus in conditionibus neceſſarijs, ſiue ſint neceſſariæ ad ipſum actum, ſiue ad ipſius actus effectum, prout eſt conditio iſta, ſi morietur, vel cùm morietur, quæ eſt neceſſaria & omnino exſtitura. Iſta eſt elegans & notãda doctrina Bar. poſt Pe. in l.Gallus,§.& ſiquid ſi tantum, col.2.ſ̃.de libe.& pòſthu.& ibi exemplificatur vtranq; conditionem, tam neceſſaria ad actum, q̃ ad effectum actus: & ponit rationem differentiæ inter vnam conditionem & aliã. Et illa doctrina cum ratione approbatur communiter à Docto.ibi, & in alijs pleriſq; locis, vbi de ea fit mentio, quæ ibi recentiores adferunt.

Ad vlti.dicitur, vt in princi.dixi, recitando communem intellectum gl. hîc ad iſtum tex. per quem concordatur iſte tex.cum l.vnum, in prin.ſ̃.eodem, vt in prima pagina iſtius actus ſuprà declaraui, poſt glo.hîc.Et per hæc vtcunq; redditur expedita iſta relectiuncula ſcholaſtica ad laudem cunctipotentis.&c.

F I N I S.

# EX COMMENTARIOL. SI quis in principio. ff. de lega. 3. Epitome reſolutoria: ſumma ſequar faſtigia rerum.

1 Generis cognitio præcedere debet ſpecierum ſub eo contentarum cognitionem.

2 Euidentiale genericum ad materiam teſtamentorum ſucceſſiuè ab eodem diſponente factorum: item & particulare in materia plurium diſpoſitionum ultimarum particularium, ſucceſſiuè itidẽ ab eodemmet factarum.

3 Voluntas ultima cur paſſim ac ſine delectu denominetur.

4 Regula infallibilis, Paganum teſtatorem, cũ duobus teſtamentis minimè poſſe decedere, unà cum improprijſſima atq; inflexa fallentia, quæ cum talis ſit manet (ut dixi) regula infallibilis.

5 Teſtamentum quoad ſolas diſpoſitiones particulares ualidum non eſt, neq; poteſt dici teſtamentum: ſed potius codicilli. Idem, ſi quoad fideicommiſſa uniuerſalia duntaxat ualeat.

6 Inter diſpoſitiones particulares tam uiuentium, quàm morientium, ex parte una, & uniuerſales ultimas ex altera, diſcrimen quod reaſſumitur pagi. ſequen. uerſ. Et ex prædictis. & iterum in uer. Tertia ratione ſequen. pag. poſt eam.

7 Emendatur l. 45. tit. 9. par. 6.

8 Ius ex teſtamento producibile, eſt plenum, ac totale: ſi in uniuerſum abſolutè: ſi in parte quota hæreditaria, reſpectiuè quoad eam: ſicq; eſt uniuerſitas quotitatiua & reſpectiua ad partem hæreditariam.

9 Regula eſt naturalis, pariter & ciuilis, plenitudinem non admittere ſeu recipere ſecum concurrentiam.

10 Inter diuerſos codicillos ſibi inuicem incompatibiles, prioritas non attenditur: aliâs autem ſecus.

11 Inſtitutio eſt caput baſis ac cardinale fundamentum teſtamenti.

12 Vt hæres ſolus & in ſolidum inſtitutus repræſentat ſolidè perſonam defuncti, ita & plures inſtituti ex diuerſis partibus repræſentant ſimul eundem in ſolidum, & unuſquiſq; eorum pro quota parte hæreditaria, pro qua fuit inſtitutus, eum ſimiliter reſpectiuè repræſentat: omnibus inquam hæredibus præfatis adeuntibus.

13 Repræſentatio de uno ex pluribus, uel de ipſiſmet pluribus hæredibus ad defunctũ in ſolidum, uel quotitatiue, non poteſt fieri ex duobus teſtamentis, in quibus un⁹ & idẽ uel plures ſit inſtitutus uel inſtituti.

14 Conſequentiæ deſumptæ à proportionalibus, & à correlatiuis, iure procedunt & prope fraternizant.

15 Conditiones non diſponunt, neq; deducunt rem ad eſſe, quum ſua natura ſuſpendant actum cui adiacent.

16 Potiſsima primaq; teſtamenti confirmatio morte teſtatoris inducitur.

17 Sermones debent eſſe rebus concinni ſeu conſoni: & hoc eſt quod Philoſophus inquit experimentum uerorum ſermonum eſt ut concordent rebus ſenſatis, quod uocatur apud Rethores & Oratores decorum, ut per Cice. in primo de oratore.

18 Prima regulæ productio, etiam ſi de priore teſtamento in poſtremo nulla fiat mentio.

19 Notariorum uulgaris clauſula, apponi ſolita in teſtamentis, uidelicet caſſans & irritans omne ac quodcunq; præcedens teſtamentum ſuperuacanea.

20 Productio ſecunda eiuſdem regulæ, etiam ſi ſecundum teſtamentum à principio ualidum ex poſt facto ob aliquam cauſam ſuperuenientem deficeret.

21 Notandæ declarationes ad §. poſteriore, in inſtit. qui. mo. teſtamentum infir.

22 Valor teſtamenti conſideratur principaliter reſpectu inſtitutionis uniuerſalis in eo contentæ, hoc eſt ualiditatis ipſius, ab eaq; haurit robur, non attenditur reſpectu ualiditatis particularis, id eſt legatorum teſtamento contentorum.

23 Secundum teſtamentum inualidum ex quo iure ſolo extraordinario hæreditas poſſet (ratione quadã ſpeciali) adiri non tollitur: ut itaq; illud tollatur omnem poſsibilitatem adeũdi eſſe ordinario fulcitam.

24 Regulæ præfatæ generalis. 3. productio, etiam ſi quando teſtator ſecundum feciſſet teſtamentum, non recordaretur ſe feciſſe prius aliud teſtamentum.

25 Quæ à iure fiunt uel inducuntur, non exigunt hominis ſcientiam: præſertim in his quæ legum authoritatem concernunt, & pro forma actus ab eis traduntur.

26 Quæ utilitas reſultet hæredi ſcripto ab eodem teſtatore in duobus teſtamentis, adeunti ex eorum ſecundo prout adire debet quodque incommodum econtra eidem ob illam aditionem ualeat ſubire, hic deſcribuntur.

27 Dictiones, quicquid, aut quodlibet, ſunt uniuerſales diſtributiuæ.

28 Adaptatio non contemnenda ad l. primam, in tit. de los teſtamentos in ordi. reg. ubi dilatantur fimbriæ in intelle. illius.

29 Lex cuius ratio eſt abolita, legis nomine meritò caret.





30 Teſtamentum nullum, neq; eſt, neq; poteſt appellari teſtamentum niſi abuſiuè & impropriè.

31 Tolle de medio uolũtatem, & omnis actus erit indifferens.

32 Eſt reperibilis uoluntas ultima innominata, quæ non eſt teſtamentum, neq; codicillus.

33 Lex prefata ordi. reg. reducit rem od uoluntatem innominatam.

34 Conſtito de defuncti uoluntate, teſtati cauſæ, præfertur cauſa inteſtati.

35 Duo notanda documenta ad dignoſcendam ultimam innominatã, & ad exemplificationẽ glo. uulgaris perperam à Doct. ibi explicatæ in l. licet inter priuatos. C. de pactis. ui. ſtatim nu. 37.

36 Præter teſtamentum, & codicillos, non eſt alia in iure uoluntas ultima quæ ſit nominata.

37 Aduertentia ad clauſularũ intelligentiã, quæ frequẽtiſsime in calce oĩum ꝓpe teſtamẽtorũ ponũtur.

38 Aduertentia declaratoria & apta, ad l. 22. tit. 1. parti. 6. truncatè & imperfectè loquentem.

39 Ad primũ reſpõſum. l, ex ea ſcriptura, ff. de teſtamentis cum cõplicibus declaratio reſtrictiua & ſummè notanda.

40 Quando teſtamentum cenſeri debeat perfectum, nec ne, & cui de ea re probatio incumbat.

41 In qua re uerſetur ſingularitas l. ſi is qui teſtamẽtum, ff. de teſtamen.

42 Voluntatis imperfectio, in dubio nõ præſumitur in teſtamento, in quo hæredis inſtitutio continetur.

43 Singu. declaratio limitatoria ad tex. cum glo. ordi. in l. fideicõmiſſa. §. Quoties, eodemq; 1. infrà tit. iſto. de lega. 3.

44 Agitur de neceſſaria intelligentia l. 23. tit. 1. partita. 6. circa quam tradũtur nonnulla apprime ſignanda, ac ſatis utilia, nec non aſsiduè ex facto eueniẽtia.

45 Teſtamentum imperfectum ratione uolũtatis eſt omnino nullum, ita ut non ualeat iure codicillorum, eſto ꝗ contineat clauſulam codicillarem expreſſam, aut aliquam aliam ei equipollentem.

46 Ad l. 11. tit. 3. parti. 6. celebris & aptiſsima declaratio, ac uulgo inanimaduerſa.

47 Declaratio reſtrictiua, ad id quod in principio iſtius ampliationis fuit dictum, ibi. Id. n. quod uulgo ſolet. &c.

48 Remedia procurata, non iuuant procurantes illa, neq; eiſdem proſunt.

49 Adaptatio ad d. l. 1. de los teſtamẽtus, in ordinationibus reg. ſuper qua tamen relinquitur deliberãdũ.

50 Quomodo aut quãdo, per actum inter uiuos poſt teſtamentum ſubſequentem, ab eodem teſtatore confectũ, precedens teſtamentũ poſsit ab ipſo reuocari.

51 Declaratur optimè & affabrè l. 23. ti. 1. parti. 6. cum lege hæreditas. C. de his quib. ut indig.

52 Et ſi communis ſententia ſit cum Bart. ꝗ ſi teſtator corã teſtibus declaret, ſe nolle ualere teſtamẽtũ quod fecerat, quia uult decedere inteſtatus, teſtamentum ab eo confectum tollatur, non tamen ob eam declarationem uenientes ab inteſtato, cẽſentur ab eo inſtituti, ſed tantum ſuccedunt ex cauſa inteſtati, quæ eſt etiam ſententia Bar. eodem loco quãuis ab aliquibus oſcitantibus ſoleat (& quidem minus rectè,) in contrarium allegari.

53 Euincitur mẽs Bar. ex allegatione quã facit de l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus, ulti. char. ff. de hære. inſti.

54 Abundans cautela uel ſolẽnitas nõ obeſt, cum ueritatis ſubſtantiam non mutet, fallitur ut infrà, numero. 60.

55 Abundãs ſolẽnitatis uel cautelæ expreſsio, quemadmodum actus non obeſt; ita neq; illum auget aut minuit ut infrà ad fi. nu. 59. ad fi.

56 Vltima opinio ex pluribus recitatis per gloſ. uel comentarium indubio cenſetur ab eodem recitante, glo. uel Doctorẽ appropriata.

57 Reſolutio in articulo redundantis ſeu ſuperuacue ſolẽnitatis uel cautelæ appoſitæ actui à teſtatore uel aliter diſponente.

58 Ad prefatam l. 1. de los teſtamentos. in regijs ordi. adaptatio, minime incongrua.

59 Alia adaptatio ad l. 3. Tau. per modum ſimilitudinarium, & uera.

60 Ex redundanti, ſeu exuberanti cautela, nonnunquam fit preiudicium utenti illa. Et tradũtur aliqua memoranda ad intell. gloſ. ordi. in l. 7. ſuprà de condi. inſti.

61 Notanda declaratio ad eandem gloſ. ut procedat, quãdo clauſulæ inſolitæ uel exorbitantes, deuianteſq; ab ſtilo, & conſuetudine uſitata ponerentur in actu ſui natura de fraude uel ſimulatione ſuſpecto. aliàs ſecus.

62 Inueniendis inuenta non obſiſtunt.

63 Scindẽdi cupiditas naturaliter hominibus inſita.

64 Natura in dies nouas deproperat ædere formas.

65 Quæ noue emergunt, nouo indigent adiumento.

66 Cauſa monialium eſt magis pia, quam cauſa monachorum data inter eos omnimoda paritate.

67 Piæ cauſæ non conceditur à iure priuilegium derogatorium iuris publici, ac proinde præiudiciale facultatis teſtandi.

68 Tractatur hoc numero de declaratione & ſuppletione l. filio præterito, ff. de iniuſto rup. 2. rñſo.

69 Voluntas quam lex fingit habere defunctum abſq; teſtamento ad uenientes ab inteſtato, eſt permiſſiua, non autem arctatiua, uel præceptiua.

70 Verbum cuſtodiri quid propriè, & exactè ſignificet.

71 Vltima uoluntas innominata abſorbet precedentem etiam nominatam, quando utraq; eſt uniuerſalis aut ſi particularis tamen ſecunda eſt prime incom-

patibilis prout in ſimili ſupra eſt dictum in codicillis ſequentibus, reſpectu præcedentium in tertia ratione principali ad regulam quæ in præſentiarum ornatur.

72 Si quod uni primum datur purè, uel relinquitur, alij detur uel relinquatur ſub conditione ſecundario. Illud idem uidetur primo datum uel relictum iterato ſub contraria conditione ſicq; prima diſpoſitio pura uertitur in conditionalem.

73 Ad l. ſecundam §. ſub conditione, de bono. poſſe. ſecundum tab. extenſio.

74 Clauſula codicillaris appoſita in teſtamẽto, quod ex poſt facto penitentia teſtatoris reuocatur, nullius eſt momenti, prout & ipſum teſtamentum, cum ſit illius apendix & ſequela.

75 Notãda declaratio efficatiæ clauſulæ codicillaris & allegationis quæ paßim de ea fieri aſſolet.

76 Verba ſunt accipienda iuxta naturam actus ſuper quo interponuntur.

77 Nihil tam generale, quin ex materia ſubiecta coarctetur & reſtringatur.

78 Sequela, uel conſequens, non regit, neq; regulat antecedens, quin imò regulatur ab eo.

79 Vnus & idẽ actus, nõ põt ſe ipſum tollere, uel reuocare quũ repugnaret nature, ſecũdũ quã, actio & paßio in eodem ſubiecto, nequeunt concurrere aſtipulante etiam iure ciuili uarijs in locis.

80 Error opponitur ex diametro conſenſui, quæ eſt iuris regula prope infallibilis.

81 Actus nullus regulariter eſt ineffectualis, & eſt regula propè infallibilis.

82 Enucleatur adamußim. l. Centurio ff. de mil. teſtamento.

83 Regulare eſt, ac penè perpetuum, præfationes cauſales quarũcunq; diſpoſitionũ, inducere cauſas finales earundem.

84 Aduertentia memorabilis ad allegationem communem quæ paßim fit ab omnibus de l. ulti. ff. de hære. inſti. item alia ſtatim. Item ſubijcitur alia ſubſequenter.

85 L. 22. titulo primo, Partita ſexta, ſupleri debet per aucten. hoc inter liberos C. de teſtamen. ut potè imperfecte ac truncate dictata.

86 Agitur plenißimè, nec minus ſubtiliter & utiliter, de queſtione illa ſæpè uerſabili, de duobus teſtamentis ab eodem teſtatore confectis cum eadem data, inter quæ non poteſt diſcerni, unius ad aliud prioritas, neq; poſterioritas. Ibiq; enucleatur intell. l. 3. tit. 14. Partida ſexta ſi aliter quàm hucuſq; per aliquem fuerit diſcuſſus, ne dicam tactus, neq; perceptus.

87 Regula penè infallibilis, naturalis, & iuridica, accidentia, ſeu qualitates, ſubiecto non ſubſiſtente, minimè ſubſiſtere, aut conſiderari poſſe.

88 Litera occidit, ſpiritus autem, ideſt intellectus, uiuificat.

89 Nonnulla hic traduntur numero, ſatis notãda ad intellectum gloſſe famigeratæ in l. ſororem C. de his qui ut indig. Tandem tãdem approbatur ipſius quæſtio ut communis, & uera, atq; honeſtati conſona, licet rigida.

90 Inſtitutio præambula nõ poteſt reuocari ex ſubſequenti uolũtate tacita teſtatoris reuocatoria illius, nimirum quia neq; ex expreſſa.

91 Ex heredãdi filiũ, non tãtũ eſt iuſta cauſa, ſi cõtrahat amicitias cum inimicis patris capitalibus, ſed etiã ſi cum eis conuerſetur, imò & ſi eos aſſociet.

92 Leges penales, ac & etiã ll. priuatiue, nõ extendũtur de caſu expreſſo ad caſum tacitum, & ſub intellectum iuribus hic adductis. Deinde afferuntur iura in oppoſitum & è diametro repugnãtia, tandẽ remittetur de eadem re. ad imo. Diſtinguentem.

93 Si quiſquam per fraudulentas inſtigationes, aut preces importunas, fecerit, uel fuerit in cauſa, quòd teſtator mutet teſtamentum, quod confecerat, & aliud faciat, in quo talem inſtigatorem doloſum uel importunum efflagitatorem inſtituat hæredem, tenetur ille talis hæredi in primo teſtamento ſcripto actione de dolo, uel in factum ad intereſſe.

94 Importunæ preces aut ſuaſiones habent inſtar, imò effectum, & uim iuſti metus qui caderet in uirum conſtantem, ſicq; actum earum prætextu factũ reddunt meticuloſum, & generaliter reſcißioni ex edicto quod metus cauſa ſuppoſitum.

95 Ratio æqualitatis ſeruande inter filios conſideratur, & commendatur aprime in hac materia, prout & in pleriſq; alijs utriuſq; iuris materijs.

96 In actu, uel per actum inter uiuos qui teſtamentũ ſequitur non poteſt fieri reuocatio expreſſa de tali teſtamento, & a fortiori, neq; poteſt tacita ſub intelligi.

97 Iura contractuum, nõ poſſunt per ultimam uolũtatem minus, quæ eſt regula infallibilis.

98 Traditur hoc numero, quonammodo ultima uoluntas particularis priorem particularem tollat, & quod dißideat ab ultima uolunta te uniuerſali poſteriore Reſpectu etiã prioris uniuerſalis, & quid inter uiuos. Tandem ſubijcitur reſolutio, circa differãtiam ipſarum uoluntatum ultimarũ uniuerſalis, & particularis inuicem.

99 Traditur hic de diſpoſitionibus ultimis uariarum formarum, non omnio inuicem repugnantium.

100 Tractatur hic de diſpoſitionibus inuicẽ, & omnino repugnantibus & Conciliationem inter ſe non admittentibus.

101 Tangitur hoc numero & infra ab hinc nume. xi. de diſpoſitionibus perplexis, inuicem non ualentibus ullatenus ſubſiſtere.

102 Attingit intellectũ l. ubi repugnãtia. ff. de de regul. iuris ui. infra. numero. 109.





103 Multa iura de perplexitate loquentia recipiunt declarationem ex l. ſingu. & peregrina, ſi Titius, de uerbo. obli. 2. char. ad eaq; per illam datur notabilis temperies.

104 Abſolutio actus inter uiuos, item & ultimæ uoluntatis uocatur, el otorgamiento.

105 Perfectio, concluſio, & abſolutio teſtamenti ſtat in puncto indiuiſibili, ſicq; teſtamẽtum non eſt quid corporeum, ſed potius mentale, & intellectuale, & conſequenter omnino indiuiduum, & pari ratione idem poteſt dici in actibus inter uiuos, qui à partibus abſoluuntur, ut in nume. ſequenti.

106 Omnia pacta & capitula contractus conficiuntur in eius abſolutione ſeu concluſione.

107 Declaratio & intelligentia Pau. de Caſt. ad uer. quòd ſi pure. l. non ad ea. ff. de condi. & demonſt. eſt communis, ſed Rapha. Cuma. de rigore iuris uerior. Ibiq; ſubijcitur reſolutio memorabilis & fœcunda atq; optime frugis ultra ſcribentes in articulo frequentißimo ultimarum uoluntatum.

108 Conciliatur præfatus uerſus, q. ſi pure, cum. §. ultimo, in ultimis uerbis eiuſdem l. nõ ad ea, qui textus prima inſpectione uidebantur inuicem pugnantes.

109 Intelle. l. ubi repugnantia, de regu. iuris, ex Bald. alibi depromptus. uid, ſtatim num. 111.

110 Ratio generalis, quare perplexitas prope ſemper imò infallibiliter uici & omnẽ actum, & omnem diſpoſitionem.

111 Ad eandem l. ubi repugnantia, alius intell. ex glo. & Bal. alibi.

112 Ad eandem l. cum l. ſcripturæ, C. de fide inſtrumentorum declaratio natura earundem conciliatrix quæ uidebantur repugnare.

113 Inter perplexitatem, & contrarietatem indiſſolubilem non eſt dare dißidium, quinimo uidentur duo conuertibilia inuicem.

114 Remißiones non contemnendæ ad uaria iuris loca, ubi traduntur extra perplexorum ibi ſubduntur duo inſolubilia. Et ſic finiuntur, euidentialia ad leg. introitum.

115 Quæ in iure conſiſtunt, quum ſint incorpora, & intellectualia, ſunt indiuiſibilia, facto inquàm hominis, quæ eſt regula infallibilis.

116 Duo pluresue, poſſunt ſimul ac ſemel eadẽ teſtari

117 Dictionum taxatiuarum natura ingenita, ac germana eſt, includere ſeu comprendere negatiuam.

118 Ea eſt natura genuina ac primitiua proteſtationis præãbule, ut oſtendat ſeu inſinuet, impoſterum de futuram uoluntaatem ſeu animum proteſtantis, in præiudicium actus preambuli, id eſt quem primo facit, cuique ſubnectit proteſtationem in futurum reſpicientem.

119 Secundus actus geſtus per proteſtantem, aduerſus proteſtationem præambulam ab eo prius emiſſam eſt nudus, informis & imaginarius, ſiue fictus & ſimulatus, & iſtud eſt, declaratio conſequutiua præcentis numeri.

120 Quod in hoc traditur numero, eſt ualde ſignandum, & inſigni recordatione dignum ad ſtatuta, & pariformiter ad ll. huius regni habentia, & habentes clauſulas derogatorias, ad ſtatuta poſtea condenda, ac leges poſteriores.

121 Teſtamentum abſq; uoluntate eſt res imaginaria ac uelut materia ſine forma ſubſtantiali ſeu corpus ſine anima.

122 Ad quẽ finem præcipue ponitur clauſula derogatoria in teſtamento præambulo. uide ſuprà nu. 118. & ſequen. poſt illum.

123 Singu. notandum ad proteſtationes quæ ſæpenumero præmittuntur, & fiunt ab his qui uerißimiliter uerentur ſe fore cogendos ad contrehenda matrimonia meticuloſa.

124 Proteſtatio præãbula ad actum futurum qui uerißimiliter ſperatur fieri per metum, præſeruat mirum in modum proteſtantem, quum operetur tranſlationem onerum probandi liberam ipſius proteſtãtis uoluntatem, in aduerſam partem quod eſt ſingularißimum, & unlgo incognitum, cum moderamine, tamen quod ſtatim ſubijcitur.

125 Regula memorabilis, & añſignana in hac materia, q. undecunq; poteſt colligi, aut ex coniecturis apparere, teſtatorem uoluiſſe præualere ſecundum teſtamentum carens clauſula derogatoria primo eam habenti, præualet illi.

126 Quid ſit dicere illud quod uulgo ore omnium traditur ambulatoriam eſſe uoluntatem diſponentis uſq; ad ipſius mortem.

127 Prima teſtamenti confirmatio fit per mortem teſtatoris nam in uita ipſius ualiditas ipſius, non deducitur ad eſſe, ſicq; nullum producit effectum, neq; aliquid iuris tribuit deſcriptis, ſeu honoratis in eo.

128 Regula ex Bart. notanda, quòd in his quæ ex ſola & libera uoluntate pendent alicuius, non poteſt illæ facere, neq; ſecum conſtituere, ne illam exercere poſſit.

129 Actio & paßio eodem reſpectu conſideratæ non poſſunt in eodem ſubiecto concurrere.

130 Prudentiæ quorundam iuriſperitorum tribuitur eos de induſtria deceſsiſſe inteſtatos.

131 Liber ſtilus in teſtãdo qd ſit, declaratur ex Bar.

132 Verba l. Theodoſianæ, quum pulchra, tum ad hãc ad modum apta, concinnaq;.

133 Vltima uoluntas per metum teſtatori incuſſum condita, uel eſt ipſo iure nulla, uel per actionem quod metus cauſa reſcindenda.

134 Ponuntur hic remiſsiones notandæ cuiuſdam coniecturæ notabilis ex qua colligitur dolum, uel metum

teſtatori in teſtando fuiſſe incuſſum.

135 Par libertas debet in teſtatore ineſſe, in teſtando uel diſponendo particulariter, quæ in diſponendo uniuerſaliter ui. infra num. ab hinc. 3.

136 Regula propè infallibilis, quòd ſubſiſtente rationis paritate in utroq; caſuum, idem iuris eſt, aut debet eſſe de toto quoad totum quod eſt de parte quoad partem.

137 Vt quis ſe ipſum exuere ſeu priuare non poteſt, teſtandi poteſtate libera ita neq; codicillandi, neq; aliter per aliam uoluntatem ultimã puta innominatam diſponendi ui. in ſimili ab hinc num. 3.

138 Aduertentia haud contemnenda ad l. 22. tau. & eiuſdem aptam declarationem.

139 Clauſula derogatoria ſpecialis appoſita in teſtamẽto præambulo concernens legata in ſequenti uolũtate relinquenda, comprehẽdunt codicillos poſtea faciendos, & legata in hiſdem contenta.

140 Clauſula derogatoria generalis præambula reſpiciens ultimam uoluntatem ſequentẽ cõpræhẽdit etiã codicillos futuros.

141 Clauſula derogatoria præambula principaliter relata ad ſequens ſolummodo teſtamentum, non porrigitur ad codicillos poſtea faciendos, ex quo apparet ad eorum ualiditatem, non eſſe opus in eis apponere aliquam clauſulam derogatoriam priori contrariam.

142 Colligitur in quinto notabili ex litera iſta elicito, ſecundum Raph. regula quedam infallibilis, quòd uoluntas ſuprema ſemper præualet priori.

143 Sola teſtatoris ſcientia non eſt ſuffitiens, neque efficax, ad producendum aliquem effectum diſpoſitiue, niſi ultra teſtator progrediatur ad diſponendum.

144 Illud quod apud omnes tam in ſcholis, quàm in iudicijs aſsidue traditur, per l. quidam cum filium. ff. de uerborum obligat. uidelicet non ſufficere teſtatorem uelle, niſi diſponat; quo pacto ſit intelligendum ac declarandum hic traditur appoſitiſsime, curioſe ac copioſiſsima, neq; ullibi (quod ſciam) ita adamuſsim ui. infra num. 173.

145 Legatum & fideicommiſſum inducuntur per uoluntatem defuncti tacitam ex coniecturis elicitam.

146 Reſolutio notanda, quæ exemplificatur per plures caſus hic traditos, ex quibus & ex eorum quolibet, elicitur quonam modò uoluntas defuncti coniecturata euincatur ex coniecturis uel præſumptionibus ad inducendum legatum uel fideicommiſs. particulare, uel uniuerſale. Qui articulus eſt ualde aſsiduus in interpretando & ex facto ſepiſsime occurrens.

147 Sufficit ad defuncti uoluntatem colligendam, coniecturatam de relinquendo legatum, uel fideicommiſſum, ut de ea conſtet de larga uel impropria uerborum ab eo prolatorum ſignificatione.

148 Manifeſtum, uel euidens in hac materia dicitur, quod ex coniecturis uel præſumptionibus uoluntatis defuncti elicitur.

149 Verba teſtatoris clara, & apta, indicant iuris præſumptione ipſius uolũtatem fuiſſe talem, qualem illa moſtrant, & finiũt, & ſi forſan in uerò alia fuerit.

150 Intentioni uerba ſubſeruiũt eiq; ancillantur, & illam pandunt, atq; comonſtrant.

151 Quæ uoce enũtiãtur, atq; emittũtur ſunt note. i. ſigna paſsionũ animi enundantis pro theoremate phi.

152 Gloſæ ſunt allegandæ quãdo textus deſunt, nõ autẽ eis ſtãtibus ſupple niſi ad eorum declarationem. Ibiq; traditur nonnihil circa gloſ. in l. tale pactum. §. fi. de pactis pro qua ſunt plures tex.

153 Proteſtatio præcedẽs & præſeruatoria declarat ſequentem diſpoſitionem per uerba inepta emiſſam & eam iuuat ad eliciendam cognoſcendamq; defuncti uoluntatem.

154 Vt tacita uoluntas teſtatoris, ſit uel cenſeatur eſſe legitima ac diſpoſitiua, debet euinci ex ipſius uerbis expreſsis, ideſt debet conſequi ex eiuſdem diſpoſitione expreſſa ſeu fluere ex diſpoſitis aperte per eundem, alias non poteſt quis ea inniti ad legatum, uel fideicommiſſum conſequendum. Que eſt optima maxima in hac materia ultimarum uoluntatum.

155 Nonnulla notanda, ac memorabilia in illo articulo, An & quando ordo locutionis uel ſcripturæ cõſyderetur, nec ne, in colligenda uoluntate diſponentis.

156 Id quod præcedit in ordine ſcripturæ, uel loquutionis actum ſequentem, cenſetur præceſſiſſe in ſenſu interiore uel intentione proferentis uel ſcribentis.

157 Quod priùs reperitur poſitum in ordine ſcripturæ, præſumitur priùs factum fuiſſe.

158 Vbi de intentione diſponentis uerè, uel iuris præſumptione apparet, nõ conſideratur ordo ſcripturæ, uel locutionis, ſi talis inquam præſumptio eſt fortior, aut potentior ea quæ ex ordine inſurgit.

159 Scripturæ ordo ut plurimum, non eſt contemnendæ conſiderationis, quin imò maximè conſiderabilis.

160 Ordinis potiſsimus effectus eſt confuſionis euitatio inde eſt, quòd confuſum, & inordinatum ſunt conuertibilia inuicem contra gloſ.

161 Traditur hic regula generalis in materia ordinis, quæ eſt, quòd ordo, tam loquutionis quàm ſcripturæ attenditur ubi de mente diſponentis ſubeſt probabile dubium, ad eam ex tali ordine deſumendam, niſi alia urgentiore præſumptione præſumptio ipſa, ex tali ordine collecta, elidatur & ſic iſta eſt quædam regula limitata, & ſublimitata.





162 Citantur hic affatim quãplurima iura, quæ fundantur in affectione, uel conſanguinitate diſponentium circa eos quos honorant, ad depromendam illorum uoluntatem.

163 Argumentum ab oppoſito ſenſu quod paſsim ex uerbis teſtatoris poteſt ac ſolet elici, habetur pro lege, priuata inquam, quemadmodum & habetur ipſa diſpoſitio expreſſa.

164 Argumentum a defectu conditionis quod eſt propriè, & exacte argumentum à ſenſu contrario, inſurgit ex uera, ac propria mente diſponentis, neq; aliũde tale argumentum rectius ac proprius fluit quam à predicto conditionis defectu, quæ eſt communis Bar. & omnium ſentẽtia.

165 Præfatum argumentum ab oppoſito ſenſu nõ cadit in teſte ut illud directo probet, licet per indirectum, & remote faciat qualem qualem probationẽ.

166 Precedens clauſula fortius & intenſius influit in clauſulam ſequentem, quã econtra ſequens in precedentem.

167 Antecedens non regulatur à conſequente, ſed ecõtra conſequens ab antecedente.

168 Adaptatio ad caſum cotidie occurrentem in materia ſucceſsionis in maioratibus ſuper repetitione facienda qualitatis uel maſculinitatis, nec ne, de una clauſula in aliam. Quæ res hodie eſt importantiſsima, ac ſepenumero uerſatur in practica, nec aliquid hodie uideo uſitaatius in maioratibus ſupremis mediocrib[9] & infimis, & eſt controuerſioſima inter ſcriptores.

169 Noua inter præfatas opiniones diſcordantes conciliatio reſolutoria per caſuum deſignationem diuiſiuam curioſe tradita.

170 Exploditur excuſatio quam ponit And. Altiã. ad deciſionem Abb. Panor. in conſi. ſupra memorato.

171 Vna pars alternatiue clara, declarat aliam partem ambiguam ſeu obſcuram, idemq; eſt in copulatiua.

172 Diſpoſitio omnino tacita, ambigua uel obſcura, nullius eſt pretij, neq; momenti.

173 Non ſufficit aliquid eſſe in intentione, uel fuiſſe de uoluntate teſtantis de qua etiam conſtat, niſi redigatur ad diſpoſitionem. ui. ſupra nu. 144.

174 Cauendum ab allegatione fieri ſolita de. l. ſæpe allegata quidam cum filium. ff. de hæredi. inſtituen. ut potè uaga, & indiſcreta ſonante in expreſſam ſolam diſpoſitionem, uidelicet non ſufficere teſtatorem uelle niſi diſponat.

175 Iudicis arbitrio ac circunſpectioni committitur an probatio ſuper defuncti uolũtate præſumptæ uel tacita facta, ſit idonea, nec ne, quum non poſsit dari certum documentum ad habendam cognitionem, an & quæ ſufficiant indicia & coniecturæ ad probandam eiuſmodi uoluntatem.

176 Verba obſcura, ac prorſus imperceptibilia ſunt nullius momenti, quum ex eis diſpoſitio nequeat induci, quemadmodum & quando ſunt omnino incerta.

177 Declaratio ſignanda ad l. ſi ſeruus plurium. §. ulti. de lega. 1.

178 Quum probationes circa indicia, & coniecturas uoluntatis defuncti ſunt pares utrinque quamobrem de tali uoluntate apparere nequit, iudex abſtinere debet à pronunciando in alterutram partem.

179 Verborum obſoletoris non eſt habenda conſideratio niſi ad impediendam diſpoſitionem que ex eiſdem reſultat, ſi inquam pariant nimiam obſcuritatem habita eorum collatione ad uerba uſitata.

180 Deſumitur ratio ad id quod uulgo per manus traditur uoluntatem mente retentam uelut abortiuam nihil operari, ad quod paſsim citatur. l. ſi repetendi, C. de conditio. ob cauſam, ad quam allegationem uidendus eſt Bar. in l. 3. col. 2. ff. ſi certum peta. ubi id ampliat, & Soci. in. l. ſi eo. eo. titu. & Andre. Tyraquel. in l. ſi unquam in gloſ. in uerbo libertis. C. de reuocan. dona. nu. 35.

181 Doloſe cenſetur facere, qui de induſtria loquitur obſcure, ne poſsit intelligi.

182 Nulla eſt cõiectura reſultans ex uerbis teſtatoris enunciatiuis uel alio tendentibus ab ipſo prolatis, quæ non admittat probationem in contrarium, quæ eſt notandiſsima theorica in materia ultimarum uoluntatum, & multis iuribus conſona, deſeruitq; ad quam plurima dubia occurrentia decidenda.

183 Vltimarum uoluntatum dubia, dirimũtur ex æquitate naturali.

184 Tradũtur memoriæ aliæ plures ll. quæ ſupra deductis in hoc. 6. notab. manent explicate, circa iſtum articulum eliciende uoluntatis defuncti per cõgruã ad eaſdem ſuppletionem.

185 In facto proprio non cadit ignorantia probabilis, exceptis nonnullis caſibus qui inferius ſubijciuntur inibiq; ſubduntur alij caſus ſpeciales in quibus è contra in alieno facto error uel ignorantia non cadit quæ tamen alias ſolet regulariter ex iuris præſumptione cadere.

186 Allegans ignorantiam aut obliuionem in facto, ꝓprio ꝑtextu longinquitatis temporis elapſi, ad conſequendum lucrum, nihil agit, neq; eſt audiendus.

187 Legata & fideicom. debentur, & acquiruntur ex tit. lucratiuo.

188 Proteſtatio præcedẽs, non trahitur ad actum qui ex interuallo ſequitur contrarium præambule met proteſtationi.

189 Non poteſt teſtator diſponere uel diſpenſare, cõtra rægulam prohibitiuam concurſus duarum aut pluriũ cauſarũ lucratiuarum in eadem re & reſpectu eiuſdem legatarij ut ex omnibus illis cauſis legatum

*tum conſequatur, quum in una & eadem re, neq; naturaliter, neq; ciuiliter poßit multiplicatio cadere.*

190 De clauſula ulla utili, & aßidua omni meliore modò &c. remißiones haud contemnēde, quæ ad uarios caſus poſſunt conducere.

191 Dißidentia inter legatum quantitatis & ſpecici in quoddam articulo.

192 Regula propè infallibilis in contractibus innominatis.

193 Quoad quid donatio cauſa mortis potiùs accedit contractui, quàm ultime uoluntati, pro uerificatione gloſſe aßidue allegabilis, in l. ſecunda ff. de dote praleg.

194 Theorema, cum philoſophicum, tùm iuridicum, in habentibus ſymbolum facilem eſſe de uno ad aliud tranſitum.

195 Suppletur text. in §. in legatis, uerſiculo interdū, in l. ſi mihi & tibi ſupra tit. 2. de lega. primo. per iſtam legem.

196 Agitur hic plene de intellectu l. fi. in princi. ſupra tit. 1. de leg. 2.

197 Regula illa protrita, phi. & tranſcripta in capite primo de regu. iu. omnis res per quaſcunq; cauſas naſcitur per caſdem diſſoluitur, declaratur per l. ferè quibuſcunq; ff. de regu. iuris, ut intelligatur per eadem in contrarium, ideſt per reſolutionem earundem.

198 Voluntas mente recondita, potiùs facto, quam uerbis depromitur ſeu manifeſtatur.

199 Ex argumento à contrario ſenſu deſumitur uoluntas defuncti, uel diſponētis impropriè, & quo ad quid, non autē uere & propriè.

200 Dictiones tanquā & quaſi ſunt ſimilitudinarie, ac improprietatis indices & deſignatiue.

201 Traditur in ſequentibus affatim de intell. §. licèt, lega. Diuus ſupra de iure codi.

202 Regulare eſt, quòd id quod principaliter agitur attendi debeat.

203 A digniori, ac principaliori, denominatio fieri debet.

204 Verba accipiēda ſunt per prius, nō per poſterius, ideſt à ſignificato priore, non à poſteriore ſunt penſanda.

205 Cōditionis natura, germana, ac genuina eſt, actū cui adijcitur ſuſpendere, hoc eſt habere ſe ad eſſe, & ad non eſſe.

206 Conditiones in dubio deſignant cauſam finalem diſpoſitionis cui adijciuntur.

207 Conditio legis inducit formam.

208 Idem in conditione appoſita in ultima uoluntate.

209 Conditionis officium eſt, qualificare diſpoſitionē cui adijcitur.

210 Quāquam de iuris rigore, opi. & ſol. Old. & doctorum antiquorum ſit probabilior ad prædictum §. licèt decuius intell. plenißime hic traditur, tū communis ſententia in contrarium, tenenda eſt, & in deciſiuis ſequenda.

211 Accidentia abſq; ipſorum corruptione, ſubiectū cui adherent deſerere nequeunt, neq; in aliud migrare.

212 Ars, pro uirili naturam imitatur.

213 Clauſula derogatoria, uoluntatis item & derogatoria ualiditatis in idem recidunt, & in eundem tendunt ſcopum & eiſdem doctores in allegando promiſcue utuntur.

214 Hereditas ſicut neq; dari, ita neq; adimi directo poteſt, niſi in ſolenni teſtamento, ac perfecto, nō autem in alia uoluntate codicillari uel innominata.

215 Traduntur hic plura notanda, nec omnibus paſſim ad intell. l. fi. ff. de reb. co. cum remißionibus opportunis ad eandem.

216 Per diſpoſitionem minus ſolennem præambulam habentem derogatoriam ad teſtamentum ſequens & ſolenne, nō paratur præiudicium aliquod inſtitutioni in eo contente, prout neq; in caſu econtrario, quādo teſtamentum in contenta præcederent.

217 Tacitum nunquam ſubintelligitur in ſequenti uoluntate inutili, & inualida ad præiudicium præcedētis uoluntatis ualide. Quæ eſt regula ſignanda.

218 Notabilis interpretatio. ad id quod uulgo per manus iuriſperitorum traditur, ſpeciem apud eos pro indiuiduo duo accipi.

219 Male audiūt malignæ nou crcæ, pcaces, & impudentes apud iureconſultos & eorum commentarios. Ibidemq; in eam rem expenduntur uerba Pauli de Caſtro & Albe. in l. 4. ff. de in offi. teſtamento.

220 Excuſatur Bar. hic, quatenus cōſtituit differētiā, an ultimum teſtamentum, præcedat unum teſtamentum, uel plurima. Quod etiam i. conſtitutionē præfatæ differētiæ, tenuerat idem Bar. in l. 2. ſupra de lib. & poſth.

221 Communis conſenſio doctorum cum Bart. in eo quod tenuit in alio puncto, quod ubi non præcedit niſi unum ſolum teſtamentum, aliud teſtamentum ultimatum, ſufficit in hoc apponere generalem derogatoriam uidendum eſt tamē, quod infra in tertia pagina pungitur in contrariū referendo Soc. uer. & hoc hactenus.

222 Vbi genus non eſt uerificabile niſi in una ipſius ſpeciæ, quia ea ſola ex eo ſubeſt, quo ad effectum, & efficatiam habetur pro ſpecie. Quæ eſt crebra allegatio fieri ſolita de l. 2. ff. de libe, & poſth. cum alijs cōplicibus quæ hic abunde, traduntur.

223 Inuehitur contra morem hodiernum deprauatum inter iuriſprudentes practicos uigentem, in querendo, & inueſtigando, nec non ſequēdo opiniones, quas uocāt in terminis, uel indiuidius poſth. ac præter

terminis ipſis textibus & glo. ordi. communiter comprobatis, necnon alijs rationibus & iuris fundamentis rem decidentibus.

224 Quicquid eſt cauſa cauſæ, eſt cauſa cauſati, hoc eſt, prima cauſa, eſt cauſa effectus ſecundæ cauſæ, ſeu influit in illum, prout in præfatam ſecūdam cauſam quæ uocatur à Philoſophis (& ſi parum candide) cauſa cauſata, id eſt effectus primæ cauſæ.

225 Dictiones illæ, omnino, omnimodo, omni caſu, indiſtinctè, indifferenter, & indiſcriminatim, ac præciſē, ſunt eiuſdē ſignificationis, ac trahuntur ad omnem caſum, ſine aliqua exceptione.

226 Concluditur poſt multa hic, & infra num. 228. in. §. ſeu uerſi. rurſus, caute iam aliquam reperiri nō poſſe, ad faciendum teſtamentum irreuocabile.

227 Male audit paſsim ac crebro Ioā. And. apud graues & Doctos iuriſprudentes, de tranſcriptione dictorum Oldradi præceptoris ipſius in iure ciuili, citra illius nomenclaturam.

228 Cuiuſque rei principium, illius pars potiſsima.

229 Verbum poteſt, negatione præpoſita inducit neceſsitatem.

230 Mirabile, & ualde peregrum in toto noſtro iuris corpore in hac una lege, cōtexturæ breuis, poni duas regulas infallibiles, qđ alibi, ut puto non reperietur.

231 Vbi ad aliquid, remedium ordinarium competit, extraordinarium ceſſat.

232 Reſtitutio in integrum ſui natura eſt remedium, reſciſſorium competens ad reponendam rem ipſam in ſtatum priſtinum ſeu primeuum.

233 Teſtatoris morte, & non ante, ipſius teſtamentū confirmatur, eſtq; prima ac potiſsima eiuſmodi per mortem confirmatio.

234 Hæres minoris non reſtituitur in integrum ex perſona illius quando talis reſtitutio, non poteſt in hærede locum ſortiri, uel habere effectum ſi ei concederetur prout in defuncto poterat, quod eſt nota. ad declarationem reſtrictiuam l. non ſolum, ff. de in integrum reſti.

235 Quærere rationem ubi ſenſus adeſt, nihil aliud eſt quam morbus intelligentiæ.

236 Fictio retrotractiua, de præſenti ad præteritū requirit habilitatem utriuſque extremi, ſcilicet, à quo, & ad quod.

237 Quādo minor prætextu reſtitutionis prætenſæ uel eius hæres ex perſona ipſius, non poteſt in ſtatū priſtinum reponi ceſſat reſtitutio, id eſt ipſius effectus.

238 Vero & effectuali hæredi minoris læſi competit reſtitutio, non autem ei qui aliàs potuerat eſſe hæres, & uerè non fuit. Ad eandem l. non ſolum.

239 Læſio, minori ætati coniuncta, eſt cauſæ ob quam reſtitutio in integrum competit, & ex conſequenti detracta læſione ceſſat.

240 Non poteſt cenſeri læſus minor in teſtando, quādo teſtator ſecundum ſolēnitatem à iure requiſitam.

241 Vnicuique aliàs habili, & non prohibito, conceſſa eſt iure publico teſtandi facultas.

242 Tandem concluditur, quæſtionem per Bar. motā, in. l. 1. §. fuit quæſitum. infrâ ad Treb. non poſſe uerificari, ſicque manere inanem & fruſtraneam.

τέλος.

# RELECTIO IN L. SI QVIS IN PRINCIpio teſtamenti. ff. de legatis tertio.

Præfaclūcula.

INTERPRETAturus legem iſtā notandā, ac celebrem, ſubtiliūq; ſpeculationū in ipſiꝰ materia, vt in præſentiarū aſtruit Albe. de Roſa. ſummꝰ practicꝰ, nec contēnendus theoricus, fiduſq; antiquitatis conſeruator, & obſeruator, operepręcium erit, interprætationem ipſam, haud niſi præhabitis nōnullis præfationibus, huic rei concinnis auſpicari: ne per inuia & ignota in ipſo progreſſu, vti pallantes, ac vagi ſpaciemur, morem iureconſulto gerens, veſtigiaque ipſius inſequens in eo quod docuit in l. 1. ff. de origi. iuris, & in l. 1. ff. ſi cert. peta.

Ordo dicēdorum.

PRæferendum itaq; eſt in lectionis ſequentis progreſſu, me hunc ordinem ſeruaturum. Principio etenim (vt dixi) præmittam nonnulla ad dicendorum, faciliorem cognitionem in iſtiꝰ l. ac materiæ ipſius expeditione, & interprætatione. Deinde noſtratium ſcriptorum (more cuſtodito) eliciam ex hac l. pronunciata textualia, quæ notabilia ipſi paſſim appellant, & ex eis nonnulla ſubdeducam. Præterea proſequar gloſſarum declaratiōes, & earum concluſiones, ex dictis ſcriptorum hic, & alibi verificare ac reſoluere nitar, tandem legis materiam germanam, & genuinam vnà cum diſcutione, & enucleatione eorum quę Bar. tradit in iſtius l. cōmentario digeram, ac proſequar.

De ordine ſeruando.

Hanc generalem ordinis ſeruandi præmiſſam, vice euidentialis eo libentius prępoſui, quia ſcire quid facias, & non quo ordine facias: non eſt perfectæ cognitionis neq; intelligentiæ, authore diuo Ambroſio, per Bal, in id citato in procœmio, ff. in primis verbis nec non quia ſapientis eſt ſcire ordinare, prout & ſcire docere, inquit Ariſto. 2. Metha. cuius meminit Aret. conſi. 67. exordiente, diligenter & maturè, col. 1. poſt prin. Quod autē ad alia euidētialia huius l. intellectui, & eius materię concinna ſeu cōgruētia attinet, anteq̃ ipſius interpretatio
1 nē exordiar, † quia ad cognitionē ſpecierū præcedere debet generis cognitio, ſecundū Bar. in eadē l. 1. in primis verbis. ff ſi cer. pe. poſt Phm̃. Pręmittā
2 † primo in genere aliqua ꝑtinētia ad reuocationē primi teſtamenti, ꝑ ſecūdū. Deinde, accedens propius ad huiꝰ l. tractatū, præmittā ſpecialiꝰ nōnulla cōcernētia ad reuocationē ꝓcedētis volūtatis particularis, ꝑ ſecūdā ſeu ſequētē particularē: ſiue tales diſpoſitiones particulares cōtineant̃ ĩ teſtamēto, ſiue ab extra, ſiue alterutra earū in teſtamēto, & alia in codicil. ſeu quauis alia vltima voluntate particulari. Sic ergo primo ꝓfabimur de diſpoſitionibꝰ vniuerſalibus, quę circa inſtitutiones verſant̃: & de earūdē reuocationibus, deinde, de voluntatum particulariū itidē reuocationibus, quę eſt ꝓpria & peculiaris iſtius l. materia.

Generalis regula.

His pręlibatis ſupponitur primò, ac per modum regulæ cuiuſdā præuiæ

& generalis in vniuerſa materia teſtamentaria, premittitur; quòd regulariter ſecundùm teſtamentum tollit, ac reſoluit præcedens l. 1. 2. l. cùm in ſecũdo. ff. de iniuſto rupto. l. ſi quis priore, in princ. ff. ad Trebel. §. poſteriore. inſtitu. quibus mod. teſta. in fi. l. 21. ti titu. 1. partita. 6. Et huius fundamentalis regulæ, prima ratio poteſt eſſe, quia factio ſecundi teſtamenti, pendet ex ſola & libera voluntate eiuſdẽ diſponentis, qui præcedens teſtamẽtum confecerat, vt inquit glo. ordi. in capit. 1. in parte reuocare, de conſtit. lib. 6. voluit gloſ. illa dicere (quia verba ipſius ſunt diminuta & truncata) quòd de natura vltimæ voluntatis eſt

Præfatę regulę. 1. ratio

3 quòd ſecũda preualeat primæ. † Ideo enim appellatur vltima, quia teſtator habet facultatem diſponẽdi liberam, vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum, ſicq; quouſque diſponens moritur, non poteſt cenſeri, neque dici voluntas vltimata. l. quod ſi iterum. ff. de adimẽd. lega. & l. tranſlatio. ad fi. eo. titul. l. cũ hic ſtatus. §. ait oratio. ff. đ dona. inter vir. & vxo. cap. cùm Matheus, de celebra. miſſa. in cano. Vltima voluntas 13. q. 2. Ad libitum ergo poteſt quandocunq;, & quotieſcunq;, mutare pręcedens teſtamentum, & conficere aliud. Data inquam ipſius habilitate actiua & hęredis inſtituti paſſiua, ideſt ipſius capacitate. Nã ſi in actu diſpoſitiuo inter viuos, rei propriæ quiſque eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mãdati. l. nemo exterus. C. de iude. ad quem articulum (vt id obiter dicam) videndus eſt Socin. conſil. 48. col. 1. ad fi. volu. 1, vbi dicit allegando not. in l. nulla, C. de iure dot. q̧ in alienatione rei ſuę cenſet̃ permiſſum qđ quid nõ repitur prohibitũ, quę eſt optima regula, à fortiori idẽ dicendũ in vltima volũtate, vt pote, fauorabiliore. l. fauorabiliores. ff. de regu. iu. c. cũ dilecti, de dona. Cuius glo. rationẽ videtur cõprobare d. l. 1. C. de ſacroſan. eccle. in illis verbis [liber ſit ſtil⁹.] Sed q̃uis hęc ratio ita fucata (vt ſic dicam) videatur concludere, & aures demulceat, re vera tamen neq; cõcludit neq; vrget. Nã licèt ex ea bene liqueat teſtatorẽ qui primũ teſtamentũ confecerat poſſe liberè tranſire ad diſponendũ ſecundario faciendo aliud teſtamentũ, nõ tamẽ per eã reſoluitur, neq; aperit̃ quid in cauſa ſit, q̧ ſequẽs tollat pręcedens in uniuerſum, & ipſo iure, & cum eo ſeſe non cõpatiatur. Quapropter accedo ad ſecũdã rationẽ.

Receſſus à p̃fata prima ratione vt pote nõ vrgente.

Secunda itaque ratio ad regulam prædictã poteſt aſſignari quia nemo priuat⁹ poteſt cũ duobus teſtamẽtis decedere. l. poſthum⁹. §. ſi pagan⁹. ff. p̃ iniuſt. rupt. l. quęrebat̃. & l. ſi duobus, ff. de mili. teſt. ab ſpeciali ex his duab⁹ ll. conſequẽtia deſumpta. Quũ enim cũ ſecundo teſtamẽto, primũ nõ poſſit cõcurrere, neq; vllomodo cohęreant inter ſe, vt pote, incõpatibilia & ĩuicẽ pugnãtia, & cõtraria, ergo, ad poſitionẽ vni⁹ ex cõtrarijs videlicet vltimi, ſequit̃ deſtructio alteri⁹. i. primi l. hec verba. la. 3. ff. de verb. ſig. ad idẽ l. duobus. & l. ſi pariter. ff. de libera. cau. iunta l. ſi q̃s, cũ iurib⁹ ſi. ſ. poſt prin. allegata. j. ad Treb. cũ materia hęc ſit đ vltimis diſpoſitionibus, quarũ natura genuina, & ĩnata eſt, q̧ ſequẽs tollit p̃cedentẽ, eo q̧ poſtq̃ habet aliã poſt ſe (vt. ſ. dixi) nõ poteſt dici vltima, vt in l. iſta. & l. ſi mihi & tibi. §. in legatis. ff. de legatis. 1. Nam ſupremum vel vltimũ dicit̃ illud, poſt q̧ aliud nõ ſequit̃. Primũ verò, q̧ antea ſe aliud nõ habet

Regula. 2. ad eandẽ regulã, per aliã iuris regulã

4 l. ex duob⁹. in prĩ. ff. de vulg. & pu. † & quod modò dixim⁹, paganũ nõ poſſe đcedere cũ duob⁹ teſtamẽtis, eſt regula ĩfallibilis, neq; vnq̃ ad eã repi fallẽtiã rectã aut cõgruẽtẽ: nã etſi q̃ndoq; reperiamus, quòd quis poteſt decedere



re cum duobus teſtamentis, tamen illud eſt impropriè & abuſiuè, vt eſt in caſu ſingulari poſito per Bartol. in l. ſi iure, in verſi. pro declaratione ſupra iſto titulo, videlicet quando vnũ teſtamentum valet quoad vniuerſalem inſtitutionem, & aliud quoad legata, prout eſt in caſu l. vlti. ff. de hęredi. inſti. De cui⁹ l. intellectu inferius tradetur, vbi apparebit, hãc non eſſe rectam fallentiam. Et in vero Bart. ita vult apertè in illo caſu, quem ibi ponit, nam loquitur per illam impropriationem, quodammodo, quæ dictio natura ſua peculiari deſignat improprietatem. l. 4. §. cato, vbi not. Areti. in textualibus. ff. de verbor. obliga.

Fallentia inflexa impropria q;

5 Nam † teſtamentum quod valet ſolũmodo quoad legata vel fideicommiſſa quecunq;, non poteſt dici teſtamẽtum, quum capite careat, id eſt, validitate vniuerſalis inſtitutionis, quæ eſt caput teſtamenti. l. proximæ, ff. de his quæ in teſtamento delen. §. ante hæredis, inſti. de lega. Quinpotius talis voluntas vltima appellatur codicilli. l. ſi. ff. de iure codi. vbi ad contextũ dicitur. [Iullian⁹ ait, tabulas teſtamẽti non intelligi, vbi hæres ſcriptus nõ eſt, & magis codicilli, quam teſtamẽtum exiſtimandi ſunt.] Sed quòd ambo teſtamenta, vnius & eiuſdẽ teſtatoris pagani, reſpectu eorundẽ bonorũ, quoad inſtitutiões vniuerſales in eis contentas, poſſint inuicẽ compati, non reperitur in iure ciuili, caſus legis id decidens, nec abs re, quia repugnaret omnibus principijs voluntatũ vltimarũ, de quibus pręduximus, & .j. dicem⁹, & licet nõ nulla exẽpla fallẽtiarum ad illã regulã glo. & Docto. ſignantèr Bal. tradant in l, ſi arrogator. ff. de adopt. tñ nõ inferũt rectas neq; proprias falleñ. vt ibi videre licèt. Ex q̧-

6 b⁹ patet, † q̧ & ſi aliàs vt diſpoſitio ſecũda particularis, ſiue ĩter viuos ſiue in vltima voluntate confecta, tollat & exhauriat priorem precedentem nec ne conſideretur & attẽdatur, an ſit compatibilis primæ, an verò minimè, nam hoc ſecundo caſu quãdo eſt incompatibilis tollit præcedentem, ſed non primò, vt in eodem. §. in legatis, cõmuniter Docto. tenent, ſpeciatim Alex. Aret. Soci. Iaſ. Lance. Deci⁹, & alij recentiores, & declarat Philip. Deci. poſt alios ſcriptores ibi in l. pacta nouiſſima, col. 1. C. de pactis. Hęc tamen diſtinctio non attẽditur in teſtamentis, nam eo ipſo quòd ordinatur & abſoluitur ſecundum teſtamẽtum, præcedens teſtamentum tollitur, niſi illud habeat clauſulã derogatoriam ad ſubſequens, quo caſu illud per hoc non tollitur, niſi in hoc poſteriore, ſit alia contraria derogatio ſpecialis, prædictę clauſulæ derogatorię, per hanc. l. de quo puncto .j. erit latiùs tradẽdum, & alterutrum ex illis teſtamentis debet valere, vel primũ habẽs clauſulam derogatoriã, ad ſequens vltimũ, vel iſtud habens cõtra derogatoriã illius. Verũtamen regulariter ſecũdũ abſorbet primũ, ceſſante in eo clauſula derogatoria, quoad ſequens teſtamentũ: nã (vt eſt iã dictũ) vnũ teſtamentũ, ſiue vna diſpoſitio vniuerſalis, ſeſe non cõpatitur cũ alio teſtamento, vel alia diſpoſitione vniuerſali de eodẽ, etiã q̧ inter ea vel eas nõ ſit aliqua contrarietas apparens, vel alia repugnantia extrinſeca. Sufficit nãq; ſubeſſe pręductã intrinſecã incõpatibilitatẽ mutuã inter tales diſpoſitiões vt ĩuicẽ collidant̃ & ſeſe mutua vice impediãt, quũ teſtator cũ vnico ac ſolo teſtamẽto debeat decedere, haud inteſtat⁹, & ex pręductis liquidò cõſeq̃tur differẽtia ĩter diſpoſitiões vniuerſales, & p̃ticulares, cũ plures codicilli poſſint cõfici ab eodẽ diſponẽte, & eſſe validi, ſi ĩuicẽ nõ ſint repugnãtes vel

Inter diſpoſitiones vniuerſales, & p̃ticulares diſſiduum.

vel contrarij l. Diuus. §. codillos, ſu-
pra de iure codicil. & l. cum propona
tis. C. eodem, &. §. fin. inſtitu. eodem.

Præfati diſcriminis ratio.

Secus in teſtamentis, vt ſupra proxi-
mè eſt traditum. Ratio differentiæ
patet, q̃a in teſtamẽto (vt modò etiã
dixi) caput ipſius eſt inſtitutio vni-
uerſalis hæredis, & tamen duo vel
plures in diuerſis teſtamentis hære-
des inſtituti, non poſſunt eſſe hære-
des inſolidum l. hæreditate. §. pater.
ff. de caſtren. pecul. l. quod contra. §.
vni duo. ff. de regu. iuris, ſicuti neque
domini inſolidũ. l. ſi vt certo. §. ſi duo-
bus vehiculum. ff. commodati. l. 3. §.
ex contrario. ff. de acquiren. poſſeſsi.
l. duo. ff. de preca. Et ſic, ad tollendã
illam repugnantiam à iure improba-
tam & intollerabilem, primum te-
ſtamentum abſorbetur per ſecundũ:
ſed in codicillis, vbi non continentur
niſi particulares diſpoſitiões, vel vni
uerſales ĩflexè, id eſt fideicõmiſſariȩ,
& in quibus non poteſt fieri inſtitu-
tio vniuerſalis directa. l. non codicil-
lum, cum alijs. C. de teſtam. vt valeat
inquam in vim directæ. §. vltim. inſti.

Tertia ratio regulæ generalis, quȩ tamen non eſt vniuerſalis, prodeſt tamen quo ad quid vt ſtatim ſubiicitur.

de codicil. ſupra citato, ceſſat prædi-
cta repugnantia. Et iſta poteſt eſſe
tertia ratio, ex ſecunda ſupra relata
fluens, prȩfatæ generalis regulȩ, de
qua agimus, quare ſecundum teſta-
mentum ipſo iure primum ſubuer-
tat. Sed tamen, non eſt generalis ra
tio hȩc, quum non obtineat vbi am-
bo teſtamenta prȩcedens videlicet,
& ſequens loquerentur de eodem hȩ
rede in eorum quolibet inſtituto v-
niuerſaliter, & inſolidum, quo etiam
caſu prȩfata regula ꝓcedit, vt ſequẽs
teſtamentum reuocet ac tollat ipſo
iure prȩcedens, vt infrà ampliatione
quarta dicetur. Tamen prȩdicta ra-

Tandem eadẽ tertia ratio non ſpernitur, imo recipitur & ſaluat ꝓcedere regulariter, & vt plurimum, quia tamen ex p̃cedeñ. manault conſequutiuè, nõ connumeratur inter alias principaliter de perſe.

tio procedit clarè & planè quo ad co-
gnoſcendum differẽtiam quȩ ſubeſt
vel viget inter teſtamentum & codi-
cillos, vt dixi. Et ſic, ſatis eſt, quòd re-
gulariter, ſeu generaliter, & vt pluri-
mum procedat & verificetur, quam-
uis ĩ vno caſu ſpeciali ſupra ꝓximè re
lato deficere videatur, neq; enim in-
ter nos ius profeſſores ita exactè agẽ-
dum eſt, vt requiratur, rationes de-
bere eſſe perpetuò vniuerſales & in-
fallibiles & demonſtratiuas, prout a-
pud Dyalecticos & Philoſophos na-
turales exigitur, vt in l. omnis diffini-
tio, cum gloſ. ff. de regulis iur. Et ex
7 regula prȩdicti. §. ſi paganus, † quòd
quis non poteſt duobus teſtamentis

Lex partitæ emendata.

decedere patet, legem partitȩ. 6. 45 ti
tu9. eſſe ſuperfluam in illis verbis in-
ferioribus. [Otro teſtamento.] quia
eſt impoſsibile quem decedere cum
duobus teſtamentis, quin ſecundum
teſtamentum tollat primum regula-
riter, vel econtra, primum in certis ca
ſibus ſecundũ tollat, vt in alia regula
generali cum declarationibus eiuſdẽ
infra latius tradetur, quæ ex hac l. de-
ſumitur.

Tertia ratio principalis, ad candẽ
8 regulam poteſt eſſe, † quia ius teſta-
menti eſt plenum, ergo vnum teſta-
mentum, & ſic vnum ius plenum, nõ
poteſt aliud teſtamẽtum, & ſic aliud
ius plenum circa eãdem diſpoſitio-
nem vniuerſalem ſecum admittere.
Neq; ea poſſunt concurrere, quin v-
vnum aliud tollat, quia cum plenum
ſui natura nõ patiatur adiectionem,
quum neq; illa indigeat. l. 1. in fin. ff.
de dote prelega. l. huiuſmodi. §. ȩdes
delegat. 1. & in cano. ſi oĩa. 6. q. 1. & in
cano. benequidẽ. 96. diſt. à fortiori nõ
poteſt aliud plenum recipere, ſed ne
ceſſe eſt vnum per aliud ſubuerti, &
vnum alteri prȩdominari. Et quia
in hac materia vltimarum volunta-
tum (vt ſȩpe eſt dictum) attenditur
regulariter, imò quaſi infallibiliter
vltimum diſpoſitum præſertim vni-
uerſalè



uerſalè, illud habetur pro pleno,
ac perfecto, & illud ſolum eſt atten
dendum & conſiderandum, & ex
conſequenti habet præcedens tolle-
re. Ad quod facit quod in eãdem
ſententiam (aliter tamen agens & ſi
non omnino diſſimiliter) Bal. inquit,
& quidem notanter, in repetitione l.
in ſuis, colum. 2. ad medium. ff. de libe
9 ris & poſthum. † quòd plenitudinis

Regula naturalis plenitudinem nõ recipere cõcurrentiam.

ea eſt natura, vt non recipiat con-
currentiam, quæ eſt regula naturalis,
& ſenſui proxima. Sed in codicillis
(vt ad præmiſſa redeam) non poteſt
conſiderari ius plenum neque vni-
uerſale, ſed ſolum concernens res par
ticulares, vel ſi vniuerſales, tamen
obliquè & ſic diminutè, vt eſt iuris
notiſſimi, ideo datur incõpatibilitas
inter primos & ſecũdos, vt ſupra fuit
dictum.

10 † Quam ob rem eo caſu, id eſt quã-
do inter eos non datur repugnantia,
codicilli, poſteriores non tollunt prio
res. Et iſta videtur bona & generalis
ratio, ad præmiſſam regulam, de cu-
ius diſcuſsione, in præſentiarum agi-
mus. Et iſtam rationem differentiæ
inter teſtamentum & codicillos, vnà
cum præcedẽte, licèt aliter, id eſt nõ
adaptando eam ad ſola teſtamenta,
ponit Cyn. & poſt eam Albe. in l. hac
conſultiſsima §. fi. in prin. C. de teſta.

Quartam rationem ad eandem re
gulam, ponit Albe. hic inter quædã
fundamenta Ia. de Belui. etiam hic
(quem non vidi) ad aliud tamen ten-
dentia, videlicet quia diſpoſitio teſta
toris eſt lex (priuata inquam). §. diſpo
nat, in authen. de nupt. colla. 4. & de
natura legis eſt, quòd præcedens tol
latur per ſequentem l. non eſt nouũ,
cum alijs compluribus. ff. de. ll. ergo
per conſequens ſecundum teſtamẽ-

Rõ friuola.

tum debet preambulum tollere teſta
mentum. Quæ ratio eſt valde fragi-
lis, & indigna relatu, quia lex vltima
non tollit præcedentem niſi quando
ſunt contrariȩ indiſsolubiliter, id eſt
non poſſunt inuicem concordari.
nam ſi id fieri poſsit, omnino facien-
dum eſt, potius quam tractare de cor
rectione vnius per aliam l. vna. C. de
inoffi. doti. capit. cum expediat, de e-
lectio. lib. 6. Sed, (vt ſupra non ſemel
eſt dictum) inter præcedens teſtamẽ
tum & ſubſequens, vt hoc illud tol-
lat non conſideratur, neque eſt opus
inter illa aliquam repugnantiam cõ-
ſiderare neque attendere, ergo ratio
illa nihil eſt.

Ratio huiũ rei, affabre continens.

Quinta ratio adduci poteſt, quia
licèt in teſtamento (vt eſt etiam di
ctum) pro forma debeat contineri v
11 niuerſalis inſtitutio hæredis, † quȩ eſt
capur & baſis ac fundamentũ quod-
dam (vt ſic dicam) cardinale ipſius te
ſtamenti, ſine qua teſtamentum ne-
que eſſe, neque dici poteſt teſtamen-
12 tum, vt ſupra eſt dictum, † & hæres
res in totum repreſentẽt perſonam
defuncti; ſi fuit in ſolidum ſcriptus,
vel pro parte cota ſi pro parte, & ag-
nouit inquam, partem ſuam altero
hærede agnoſcẽre etiam ſuam, & ſic
quando nõ eſt niſi vnicus & ſolus hæ
res inſtitutus, per eum reprȩſentatur
inſolidum perſona defuncti: & quan-
do ſunt plures hæredes ſcripti, & ade
unt ſuas portiones, omnes repreſen-
tant reſpectiuè teſtatoris perſonam,
tamen non poſſet proculdubio ex
duobus teſtamentis in quibus eſſent
plures inſtituti inſolidum, vel eſſet v-
nus fieri coniunctio & concurſus, ad
hoc vt ambo valerent, & omnes hæ-
redes in eis ſcripti repreſentarent de-
functi perſonam hac ratione perſ-
picua.

13 † Nam cum perſona diſponen-
tis ſit vna, & repreſentatio reſpecti-
uè debeat eſſe etiam vna, ſic etiam
voluntas

voluntas diſpoſitiua,ex qua cum adi-
tione hæredis,vel hæredum ſcripto-
rum debet procedere,& inſurgere re
preſentatio vniuerſalis, & inſolidum,
debet neceſſariò eſſe vnica & indiui-
ſibilis. Et cum inſtitutio vniuerſalis
non poſſit fieri(vt eſt dictum) per mo
dũ duplicitatis, & ſic q́ vnus,duo,vel
plures ſint hæredes inſolidum, conſi
militer neq; poſsit diuidi ſeu ſcindi vo
lũtas defuncti,reſpectu ipſius iuris hæ
reditarij vniuerſalis,neque induci va-
liditas plurium teſtamẽtorum,quum
ex vtriſque non poſsit reſultare vni-
ca repręſentatio,ſiue (vt dixi) vnus &
idem inſtitutus eſſet in pluribus te-
ſtamẽtis,ſiue plures. Nam facere plu-
res repræſentationes de eadem de-
functi perſona, vel inſolidum,quan-
do plures eſſent inſolidum in diuer-
ſis teſtamentis hæredes ſcripti,vel ꝑ
parte, ſi pro parte,& ſic de vnico iu-
re vniuerſali hæreditario indiuiduo,
(quod eſt in qualibet ſucceſsione cu-
iuſcunque defuncti.l. hæres in omne
ius.ff,de acqui.hæredi.facere duo vel
plura iura, vel ꝑ modũ multiplicatio
nis inſolidum, vel per modum diui-
ſionis per partes, & ex conſequenti
de vno teſtatore velle facere plures
inſolidum, vel per contrarium velle
eum ſcindere per partes eſſet mon-
ſtrum quoddam in iure tetrum atq;
intollerabile,& contra vniuerſa iuris
ciuilis principia,eiuſque fundamen-
ta angularia,quæ adeo ſunt proxima
ſenſui, vt de ipſis rationem peruesti-
gare ſit infirmitas intellectus, vt aliàs
Philoſophus inquit de quærentibus
Querere rõ nẽ vbi habemus ſenſum &c. — rationem eorum quæ ad exteriores
ſenſus patent, de quo dicto Bald. me
minit in l.teſtium,in fine.C. de teſti.
& alibi ſæpe. Nam quemadmodum
ipſa hæreditas, quæ eſt ius indiuiſibi
le vnicum hæreditariũ,vt tradit Bar.
& Doctores poſt eum in rubrica de
acquirenda hæred.non poteſt ſcindi
l.prima,& l.ſi ex aſſe,cum alijs eodem
titulo,ea potiſsimũ ratione ne ſcinda
tur perſona, & ex conſequenti,neq;
voluntas defuncti,& ipſius repreſen-
tatio non faciat pro parte, prout ne
que fieri poteſt. Sic etiam per con-
trarium ſuppoſita rationis paritate,
neque poteſt inſolidum duplicatio
fieri, neque voluntatis, neque reprę
ſentationis perſonæ. Correlatione
namque terminorum ac rerum hinc
inde rectè penſiculata,tam impoſsi-
bilis eſt duplicatio,vel multiplicatio
eius, quod in ſe ipſo non eſt multipli
cabile, vt puta vnicũ, & ſolidum ſeu
integrum, quàm eſt velle ſcindere,i-
dem ſolidum totale vnicum & ſuap-
te natura indiuiſibile, vt probatur ex
dicta l.3.§.Ex contrario. ff. de acqui-
rẽda poſſeſ,iunctis d. ll prima & ſecũ
14 da, de acquirenda hæred. † conſequẽ
tia ſumpta à ꝑportionabilibus, quæ
apud nos iuris profeſſores, non tan-
tũ apud Dyalecticos & Philoſophos,
eſt probabilis, vt deducitur ex textu
cum gloſ.in l.ſufficit.ff. de conditio.
indebit.& ex l.filiusfamilias. cum gl.
vbi Bald.& alij notant.ff.ſi certum pe
ta.& ex.§.& quæ diximus,iũcto prin-
ci.inſtituta. Quod cum eod. &c. ſiue
etiam ſumpta à correlatiuis. Nam ea
conſequentia in propoſito noſtro e-
tiam concurrit, quæ vtique eſt pro-
babilis & iuridica l.finali.ff.de accep.
& l.final.C.de indicta vid.tollen. & l.
prima. C.de cupre. libro vndecimo,
& vtrobique ſcriptores ordinarij, eos
textus in id notant . Quæ ratio vt
ſupra explicita, pręterquam omni-
um ſcribẽtium traditiones reſoluta:
& ad prima vſque principia ſeu ele-
menta iuris ciuilis redacta, prout eã
ſupra reſolui & redegi, videtur ad hãc
rem ſanè quàm probabilis & de iuris
penetralib⁹ artificioſè decerpta neq;
potuit



potuit verbis breuioribus recenſeri,
ſeu explicari.
Sexta ratio poteſt eidẽ regulæ ada-
Rõ innixa cõditione tacita. — ptari.ſ.quia primũ teſtamẽtum(quo-
ad eius validitatem)videtur habere il
lam conditionem, tacitam videlicet,
ſi ſecundum teſtamentum per eũdẽ
teſtatorem factum nõ fuerit, & ob id
ipſius validitas,pendet in euentum,
aut defectum prædictæ cõditionis re
ſolutiuæ:ſecundum Ange.conſi.159.
Corrad⁹ alberti de Piſis col.1.per l.cũ
in ſecundo,ff.de iniuſto rupto.&c. Et
15 illud penè perpetuũ eſt,† q́ ea quę in
conditione ſunt, non diſponunt, ſeu
non deducunt diſpoſitionẽ ad eſſe l.
ſi quis ſub conditione dandorum de-
cem.ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtamẽti.
Quũ enim interim,id eſt conditione
pendente primum teſtamentũ non-
dum ſit,neq; dici queat diſpoſitio vl-
tima,& ſic perfecta:ſed dũtaxat volũ
tas conditionalis & ſuſpenſiua, & ſic
voluntas quoad quid ſeu quodãmo-
do imperfecta, vtpotè ſuſpenſa & pẽ-
dens in euentũ vel defectũ conditio-
nis prædictæ reſolutiuæ.ſ. niſi ſecũdũ
teſtamentũ fuerit confectũ.ergo ſecũ
do teſtamento confecto,primũ reſol-
uitur,& ſecundũ manet ratũ & vali-
dum. Comprobatur hæc ratio,nam
& teſtamentum quoad eius validita-
tẽ pendet,vſq; quo ꝑ mortẽ cõfirmet᷑ 18
16 † quæ eſt ipſius prima confirmatio,
vt per gloſ. in l. omniũ. C.de teſta.&
deducitur ex prędictis canonibus cũ
marthe,& vltima voluntas,ſupra cita
tis. Ad idẽ d.§.ait oratio.l.cum hic ſta
tus,ſupra etiam allega. Quũ itaq; ſup
ſit voluntas poſtrema,illa ſola eſt,quę
morte confirmatur,ergo præcedens
voluntas ſeu diſpoſitio,aboletur & re
ſoluit᷑,pręſertim q̃a(vt.ſ.nõ ſemel eſt
traditum) vnũ ſolũ teſtamentũ debet
valere,& plura nullaten⁹ poſſunt ſub
ſiſtere,quum vtrorũq;,vel vtriuſq;,(vt
etiam eſt iam dictum) cõcurſus ſit im
poſsibilis.
17 Redeundo itaq; ad eiuſdẽ regulæ
diſcuſſionẽ,† quia ſermones debẽt eſ
ſe iuxta materiã ſubiectã,vt inq̄t Phi-
loſophus loco ꝑ Bal.citato in l.in ſuis,
ſina.ver.ff.de libe.& poſthu. Pro quo
tex in.§.eſt & aliud,inſtituta de dona.
Si quis velit hanc materiam introſpi-
cere,& circa eã ſpeculari,ſentiet nul-
la alia aptiori via eam poſſe tradi, per
modum inq̃ preceptiuũ(quem magi
ſtrum ſeu magiſtralem appellant) ac
magis perceptibilem q̃ per eiuſdẽ re-
gulę productiões ſeu dilationes,quas
vulgo ampliationes,ſeu extẽſiões ap-
pellant, necnon per cõtractiones ſeu
reſtrictiones ſiue limitationes,ipſius
regulę arctatiuas ſeu coarctatiuas,eã
ob rem per eas illam diſcutiam & exa
minabo,q̃q̃ id peragere ſit laboris in-
exhauſti & immenſi,quũ materia iſta
in diuerſis iuris locis, atq; vt plurimũ
remotis & peregrinis,ſit diſtracta,diſꝑ
ſa,& diffuſa,& per neminẽ ſcribentiũ,
ordinariè vel extraordinariè(quem vi
derim) coacta ſeu reducta,conabor ta
men,ac toto(vt aiũt)pectore nitar eã
vtiliter explicare & reducere ꝑut ex
infrà dicendis perſpicuè apparebit.
Ampliatur ſiquidem primò regu-
la præfata,ſeu iuris maxima in hac ma
18 teria, pręcipua, quæ habet, † quòd
poſterius teſtamentum tollit ipſo iu-
re primum,etiam ſi in ſecundo nulla
fuerit facta de primo mentio,gloſ.eſt
ordinaria in prędicto capitulo primo
de conſtitu.libr. 6. quę dilucidè pro-
batur ex l.ſancimus.C.de teſtam. vbi
clarius quàm alibi dicitur, quòd pri-
mum teſtamentum tollitur per ſe-
cundum ipſo iure, ſicque probatur i-
bi, quòd in ſecundo non requiritur
aliqua mentio prioris teſtamenti,per
teſtatorem facienda, cum in his quæ
iure ipſo fiunt,hominis facto minimè
ſit

ſit opus,neq; aliquo extrinſeco iuua
mine,quinimo neq; ſcientia. l.ſi à fu-
furioſo vbi id notant Bal. Albe.& alij.
ff.ſi cert.peta.& l.qui ad certum. ff.lo
19 ca.cum alijs.† Quapropter clauſula
quæ ex ſtilo notariorum paſſim ap-
poni ſolet in teſtametis videlicet caſ
ſans & irritans omne teſtamentũ pre
cedens, eſt ocioſa, ſeu ſuperuacanea
ac nulli⁹ prope effect⁹ ſecũdũ Bal.in l.
fi.col.5.C,de edicto diui Adria. tollẽ.
Quod etiã tenẽt Pau.de Caſt. Alexã.
Iaſ.& Corn.in d.l.ſancimus, & Ange.
Aret.in. §.poſteriore.inſtituta. quib.
mod.teſta.infir.& alter Ange.Peru.lõ
ge maioris auctoritatis in conſilio ſu-
pra citato.159.

20 Secundo † producitur eadem re-
gula etiam ſi ſecundum teſtamen-
tum,quod à principio fuit validum,
poſtea ex aliqua cauſa rumperetur
textus & exemplum in . §. poſterio-
re,modo memorato, vt puta quia hæ
res in ſecundo teſtamento ſcriptus re
pudiaret poſt mortem teſtatoris hæ-
reditatem,vel in vita eiuſdem teſtato
ris aut poſt ipſius mortẽ & ante hære
ditatis aditionem deceſſerit,aut con
ditio ſub qua fuerat hæres ſcriptus de
fecerit. His namq; caſibus (inquit ille
textus) euenire poteſt,eum, qui duo
teſtamenta fecerit,decedere inteſta-
tum:videlicet priore teſtamẽto per
confectionem ſecundi rupto,eodem
q; ſecundo poſtea facto irrito,quia ne
mo extitit hæres ex eo,vt ibi eſt text.
Aduertẽtia nor.per modum dubitationis.
celeber & ſingularis. Et obſeruandũ
eſt,non abs re quemuis iuriſperitum
admiratione fortè poſſe ſubſiſtere cir
ca ſecundum ex predictis quatuor ca
ſibus vel exemplis in illo textu poſi-
21 tis,† videlicet quid cauſæ ſit, ꝗ quan
Notãda ſunt ſequẽtia ad intell.§.poſteriore, in duobus pũ
do ſecundum teſtamentum deficit ꝑ
mortem hæredis in eo ſcripti contin
gentem in vita teſtatoris, & ſic rema-
nente alteri hæredi in primo teſtamẽ
to ſcripto(vt potè ad huc viuo)ſucce-
ctis illius tex insti. quib. mo. teſtamẽta infir.
dendi poſſibilitate (quæ eſt potentia
actiua ex eodem teſtamento, & teſta
tore id non ignorante, primum teſta
mentum nõ conualeſcat mortuo in-
quam teſtatore,abſq; aliqua prioris te
ſtamenti reuocatione. Augetur dubi
Dubitatiõis fortificatio.
tatio,ratione aut equidem improba-
bili videlicet. Nam ſi vt primum teſta
mentum per ſecundum aboleatur,
ſufficit tale ſecundum teſtamentum
eſſe validum potentia,vel aptitudine
ſola inſpecta,vt in eodem.§.poſterio-
re,& in dicta l.pater filio.ff.de hæred.
inſtitu.ergo à fortiori abſorpto ſecun
do teſtamento per mortem hæredis
in illo ſcripti in vita teſtatoris contin
gentem,primum deberet in ſeipſo re
manere validum. Si enim ſola poten-
tia validitatis ſecundi operatur actiuè
deſtructionem ſeu ſubuerſionem pri
mi, ergo ꝑ antecedens neceſſariũ,te
ſtamentum primum ſola potẽtia vel
aptitudine validum,ſecundo in vita
teſtatoris ſublato deberet remanere
potentia ſiue aptitudine validum, ita
vt ſubſequuta morte teſtatoris ſine a
liqua ipſius declaratiõe reuocatoria
primi teſtamenti,idem primum te-
ſtamentum maneret viribus ſuis mu
nitum. Sed recte intuendo iſtud nõ
Obiectionis diſſolutio.
obeſt deciſioni illius text⁹ in.§.poſte-
riore.ſ.allegato in prędicto.2. exẽplo
quia per tacitam voluntatem regula
riter non inducitur teſtamentum,ne
que hæredis inſtitutio.l iubemus, in
prin. C.de teſtam.ex qua inſtitutione
cætera pendent.l.eam quam,C.de fi
deico.&c.Cum itaq; potentia validi
tatis primi fuerit abſorpta,per poten-
tiam validitatis ſecundi,ergo per ſim
plicem ſeu præſumptam volũtatem
teſtatoris non potuit induci inſtitu-
tio ad reſtaurationem primi teſtamẽ
ti iam pridem aboliti.

Circa tertium exemplũ iſtius tex.
in



in.§.poſteriore. ſ.quando hæres in ſe-
cundo teſtamẽto ſcriptus,poſt mortẽ
teſtatoris priusq̃ adiret, dececiſſet, ꝗ
teſtamẽtum propter non aditionem
ipſius hæredis vicietur, & tamen pri-
mum teſtamẽtum remaneat annul-
latum & reuocatum, adijciẽdum eſt,
Declaratio nor. ad. 3. exemplũ. §. poſteriore. ſuprà citato.
illud debere intelligi,quando talis ſe-
cundus hæres non fuiſſet de ſuis, aut
de deſcẽdẽtibus,ſed de alijs, putà trãſ-
uerſalibus,vel extraneis,qui tamẽ de-
ceſſiſſet poſt annum ſcientiæ & deli-
berationis, vel ſi deceſſiſſet intra an-
num, tamẽ ignorãs & neſcius mortis
defuncti prædeceſſoris, & ſic ignorãs
hæreditatem ad ſe delatam,ſicq; eſſet
talis hæres qui per nullam trãſmiſſio-
nis ſpeciem hæreditatem ſibi ex teſta
mento delatam tranſmiſiſſet,neq; ra
tione ſuitatis,neq; ſanguinis, neq; iu-
ris deliberandi,neq; per aliud extraor
dinarium auxilium. Ceſſante etenim
omnimoda tranſmiſſione, teſtamen-
tum ſecũdum,in quo ſolus fuiſſet hæ-
res ſcriptus,corrueret ob non aditio-
nem ipſius,tamen nihilominus,vt ibi
dicitur,tolleretur præcedẽs, per iſtud,
propter poſſibilitatem validitatis quę
à primordio huic ſecundo infuit, &
iſto caſu propriè procedit ille text. &
deſeruit de dubio. Aliâs verò ſi quo-
quo modo ex prædictis hæres tranſ-
mitteret, text. ille nullum propè du-
biũ præſeferret, quia licet talis hæres
non adijſſet, teſtamẽtum ſecundum,
in quo fuiſſet inſtitutus,adhuc cenſẽ-
retur eſſe alicuius valoris & ſubſiſten
tiæ ex eo, quòd lex cenſet talem hære
ditatem tranſmiſſam, pro adita, cum
tranſmiſſio fundetur, & innitatur te-
ſtamento ex quo hæreditas fuit dela-
ta, & ab eo vires & robur (vtpote à
principio effectiuo & cauſa producẽ-
te) hauriat, quoad inſtitutionem in-
quàm,quæ eſt caput ipſius teſtamen-
ti, vt probatur hoc ex l. 3. primo re-
ſpon.C.de iure deliber.& l.vnà,in pri
mo itidem reſponſo. C.de his qui an-
te aper.tabu.quæ.ll.vnà cum l.cur an-
tiquioribus, eodem titu. loquuntur.
de omnibus prædictis ſpeciebus tranſ
miſſionum, & præſupponunt quan-
dam validitatem in eo teſtamẽto, ex
quo is qui in eo ſcriptus eſt hęres trãſ-
mittit. Nam tranſmiſſio quæ fit per
talem hæredem, neceſſariò funda-
tur ſuper tali teſtamẽto, ex quo teſta-
mento proceſſit, & fuit delata hære-
ditas, quam modo tranſmittit, aliâs
non trãſmitteret non delatam vt per
Bar.in l.vẽtre.2.col.nu.1. ff.de acqui.
hæred.& in l.qui duos.2.colũ.num.4.
22 ff.de reb.dub. † Quippè conſideran-
dus eſt eiuſmodi teſtamẽti valor prin
cipalis habito reſpectu ad validitatem
inſtitutionis vniuerſalis in eo conten
tæ, Nam quòd eo caſu legata non va-
leant,vt l. eam quam.C.de fideicom.
nihil ad hanc rem pertinet, ſicut ne-
que per contrarium conſideratur, ꝗ
legata valeant deficiente inſtitutione
l.vltima.ff.de hęredib.inſtituen.quin
teſtamentum ſit nullum, prout eſt in
omnibus caſibus fallentiarum poſita
rum per glo.in dict.l.eam quam. Inſti
tutio quippè eſt velut polus arcticus
ac fundamentum ipſius teſtamenti,
qua in ipſo deficiẽte, ſiue à principio,
ſiue ex poſt facto,neq; eſt,neq; poteſt
teſtamẽtum nuncupari. Et licèt qua-
cunque ratione legata, vel fideicom-
miſſa in eo contenta valeant,illud (vt
dixi) non eſt habendum in conſidera
tione.ſic igitur patet, verũ eſſe quod
prædixi, teſtamentum ſecũdum con-
firmatum per mortem teſtatoris,nec
non hæredis in eo ſcripti tranſmitten
tis hæreditatem, abſque difficultate
tollere primum, & illum text. in hoc
caſu parũ, vel nihil dubitationis con-
tinere. neque ad rem præſentem ali-
quid facit,neque eam innouat prædi-

ƈta cõſtitutio regia. 1. in titu. de teſta.
Ad.l. ordi. explanatio. lib. 5. ordi. illa enim ſolũmodo confir-
mat contẽta in eodẽ teſtamento etiã
ſi inſtitutio deſit, vel à principio ſub-
ſit, & ex poſt facto fiat inualida & ſic
vbi neq; effectus, neq; nomẽ teſtamẽ
ti manet. Tñ (vt. ſ. dixi) nõ habetur in
conſideratione, an hæres moriẽs an-
te aditionẽ tranſmittat, vel nõ quoad
cõſeruationem legatorũ, vel aliorum
in eo cõtentorum, ſed tantum quoad
tollendũ præcedẽs teſtamẽtum, ſi qđ
in quã præceſsit, ex eo quod ſecũdum
fuit poſsibiliter validũ, & ſic idem per
oĩa dicendũ eſt hodie, quod ſecũdum
ius cõmune ſuprà fuit dictũ. ſ. ꝙ ſi hæ-
res ante aditionẽ deceſsit trãſmiſſa hę
reditate, primũ teſtamẽtum tollatur,
& minima, vel nulla ſit hoc caſu dubi
tatio. Sin verò hæreditas non fuit per
eum trãmiſſa, qa non ſuberat aliquis
caſus tranſmiſſionis ex prædictis, tũc
res habet pluſculũ dubitatiõis. Et tex.
Ac eundem §. poſteriore in eodem. §. poſteriore (ad quẽ etiam
hodie eſt recurrẽdum, vtpote non in
nouatũ per aliquam legẽ reg.) quoad
iſtũ. 3. caſum eſt dubitabilis & notan-
dus in eo qđ decidit teſtamẽtũ primũ
ac præcedẽs tolli, etiã nõ data hęredis
in ſecũdo ſcripti tranſmiſſione, ratio
eſt ea quæ ibi ponitur. & in l. pater fi-
lio, de hæredi. inſtit. ſ. allega. quia non
conſideratur quoad ſublationẽ primi
teſtamẽti per ſcđm, ꝙ in hoc ſcđo de-
tur aliqua validitas actualis etiã mini-
ma & momẽtanea, ſed ſufficit ſola poſ
ſibilitas validitatis iuridicæ. Sic itaq;
vterq; caſus. ſ. vbi fit per hæredem ſcri
ptũ tranſmiſſio hæreditatis. Itẽ & vbi
non fit, affabre cõcinunt illi legi. or-
di. in caſu vbi hæres non adijſſet pro-
pter mortem ſibi contingentem ante
aditionem, & eidẽ aptantur aliter &
aliter. i. cũ modica, vel maiuſcula du-
bitatione, vt modo dixi.
Ratio ad. 2. amplia. Ratio huius ſecũdę ampliationis (vt
è diuerticulo in viã redeamus) eſt ea
quam modo prędixi ponere prędicta
iura. ſ. poſsibilitatis valoris ſecũdi teſta
23 menti, † id eſt, ꝙ poſſibiliter ſperetur
ualere quod eſt ſubintelligẽdum iure
cõi & ordinario, quod ideo dicitur,
quia diuerſum eſſet, ſi teſtamẽtum ſe-
cũdum ſperaretur poſſe fieri validum
de iure ſpeciali & extraordinario, put
notat ſignãter Bar. in l. 1. ſ. de iniuſto Signanda Bar. deciſio.
rupt. vbi ex hoc decidit, ꝙ ſi teſtator
fecit primum teſtamẽtum iure cõi va
lidũ, tam reſpectu formæ, q̃ materiæ.
Deinde fecit ſecundũ teſtamẽtum in
quo inſtituit aliquẽ incapacem hære-
dem putà filiũ ſpuriũ, vel deportatũ,
ſicq; talis inſtitutio ipſo iure nõ tenue
rit. Nam licèt ſit poſſibile, ꝙ talis ſpu-
rius per principẽ legitimabitur, vel ta
lis deportatus conſimiliter per princi
pem reſtitueret, tamẽ qa talis poſsibi-
litas, ſeu potẽtia eſt de iure ſpeciali ex
traordinario diſpenſatiuo ſeu priuile-
giato, & ſic exorbitante à regulis iuris
cõis, non eſt habẽda in cõſideratione,
vt primũ teſtamẽtum ſolẽniter cõdi-
tum tollatur, tex. eſt notãdus in. l. 4. §.
1. ff. de fideicõ. liber. Et licèt Bar. (mo-
re ſuo) loquatur cõciſe ac nimis ſuccin
te, tñ (prout modo dixi) exẽplificat eũ
benedictus à plũbi. in prædicto. §. 1. & Emendatur litera Bar.
dum litera Bar. dicit, factã, debuit dice
re, faciẽdã, vt cuiq; (etiã mediocriter
intelligẽti) videre licet, & patet etiã
ex prædicto exẽplo benedicti, & ex al
legatione, q̃ de illo dict. Bart. facit Iaſ.
in l. apud Iul. §. vlt. col. 3. ſ. tit. 2. de leg.
1. Ad qđ eſt vidẽdum, quod in ſimili
not. Paul. de Caſt. in. l. 1. C. de relig. &
ſumpti. fune. Iſtud tñ oportunè ſubli- Decla. ſublimitatoria p̄dictæ deciſ. Barto.
mitat, niſi ſcđm teſtamẽtum ab ipſius
principio. i. ab illius cõfectione fuiſſet
actu validũ iure ſpeciali, ſcđm eiuſd.
Pau. de Caſt. in prædicta. l. 1. de iniuſt.
rupt. cuius ſublimitationis ſtatim ſub
detur exemplum. j. ampliatio. 4.
Produ-



24 Producitur †. 3. prædicta regula ſeu
Regul. generalis (de cuius ampliatione tractatur hic) productio. 3. maxima (vt ad præmiſſa redeamus)
etiã ſi quãdo teſtator fecit ſecũdum
teſtamentũ, non recordabatur ſe fe-
ciſſe primũ, quia nihilominus hoc ca
ſu primũ tolleretur per ſcđm: quum
nõ poſsit (prout nõ ſemel. ſ. eſt dictũ)
cũ duob⁹ decedere teſtamẽtis ſecũd.
Paul. in l. 3. ff. de iniuſt. rupt. quã legit
cũ l. 1. eiuſd. tit. ſ. citata. Ad quod etiã
citat legẽ Seyæ ex parte. 2. reſpõ. j. de
fun. inſtru. Quæ tñ allegatio vidẽda
eſt, an id probet. tñ vltra eum melius
facit maxima illa regularis, quæ ha-
25 bet, † ꝙ in his quæ à lege ipſo iure in-
ducũtur (prout eſt in terminis noſtris
ſublatio primi teſtamẽti ꝑ ſequẽs) nõ
eſt opus hominis ſcientia l. apud ho-
ſtes. C. de ſuis & legi. libe. l. qui ad cer-
tũ. ff. loca. l. ſi à furioſo, vbi notãt Bal.
& Albe. ff. ſi cert. pet. Præſertim in his
quę ad legis formam & authoritatem
pertinent, in quibus, vel in quorum
derogatione aut nouatione, hominis
factũ, vel volũtas nec leuat, nec ponit
l. nemo põt. ſ. tit. 2. de lega. 1. l. Cerdo-
nẽ. ff. de oper. liber. Secus eſſe inquit,
idẽ Paul. de Caſt. qñ ipſe teſtator pu-
taret, aut crederet hæredẽ primo in-
ſtitutũ iam deceſſiſſe, cum tamen fal-
ſum eſſet. Et hanc ſublimitationẽ ſub
ijciam inferius pro ſexta fallentia.
Productio. 4 Ampliatur. 4. etiam ſi ſecundum te-
ſtamẽtum ſit minus ſolẽne conditum
tamen liberos, quo caſu teſtamẽtum
non ſolenne recipitur à iure, vt tradit
Alex. poſt Doct. per eũ ibi relatos in l.
hac cõſultiſsima. §. ex imperfecto, col.
fi. C. de teſta. quod etiã probatur per
id quod. ſ. proximè dixi tenere Pau. de
Caſt. in d. l. 1. de iniuſt. rupt. Quòd qñ
ſecũdum teſtamẽtum non ſtat in ſo-
la potentia validitatis de iure ſpeciali,
ſed à primeua ipſius cõfectione, eſt a-
ctu validũ eodem iure ſpeciali, vt eſt
in exẽplo iſtius extẽſionis. ſ. memora-
to vbi teſtamentum à principio valet
ſolo ſpeciali fauore liberorũ, & ſic iu-
re diſpẽſatiuo, tale ſecũdum teſtamen
tum tollit ipſo iure præcedens teſta-
mentum. Ad idem etiã eſt optimus
text. quo mouetur Pau. in l. 2. eod. tit.
Quam (vt dixi) legit cũ. 1. vbi tenuit
idem, quod eſt dictũ in hac extẽſione
ſicq; in ea non procedit regula & cõis
allegatio. l. eius militis. §. militia miſ-
ſus, ff. de mili. teſta. ꝙ potentius eſt ius
cõe, q̃ ſpeciale, quæ regula colligitur
ex ratione illius, nã caſus textualiter
in ſpecie cõſonat prędictis, & facit qđ
tradit Iaſ. conſi. 223. volu. 2. & Decius
loquens in ſecũdo teſtamẽto cõfecto
ad pias cauſas cõfectum (qui nõ eſt ca
ſus ita dubitabilis vt præcedẽs, quãdo
in q̃ præceſsit primũ teſtamentum va
lidum de iure cõi ad non pias cauſas)
in l. nihil tam naturale. ff. de regu. iur.
nu. 6. vbi adducit Alex. loco. ſ. in prin.
iſtius ampliationis citato. & præterea
in nonnullis conſilijs. Vide quæ infe-
rius tradentur. 14. ampliatione.
Extenditur. 5. etiam ſi in ſecũdo te- Quinta.
ſtamẽto fuerit inſtitutus ille idẽ hęres
qui fuerat inſtitutus in primo. glo. eſt
iuncto tex. in l. eũ qui duobus, in prin.
ff. de acquir. hęre. ſecund. doct. ſignan
ter Bal. Ioan. de Imo. Alexan. & Aret.
ibi poſt doct. antiquos. Ad idem text.
in l. niſi. §. ſi legatarius. ff. ſi cui plus q̃
per l. fal. Probatur etiã in l. ſi iure. ſ. eo.
quam ad idẽ Iaſ. adducit. cõſil. 169. nu.
1. lib. 4. & ſic talis hæres ſecundo teſta
mẽto ſcriptus, q in primo etiã fuerat
ſcriptus, non põt teſtatoris hæredita-
tẽ adire, neq; acquirere niſi ex tali ſe-
cundo teſtamẽto, vt patet ex dict. l. eũ
qui duobus, in prin. Et ſi fortè iã adijt
ex primo, per errorem in quã facti, nõ
conſtito ſibi de ſecũdo, oportet eum
mutare ſibi cauſam acquiſitionis, &
iterum adire ex ſecundo, vt poſsit ſuc
26 ceſsionem acquirere. † Quæ mutatio

 poterit

poterit ſibi vltra hoc prodeſſe, quia ſi legata in primo teſtamēto relicta, nō ſint in ſecūdo repetita, pōt illa ſibi ipſi euincere, vt ad ea ſoluēda minimè teneatur, vt inquit tex. cum gl. in eo. §. ſi legatarius, Et ad iſtam extēſionem facit etiā tex. in ſe ipſo admodū notabilis ac celeber in. d. l. ſi iure. ſ. iſto tit. Et per contrariū poſſet ei obeſſe, ſi in primo, pauca, vel nulla eſſent legata relicta, in ſecundo autem plurima, argu. l. ſecundum naturam. ff. de reg. iur.

Sexta.

Producitur ſextò etiam ſi ſecūdo teſtamento idē hæres in primo ſcriptus, vel alius inſtitutus eſſet in re certa, & in primo idē, vel alius eſſet inſtitutus ſolus, vel cum alio in tota hæreditate, vel in cota eiuſdē parte, & ſic vniuerſaliter quia eo etā caſu nihilominus ſecūdum teſtamentum in quo continetur inſtitutio rei certæ tollit primū tex. not. in l. ſi quis priore, in prin. ĵ. ad trebel. Ratio aperta deſumitur ex. l. 1. §. ſi ex fundo. ſ. de hære. inſti. videlicet quia inſtitutio facta in ſcđo teſtamento de vno hærede ſolo in re certa, vel rebus certis trahitur ad vniuerſum, & ſic reſoluitur in vniuerſalē inſtitutionem, & cōſequenter eſt idem, ac ſi ſecundum teſtamētum eſſet factum cū hæredis inſtitutione vniuerſali, ideſt, ac ſi vtrunq; teſtamentum eſſet vniuerſaliter cōditum, quo caſu indubiè, & indiſtinctè procedit regula de qua amplianda tractamus, &. ĵ. etiam reſtringenda tractabimus.

Septima ac notanda vi. infra. nu. 45 verſ. itaq; id vbi omnia.

Septimo, eadem regula dilatatur, vt non ſolū primum teſtamentum reuocetur per ſecūdum, & ab eo ipſo iure abſorbeatur, quoad inſtitutionem in primo contentā, ſed etiam quoad legata & fideicōmiſſa particularia, & omnia alia in eo cōprehenſa. gl. eſt ord. in l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt, in parte, oīa, poſt prin. ſ. de teſta. & gl. in præallegata. l. niſi dolo. §. ſi legatarius, in verbo, ſcriptus, ſi cui plusq̄ per legē fal. & eādē gl. §. ſi quid poſt, cōmēdat Bal. in. §. vlt. eiuſd. l. hæredes palā, ſubdens ꝙ ſi donatio inter viuos cōtenta in primo teſtamēto ad eum finē facta fuiſſet, vt ꝑ modum clauſulæ codicillaris, illud teſtamētum caſu quo deficeret, valeret: ſaltē iure donationis inter viuos, teſtatore putà dicente, ſi hoc teſtamentū nō valuerit, vt teſtamentū, valeat vt donatio inter viuos, hoc eſt dicere, ex tūc, dono oīa bona mea eidem hæredi, in eodē primo teſtamento ſcripto, & talis teſtator faciat ſecundū teſtamentū, non ſolū reuocabitur inſtitutio contēta in primo teſtamento, ſed etiā reuocabitur prædicta donatio eiuſmodi cōcepta, Et ſubijcit Bal. ibi, ꝙ iſtud eſt nouū dictum. Ad quod etiā facit gl. ſingularis in l. ſi patronū. §. 1. in parte, fauiana, ĵ. ſi quid in fraud. patro. quam Bal. cōmendat in l. Imperator col. pe. ff. de ſta. ho. & Iaſ. in. §. fuerat col. 19. Inſti. de Actio. Pro qua eſt bonus tex. in. l. quod de bonis, aliàs ſecūdum aliā literam, Quod bonis. §. 1. ff. ad l. fal. & pro illius glo. ornamento vi. Iaſ. poſt Bal. in. l. ex teſtamēto. C. de fideicō. & conſi. 133. nu. 20. libr. 4. vbi etiam alia multa cōgerit ſimilia apprimè huc conferētia. In idem etiā facit tex. notatu dignus in præallega. l. vlt. in verſ. [Neq; traducere] C. de codici. quem Bal. allegat in l. nō codicillum. col. 1. C. de teſta. 1. not. vbi per eum. idem propè in ſpecie notat. ſ. ꝗ ſi inſtitutio non valet, legata & fideicōmiſſa non valēt, ex tali teſtamēto continente illam inſtitutionē, cum eiuſmodi legatis & fideicōmiſsis, ergo neq; valet quoad talē donationē. Ad idem d. l. ſi iure. ſ. eo. per quam iuncta d. l. 3. §. ſi legatarius. verſi. item ſi ipſe. ĵ. ſi cui plus quā per legem fal. decidit. Bart. in. l. 1. q. 15. ff. de iure codi. per modū cuiuſdā maximè regularis ſeu regulæ comprehendis

Notabile dictum Bald.

De eodem puncto.



prehendentis ampliationem Bald. prædictam ad gloſſæ concluſionē, ſuprâ adaptatam. Inquit itaque Barto. quòd per ſecundum teſtamentum, videtur primum reuocatum, & quicquid in eo continetur. Sicque Barto. loquens per dictionem, quicquid, vniuerſalem diſtributiuam, vult omnia in primo teſtamento contenta indiſcriminatim, necnon eorum quodlibet ſub tali reuocatione contineri, & cōſequētèr ſub breuis dictionis, quicquid, generalitate compendioſa amplexatur, ac cōprehendit omnia quæ in hac ampliatione, & eius ſubampliatione, quam eidem Bald. adaptauit, ſu
27 prà fuere tradita. † Nam dictio, quicquid, prout & dictio, quodlibet, eſt diſtributiua vniuerſalis. Quarum dictionum ea eſt natura ingenita, & genuina, vt omnium ac ſingulorum de per ſe, ad quæ diſtributio refertur, concurſus exigatur. Aliâs vno eorum ſolo deficiente, oratio eſſet omnino falſa, ſecundum Bart. in l. hoc articulo. verſi. ſed quare magis. ff. de hæred. inſti. Ratio eſt quia quando oratio ſumitur ex vniuerſo, id eſt, refertur comprehenſiuè (vt ſic loquar) ad vniuerſitatem, ſi aliquid eſt falſum, totam orationem reddi falſam, tā apud Dyalecticos ac Philoſophos, quàm apud Iureconſultos, palàm eſt l. ſi is qui. cc. §. vtrùm in verſi. id accidit. infrà de reb. dub. Præmiſſis etiam concinit text. in l. proximè. ſuprà de his quæ in teſtam. delen. & ſupraſcriptam Bald. ſubampliationem, ad hanc ſeptimam principalem extenſionem in qua verſamur tenet etiam, & adhuc magis perſpicuè Bal. met. in dict. l. ex teſtamento: quo loco ſuprà proximè illum incidenter adduxi folij præcedentis prima pagina, poſt medium. Ibi enim Bald. tenet apertiſſimè eandem concluſionem in verſiculo quæro teſtator, vſque in fin. vbi etiam adducit, quòd non ſolùm per ſecundum teſtamentum, reuocaretur etiam prædicta donatio, ſuprà exemplificata, quæ in primo teſtamēto facta fuiſſet, ad eum effectum de quo prædixi, verum etiam reuocarentur omnes clauſulæ conſtituti & præcarij, & ſi quæ aliæ ad robur & firmitatem talis donationis, eſſent in tali teſtamento appoſitæ. addit etiam Baldus, ibi, quòd ſi teſtator vellet reuocare prædictam donationem ſolam, abſque teſtamenti reuocatione, imò eodem teſtamento ſaluo remanente, in quo facta fuit, id ei non liceret facere, neque poſſet, vbi reddit rationem pulchram. & in verò Bald. in iſto propoſito reuocationis, elegantèr loquitur ibi, & eius dicta non abs re magni facit Iaſo ibidem præmiſſis etiam confert id, quod Barto. tenet in ſæpè alleg. l. ſi iure vltima quæſtione, ſuprà iſto titulo, quòd ſi teſtamentum non valet, neq; valet clauſula caſſans & irritans, &c. vel alia conſimilis, in eo contenta. Quem locum inter alios ibi traditos commemorat Iaſo. in conſil. ſuprà citato. 133. Quod etiam tenuit Bald. in ſæpè allegata. l. ſancimus. col. prima. C. de teſtam. vi. Barto. in ſimilibus terminis (quem Iaſo. in illo conſilio, omiſit allegare) in l. nemo poteſt, colum. 2. poſt medium ſuprà titulo ſecundo de lega. primo. & in præfato propoſito ſuprà ſæpè memoratæ donationis, quæ fieret per teſtatorē, in teſtamento, ad effectum ſupradictum, vel propè ſimilem, videndum eſt pulchrum & elegans reſponſum eiuſdem Iaſonis inchoans, Duo teſtamenta, per quatuor primas eiuſdem colum. quod eſt, 169. libro. 4. Et vt ad præfatam noſtrā principalem extenſionem, de qua in prin. dixi, redeā, vltra rationem ſuprà traditam, eſt alia ratio ipſius fundamentalis, & eorum

Alia ſubampliatio ad ꝑfatam ſubampliationē ex eodem Bal.

Redit ad pręfatam. 7. amplia. aſsignando rationē illius & oīum quæ ad ipſius cōprobationē fuere tradita.

 rum

rum quæ ad eius comprobationem tradidimus, ſatis euidens: quam infrà ſubijciam ab hinc quinta pagina, in vltima linea, verſiculo nunc autem. Sed operæpretium erit in pręſentiarum videre, an ea quæ ſuprà in hac ſeptima ampliatione tradita ſunt, videlicet quòd corruente & abolito primo teſtamento per ſecundum, nihil in tali primo teſtamento contentum valet, quin potiùs omnia ac ſingula ibi contenta corruunt, & funditus eneruantur, procedant hodie attenta vulgata l. 1. ſuprà adducta, titulo de los teſtamentos, libro quinto or-

Ad adaptio ad l. ordi. de los teſtamentos.

28 dinamen. † quæ eſt omnibus paſsim nota & obuia, vbi diſponitur omnia in teſtamento contenta ſuſtineri, etiã quòd in eo deficiat inſtitutio, vel ea præexiſtẽte, hæres in eo ſcriptus non adeat hæreditatem. Et quidem ſub breuiloquio tenendum eſt, necnon conſtantèr affirmandum, quòd etiam illa conſtitutione regia ſtante, legata & fideicommiſſa & cætera omnia in primo teſtamento contenta, eo per ſecundum reuocato, aboleantur, & infirmentur vnà cum ipſa vniuerſali inſtitutione. Neque ſuſtineri poſsint eiuſdem conſtitutionis authoritate.

Ad quod firmandum moueor vrgente ratione, videlicet quia ſecundo teſtamento confecto poſt primũ, quod abſorbetur per illud, voluntas teſtatoris ceſſat & deficit in eodem primo, & quidem omnino & in vniuerſum vtpote (ſicut prædixi) indiuidua & vnica, aliàs non diceretur, primum tolli per ſecundũ in totum, prout. ll. gloſ. & docto. omnes vno conuocio dicũt tolli. Et ita eſt, quòd non ſolùm vbi volũtas teſtatoris verè deeſt in primo teſtamento, vt quia fuit per teſtatorem expreſsim reuocatum, ſed etiam vbi fingitur deeſſe, vt quia fuit tacitè reuocatum per ſolam ſecũdi teſtamenti confectionem, vt ſunt termini noſtri, vel ſimiles, legata & fideicommiſſa ex eo non debentur ſecundum Bal. in l. ſi cum, vel in vtero verſiculo modo reuoco in dubium. C. de teſtamẽ. milit. quem ibi docto. recentiores ſequuntur, prout Soci. teſtatur conſil. 92. Teſtamentum præmiſſum. num. 22. volumine. 4. ſed prædicta regia cõſtitutio ſolummodo ſuſtinet teſtamentum habens teſtatoris voluntatem illibatam, ſeu non reuocatã neq; mutatam per aliud teſtamentum, vel aliam contrariam voluntatem, ſiue tale teſtamentum non mutatum, neque reuocatum per aliud careat hæredis inſtitutione, ſiue eam contineat, & hæreditas non ſit adita per hæredem in eo ſcriptum. Et ſic expendendum eſt, quòd quãuis eadem ordinamenti conſtitutio, non curet de vltimata teſtamenti confirmatione, quæ de iure communi inducitur per aditionem hæredis, ſiue ſcripti, ſiue non ſcripti, ideſt, venientis ab inteſtato, vt vtrunque probatur ex. l. apud Iulian. §. fin. ff. quibus ex cauſ. in poſſeſ. ead. iuncta glo. ordina. in l. qui filio. §. primo. ff. de hæred. inſtitu. communiter approbata, quæ exigit etiam ab inteſtato aditionem, pro qua eſt text. omnium optimus. vbi notat Barto. in l. ſecũda. ff. de fideicom. liber. De qua vltimata confirmatione ſuprà memorata tradit gloſ. ordina. in l. omnium ad fin. C. de teſta. nihilominus tamen eadem lex regia præſupponit ſubeſſe debere voluntatem teſtantis, aliàs impoſſibile eſſet quicquam ex tali teſtamento deberi, vtpote carente defuncti voluntate, ſeu illa vacuato. Cum vtraq; obligatio tam ciuilis quàm naturalis deficiat, vt apertiſſimè patet ex verbis eiuſdem l. ibi. [E ſea valedero el teſtamento,] & ibi. [E vala el teſtamento] & ibi. [E cumpla ſe el teſtamenro.]

Atten.

Atten.



tenẽt Sali. & Alex. ibi. Imo plus dicit
ibi Pau. de Caſt. in textua. ſuper hiſdẽ
v̄bis, ꝗ etiã ſi teſtator dicat ſimplici-
ter, ſe reputare hæredes à ſe ſcriptos,
immeritos vel indignos propter talẽ
cauſam in genere expreſsã, licèt vltra
non procedat ad priuandum eos hæ-
reditate, vel ad reuocandã inſtitutio-
nem de eis factã, idem eſſet dicendũ,
quia non eſt opus illud exprimere.
quem ibi omnino vide declarantem
illum tex, circa aliud punctum in eo-
dem textuali.

Sed (vt ingenue loquar) Doctores
præfati ſupplentes dictam l. hęreditas
quoad expreſsionem cauſæ in gene-
re non bene probant illud. Imo ille
tex. quem. ſ. recitaui, ſimpliciter loq-
tur, vt ſufficiat reputare teſtatorẽ hæ
redes à ſe ſcriptos indignos, vel imme
ritos, etiam ſi nõ deſcendat ad aliquã
cauſam demeriti, vel indignitatis in
ſpecie nec in genere. Tamẽ poſtquã
prædicta lex partitæ ita tranſtulit pręe
dictam l. hæreditas, non eſt in hoc in
ſtandum. Sed vellem ſcire, vnde de-
claratio doctorum ad l. hæreditas, ef-
fluxerit, & conſequenter lex partitæ,
cum commemoratio cauſæ in gene-
re tam iure antiquo quã nouo in ma-
teria odioſa & priuatiua parum ope-
retur,

Conſideratio ad eaſdẽ ll. hęreditas & Parti.

Atten.



retur, vt in l. & ſi pepercerit, in princi
pio, à ſenſu oppoſito. ff. de liberis & po
ſthum. Nam ſi ibi teſtator idemque
pater non exhæredaſſet filium, quan
tumcunque eum affeciſſet verbis in
iurioſis, de quibus ibi, per ea ſola non
videretur excluſus neque exhæreda-
tus. Nam & ibi punctat gloſ. differen
tiam inter genus & ſpeciem maledi-
ctionis adducẽs bona iura. Itidem de
iure nouo Authenticorum adhuc &
fortius conſideratur cauſa ſpecialis. §.
cauſas in authẽtico, vt cum, de appel
la. cog. colla. octaua. Quinetiam Cy.
poſt Iaco. de Raue. in eadem l. hære-
ditas non tangendo prędicta, videtur
ea præſenſiſſe, dum ſequendo eundẽ
Iacob. (quem ibi refert) dicit, quòd e-
tiam ſi teſtator eos, quos inſtituerat,
vocaſſet inimicos, non propterea vi-
detur eos reputaſſe demeritos, neq;
indignos, & conſequenter hęreditas
non applicatur fiſco, neque aufertur
ab eis, quia poteſt talis inimicitia eſſe
iniuſta, vt ibi per eum in diſtinctio-
ne, quod etiam ſupra tetigerat ſecun
da oppo. Sic itaque attenta iuris com
munis cenſura totavis ſtat ibi in repu
tando hæredes indignos vel immeri-
tos, neq; eſt opus facere aliam tranſi-
tionem vel tranſitum ad cauſam ali-
quam generalem, ne dicam ſpecialẽ
ſed (vt dixi) nõ oportet d̃ hoc diſputa
re poſtquã lex. ſ. partit. ita ſcripta eſt
argumẽto l. proſpexit. ff. qui & à quib.
&c. Quanquam ad l. & ſi pepercerit,
in principio reſponſio eſt prompta, ꝗ
loquitur in exhætedatione filijs: ſed
magis obſtat ponderatio illorum pri
ſcorum in l. hæreditario.

Ad eandẽ l. parti.

Et inquantum recitando verba le
gis partit. dixi ſupplendum eſſe, vt
ibi poſui illud eſt verum. Nam etſi cẽ
ties lex illa inſpiciatur, non poteſt ali-
ter percipi ſalua ratione recti ſermo-
nis, fac de ea re periculum, & cognoſ-
ces illud apertiſſimè. Et quod ſupra
dictum eſt tenere Docto. ĩ dicta l. hæ-
reditas. Item & quod dicit lex prædi-
cta partita de expræſſione cauſæ ra-
tionabilis in genere facienda per te-
ſtatorem quando hæredem ab eo ſcri
ptum reputat immeritum vel indig-
num, exemplificari poteſt ĩ caſu quẽ
aliàs vidi accidere, videlicet quando
teſtator reputauit hæredes ab eo ſcri
pros, ĩdignos hęreditate ſua, quia fue
rant ei inobedientes & nũquã parue
rant mandatis ipſius, & commiſerãt
contra eum aliquas proditiones. &c.
non deſcendendo ad aliquam ſpeciẽ
inobedientiæ neq; proditionis. Con-
tra quos (per ea quæ. ſ. tradidi) vi-
di pronunciari. Et (vt ad ſuperiora re-
deam) vltra ſupra tradita fol. ab hinc.
3. præcedenti in. §. illud autem, verſi.
ſi tamen teſtator, ante nu. 51. vbi po-
nitur vna fallen. fallit etiã quod dicit
in. § ex eo autẽ ſolo. ſ. citato, niſi teſta
tor dixiſſet, ꝗ reuocabat teſtamentũ
ab eo confectum adiecta cauſa, quia
valebat inteſtat⁹ decedere, Bar. in ea-
dem l, ſi iure. In eo tamen, quod Bart.
ibi ſubdit, ꝗ hoc caſu venientes ab in
teſtato cenſent inſtituti, vidend⁹ eſt
Are. in d. l. hęredes palam. §. ſi q̃d poſt,
quem. ſ. citaui ad fin. 11. ampliationis
vbi notanter loquitur in hoc articu-
lo. Et ꝓfecto dubium videtur quod
Bar. dicit, ꝗ tales venientes ab inteſta
to cenſeantur inſtituti per illa verba,
eo ꝗ vult decedere inteſtatus, & ſic ꝗ
ſuccedant ex teſtamento.
52 † Nam quãuis id, quod Bar. dicit, ſit
cõis opi. ꝗ quando teſtator coram ſep
tem teſtibus dicit ſe velle non valere
teſtamentum ab eo confectum adie
cta ilia cauſa, quia vult decedere inte
ſtatus tollatur teſtamentum præce-
dẽs, prout tenet Alex. in d. l. ſi ita ſcri-
ptum. §. regula, de libe. & poſthu. & i-
bi Iaſ. ad fin. & ibidem etiam Alexan.

Exẽplum de cauſa inobedientiæ vel ſimili in genere.

Redit ad prę fatum. §. ex eo aũt ſolo. & ponit aliã fallen. ad cũ

Ad deciſionẽ Bar. in l. ſi iure.

additionibus ad Bart. & idem Alexã.
vbi etiam Philippus Corne. & Iaſ. in
diƈta l, ſancimus. C. de teſtamen. & i-
dem Alexan. conſilio. 102. incipien.
Paucis vtar, ſecundo volumine, per
gloſ. in diƈto. §. ſi quid poſt, in parte o-
mnia, verſiculo, obtinet, quoad inſti
tutiones legis ſæpe allegatæ, hæredes
palam, quam ibi poſt alios Doƈto. ſe-
quitur Areti. colũna ſecunda, & Bart.
in l. paterfamilias teſtame. verſiculo,
quæro, pone, ſupra de heredibus inſti
tuendis. Ad quod etiam ſũt textus fa-
cientes in argum. traditi per Doƈto.
in eiſdem locis, tamen id, quod dixi
Bart. ibi ſubijcere, quòd hoc caſu te-
ſtator videatur voluiſſe inſtituere, vel
inſtituiſſe tales venientes ab inteſta-
to, vt eo pretextu poſsint venire in te
ſtamento, non memini me legiſſe iu
re cautum, ſed potius reperio textũ
in contrarium in l. 1. §. ſi hæres. ĩ. ſi ta-
bulę teſtamenti nu. exta. vbi ad ver-
bum dicitur. [Si hæres inſtitutus non
habeat voluntatem, vel quia inciſę
ſunt tabulæ, vel quia cancellatæ, vel
quia alia ratione teſtator voluntatẽ
mutauit, voluitque inteſtato dece-
dere, dicendum eſt ab inteſtato rem
habituros eos qui bonorum poſſeſsio
nẽ acceperunt.] Eſt ergo ibi textus a-
damuſsim quadrans & adeo expreſ
ſus, vt nullam recipiat tergiuerſatio
nem vel euaſionem, & (vt Bononien
ſes voce barbara vocant) debrocha.
Verum enimuero ſi verba Bar. etiam
oſcitanter inſpiciantur, non eſt lo-
quutus, vt reprehendi mereatur.
Defenſatur Bar. ex verbis eiuſdem
Nam dixit per verbũ fiƈtionis, quòd
teſtator cenſetur eos vocaſſe, vt in l.
conficiuntur, in principio. ff. de iure
codi. cum gloſ. not. ibi, & l. vel ſingu-
lis, de vulgari & pupillari. Et non trã-
ſijt Bart. vltra ad decidendum quòd
eo caſu tales ſucceſſores ab inteſta-
to poſſent venire ex teſtamento, imo
ſtatim voluit contrarium, dum dixit.
[Et per aditionem venientium ab in-
teſtato ademptio confirmabitur,] p
l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legiti-
mus. ff. de hæredibus inſtituẽ. vltima
Vi. infra pau lo añ nu. 71
char. & ſic ademptio per teſtatorem
faƈta ab eo quem inſtituerat cum ad-
ieƈtione illius cauſæ, quia vult inteſ
tatus decedere, valet, & videtur con-
ſeruare talibus ſucceſſoribus ius ſuc-
cedendi ab intaſtato. Et in vero in-
quantum Bart. allegat. l. illam, ſi quis
ita, aperte imo apertiſsimè deducitur
eũ ſenſiſſe ac præſuppoſuiſſe, † quòd
53 eiuſmodi veniẽtes ab inteſtato, quos
volebat eſſe ſibi ſucceſſores non ve-
nirent ex teſtamento, ſed abſolute ab
inteſtato ex voluntate ſua, vt in caſu
diƈtę l. ſi quis ita, vbi eam ſũmant Bar.
& Ioan. de Imo. ſic, quòd ex volunta-
te defunƈti, cauſa inteſtati præfertur
cauſæ teſtati, & in caſu diƈtæ l. ſi quis
ita hæres, & prædiƈtæ deciſionis Bart.
quam per eam confirmat (vt dixi) po
teſt reƈte dici illam eſſe voluntatem No:
vltimam innominatam. Et iſtud iun-
ge his quæ ſupra tradidi ad finem ſep
timæ ampliationis, & his quæ. ĩ. ad fi-
nem decimæ ſeptimę dicam.

Quinto decimo producitur præ-
fata regula, etiam ſi primum teſtamẽ 15
tum eſſet faƈtum cum viginti teſti-
bus & duobus notarijs, & ſecundum
teſtamenrum eſſet faƈtum ſimplici-
ter cum ſolennitate ordinaria ſeptẽ
teſtium duntaxat, quia etiam hoc ca
ſu ſecundum tolleret primum, nec at
tenderetur exuberans ſolennitas pri
mo teſtamento adhibita, ſecundum
Bart. in ſępe allegato. §. ſi quid poſt,
quem refert, ac ſimpliciter Iaſ. ſequi-
tur in l. ſi ita ſit ſcriptum, numero. 18.
ſ. titul. 2. de legatis. 1. vbi etiam addu-
cit Pau. de Caſtro, conſilio. 364. quod
ſecundum eum incipit, Dubium fa-
cit in ſupraſcripto punƈto, conſulen-
do



do tenentem quòd ſi præceſsit teſta-
mentum ad pias cauſas, cum ſolenni
tate ordinaria ſeptem teſtium con-
ditum, cum tamen de iure commu-
ni duo ſufficerent, vt in capit. cum o-
mnes, & in capit. relatum. 1. de teſta-
men. & poſtea idem teſtator fecit a-
liud ſecundum teſtamentum, etiam
ad aliàs pias cauſas, puta inſtituendo
aliam eccleſiam, vel alios pauperes,
vel aliam piam cauſam, ab ea, quam
in primo inſtituerat, nihilominus ta-
men, per tale teſtamentum ſecundũ
habens ſolam ordinariam ſolennita-
tem priuilegiatam, ex ipſius piæ cauſę
fauore, ſcilicet, duorum teſtium, tol-
litur & exhauritur primum teſtamẽ-
tum, & ibidem Iaſ. adducit plures a-
lias remiſsiones conferentes ad præ-
diƈtam Bartoli deciſionem in ſæpe al
legato. §. ſi quid poſt. Quod conſiliũ
Pau. de Caſt. reperio nunc in mea no
ua conſiliorum impreſsione, ſub nu.
327. primo volumi. & ſub eodem ini-
tio. De quo punƈto tradit etiam And.
Si. Barba. conſilio. 43. colum. 4. libro. 3
& in eodem cap. relatum. colu. 2. ver-
ſiculo, ſed ad iſtam decretalem.

54 †Nam licet aliàs (vt id non omitta
mus) etiam in vltimis voluntatibus a
bundans cautela, vel exuberans ſolẽ-
nitas non noceat. l. teſtamentum. C.
de teſtamen. cum non mutet ſubſtã-
tiam veritatis non neceſſaria verbo-
rum multiplicatio. l. pediculis. §. la-
beo. ff. de aur. & argen. legat. & tradit
55 etiam Detius iſtud declarans, † vbi e-
tiam citat eundem. §. labeo, in l. quæ
dubitationis cauſa. ff. de regulis iuris,
tamen talis expreſsio cautelę, vel ſo-
lennitatis abundantis non operatur
ex ſe aliquid, vt addat vel minuat ad
aƈtum cui apponitur, vt inquit gloſ.
not. & ordinaria in eodem. §. labeo.
citans in id plures leges, inter quas ad
ducit diƈtam l. teſtamentum. Et ad
idem quod gloſſa illa inquit, notat
nuncupatim eundem. §. labeo, Al-
beri. ibi in textualibus. De qua gloſ-
ſa neque de notabili Alberici ex illo
textu elicito, non meminit Detius in
eadem l. Quæ dubitationis. & eſt e-
tiam bonus textus ad idem, in l. quę
ſitum. §. penul. in fine. ff. de fundo. in-
ſtru. in illis verbis, [non videri minu
tum, Sed potius ex abundantia adie- Reprehenditur gloſ. decreti per Albe.
ƈtum. &c.] Et ſi talis ſolennitas abun-
dans non operatur quicquam, & per
eandem l. teſtamentum reprobat Al
beri. ibi gloſ. decreti in cano. optatũ,
capit. diſtinƈtione, inquantum voluit
quòd ſi aliquod verbum ſuperfluum
apponitur in aliquo aƈtu, viciatur id,
quod agitur. Sed non conſiderat Al-
beric. quòd illa gloſ. ſtatim arguit in
contrarium & non ſoluit, & ſic reſi-
det dubia & irreſoluta. Quare nõ me Soluatur eadem glo. decreti ab impugnatione Alberici.
retur reprehendi, cum imo non vi-
deatur inclinare in contrarium. Nam
& apud gloſſas & Doƈtores regulare
56 & commune eſt, † quòd in dubio vl-
tima opinio ex pluribus recitatis cen
ſetur approbata per glo. vel Doƈtores
illas recitantes gloſ. in l. qui filium. §.
ſabinus. ff. ad trebel. vbi Ioan. de Imo.
Pau. & alij poſt antiquos notant. Bo-
nus textus in l. ſi idem cum eodem.
§. vlti. vbi notant Doƈtores, ſignantèr
Alexand. & Iaſ. ff. de iuriſd. omni. iud.
& textus in l. ſi mater. C. ne de ſta. de-
funƈtorum, & in. §. item pretium, vbi
not. Ange. & alij, inſtituta de emptio.
& vendi. & notat Bald. in authen. ex
teſtamento, col. prima. C. de colla. v- Adopi. Innocentianas.
bi dicit facere ꝓ opinionibus Inno-
centianis. Vtcumque ſit, Alberic⁹ ibi
ponit reſolutionem in hoc articulo,
57 † quæ eſt, quòd ſuperuacua nullã af- Reſolutio in arti. redũdãtis ſeu ſuperuacuæ ſolennitatis vel cantelę.
ferentia vtilitatem reſecanda ſunt,
hoc eſt debent haberi pro non appo-
ſitis. Sed illa quæ poſſunt aliquã cau-
telam, vel vtilitatem afferre, minime.

Argumento l.ampliorem.§.in refuta
torijs,C.de appella. Et ſic eſt expen
dendum,quòd Albericus etiam in ca
ſu vbi adeſt ſolẽnitas ſuperuacua inu-
tilis & fruſtranea, non dicit eam vi-
tiare actum, ſuper quo interponitur,
ſed ſolummodo vult eam eſſe reijciẽ
dam,& pro non appoſita habendam,
vt in ſuperioribus dixi. Quod affabrè
adaptatur ad rem de qua in præſen-
tiarum agitur, ſcilicet, ad teſtamenti
ſolẽnitatem ſuperuacaneam, quoad
exceſſum numeri teſtium à iure req-
ſiti quũ imo poſſet ꝓdeſſe ad caute-
lam,vt ſi teſtator adhibuiſſet octo te-
ſtes in confectione teſtamenti nun-
cupatiui ſine tabellione, & tempore
quo teſtium publicatio fieret coram
iudice, ſecundum formam traditam
in l.2.C.de teſtam.vbi Bart.& reliqui
Doctores docent modum & normã
talis publicationis,& vnus teſtiũ ibi-
dem deſcriptorum iam obijſſet,teſta
mentum cum reliquis ſeptem teſti-
bus maneret validum. Et tamen ſi à
principio ſoli ſeptẽ teſtes interueniſ-
ſent,vno eorum ante publicationem
deficiente,teſtamẽtũ redderetur nul
lum.l.ſi vnus,primis verbis. C.de te-
58 ſtam.† Et idem adaptari poſſet hodie
Ad l.ordi.d' los teſtamẽtos.
Adaptatio incongrua.
ad varios numeros teſtium requiſitos
& ſufficientes in eiuſmodi teſtamen-
tis per l. primam eo.titul.de los teſta-
mentos,li.5.ordina. referendo ſingu-
los caſus ad ſingula. Et idem eſſet in
teſtamento in ſcriptis confecto ſine
tabellione,ſi q̃d forte vni ex octo te-
ſtibus vt pote ſupernumerario huma
nitùs accidiſſet ante ipſius teſtamen-
ti aperturam iudicialem,quam vulg⁹
auctorizationem vocat, quæ fit ſe-
cundum formam l.2. & eorum quæ
ibi Doctores tradunt & declarant.C.
quemadmodum teſtam.ape.& l.2.ff.
eo.Ad hæc confert optime quod Frã
ciſcus de Are.tradit in l. patris & filij,
ff.de vulgari & pupil.per text,& gloſ.
ibi,in verſi.reſignate,quòd ſi in teſta-
mento pupillari,in ſcriptis confecto
eſſent appoſita ſeptem ſigilla ſuperua
cua,vt potè ibi non neceſſaria(quę in
diſiunctè ſunt etiã hodie in vno quo
que teſtamento ſuperuacua) & teſta-
tor in vita ea reſignaret, vel remoue-
ret,non noceret, ita hodie ſi teſtamẽ-
tũ aliàs haberet debitas ſolennitates,
59 † quæ hodie requirunť in teſtamẽto
in ſcriptis,& apponerẽť ſigilla,ad poſt
modum teſtator eã remoueret , non
noceret talis remotio illi teſtamen-
to.cũ appoſitio fuerit ſuperflua,per l.
3.in ll.Tauri,q́ eſt naturale ad illam l.
Ex prædictis & alijs, quæ in idẽ poſ-
Ad l Tau. 3 adaptatio ſimilitudinaria,& vera.
ſent adduci,nũq̃ mihi placuit quedã
deciſio Iaſ.in cõſ.97.per totũ. Vbi per
totũ conſiliũ nihil aliud agit pręterq̃
probare,q́ ſi iure cõi vel ſtatutario re
quiratur pro forma & ſolennitate cer
tus numerus perſonarum taxatus, q́
non licet excedere illũ.Et inter alios
caſus miſcet iſtum ante finẽ.1.col. ſci
licet de numero teſtium requiſito in
teſtamentis.Sed(vt ad ipſum addidi)
Taxatur Iaſ. in conſi.
illa cõſultatio,ſaltẽ ĩ hoc caſu nõ põt
procedere.Et inueni poſtea Alci.in l.
1.in fi.ff.de libe.& poſthu.recedẽtem
ab ea,& gauiſus ſum.Nã ſi quis bene
percõteť oĩa iura ciuilia,canonica &
regia,de hoc loquentia,nõ ponũt for
mã ſeptem vel quinq; teſtiũ in teſta-
mentis requiſitorũ, excludendo ſup
excreſcentiam,ſed ponderando & ta
xando defectũ,& propter illũ annul-
lãdo teſtamentũ,vt l.ſi vnus, in prin.
C.de teſta.& l.3.Taur.ibi[alomenos]
s̃.allegata.
In eo tñ quod pr ędixi,nu.55.verba
Declaratio not.ed ſuperiora.
redũdãtis cautelę vel ſolẽnitatis quẽ
admodũ non nocere,ita nec quicq̃ o
perari ſolere, nõ eſt omittendũ, illud
intelligi debere niſi quoad vnũ effe-
ctũ,videlicet dubitationis tollendæ,
ſeu



ſeu declarationis inducẽdæ l.quę du-
bitatiõis.ff.de regu.iu. vbi Deti⁹ not.
& addit tex.in l.qui mutuã.ff.mãdati,
& l.quæ extrinſecus.ff.de verb.oblig.
&.l.ſi pupilli.§.1.ff.de nego. geſt. Et
ꝓpterea ſubdit ipſe ibidẽ, q́ ob id ver
ba ſuperflua tollerenť,& adducit Pa-
nor.in.c.ſolitæ,ſuper glo.tanq̃ ad fin.
de maio.& obe.& eundem in c. cer-
tificari,col.pe.de ſepul. dicentẽ q́ ta-
lia verba ſatis operãtur in eo q́ tollũt
dubitationẽ,& Domi.in c.ſi Papa, de
priui.li.6. Alios effectus ego non inue
nio,neq; abs re id eſſe puto . Nã ſi eos
ex ſeipſis talia verba producerent, nõ
poſſent dici ſuperflua,ſed apta & con
gruentia.
60 Illud † deniq; circa iſtũ articulũ nõ
prętereundũ,vtpote not.nonnũq̃ ex
abũdanti cautela pręſumi dolũ& ſciẽ
tiã in apponente illã.gloſ. eſt not . &
ordi.in l.ſi quis ſub cõditione.s̃. de cõ
Atten.ſequẽ ad glo.in l.7 ff.de condi. inſti.
di.inſti.in gloſ.1.quæ tamẽ intelligiť
in clauſulis abundantibus& inſolitis.
Illæ enim inducũt doli vel fraudis ſu
ſpicionem ſecundũ.B.de Belenzi.aut
quiſq; illę fuit,ĩ addi.ad Abba.Panor.
in cap.illo vos.de pigno.& Det.in d.l.
quę dubitationis,nu.3.poſt Bal.ſuper
eadẽ glo.vbi idẽ vult, referẽdo verba
illius ad ſuperiora quæ proximè.s̃.ip̃e
dixit,& poſt eundẽ Bal.in l.teſtamen
tũ.C.de teſta.vbi plura de hoc tradit
Iaſ.antequẽ Deti.eo.nu.3.dicit ea tra
didiſſe Fęli.in c.2.col.2.aliàs. 6.de reſ-
crip.ſed in hoc nõ aſſentior Deti.Imo
crediderim potius mutuatũ fuiſſe Fę
li.à Iaſ.qui lõge pręſtabat in materijs
iuris ciuilis ipſi Feli.qui aliàs.ſ.in c.ec-
cleſia ſanctę.M.col.21.de cõſti. vocat
ſe merũ canoniſtã,& ita eſt,licet in iu
re canonico inter moder. fuerit ſatis
cõſpicu⁹,& multa tradiderit ac cõgeſ
ſerit apprimè elucubrata necnõ ni-
miſe laborata. Sed de eodẽ puncto q̃
plura tradit Fran.Cur.antiquior cõſ.
66.col.16.& latius cõſ.74.antepe.col.
verſ.decimo,reddiť nulla,& Iaſ.in l. 1.
col.1.ff.ſi q̃s ius dicẽ. nõ obtẽpe.Et q̃
plurimas remiſſiones de hac re in or-
natu & cõmẽdatione illius glo.tradit
Hipo.de Marſi.in l.de minore,in prin
ci.nu.24.cũ multis ſequen.ff.de quæ-
ſtio.vbi ſignat aliam glo.pro conſimi
li,in c.ſignificauit,in parte, ĩterdixit,
de cenſi.dicens eã cõmendare Io. de
Ana.in c.cum tu.de vſuris.Et de eadẽ
re poſt omnes tradit And.Tyraq̃l. in
opere retractus,char.325.nu.17.cum
ſequen.† Vbi tamen citando alios vi
detur hanc concluſionem intellige-
re,& quidem recte,quando eiuſmodi
clauſulæ abundantes & inſolitę appo
nerenť in actu ſua natura d̃ fraude ſu-
ſpecto,& ſic videreť appoſitę ad ſuſti
nendũ talẽ actum habentẽ contra ſe
p̃ſumptionẽ fraudis, ſeu ſuſpectũ de
fraude vel etiã de ſimulatiõe,vt in ca-
ſu ſeu exemplo illius gloſ. & alijs eidẽ
ſimilibus.Secus ſi tales clauſulę abun
dãtes & inſolite eſsẽt appoſitę in actu
ex ſe licito & approbato,& ſic nõ præ
ſumpto de fraude,ad maiorẽ ipſi⁹ cau
lã,firmitatẽ & robur,prout videť vel-
le glo.cũ tex.in l.non ex eo,eadẽq; pe
nul.C.de euictio,Quã ſic intelligit p̃
fata additio in eo.c.illo vos.s̃. citato,
alià ſequereť,q́ nulla clauſula inſolita
poſſet actib⁹ licitis adhiberi de nouo,
ꝑ q̃ abſonũ eſſet,ne dicã ridiculũ, cũ
ingenia humana preuia ipſorum na-
tura dictãte quotidie noua excogitẽt
& ĩueniãt ĩſolita & inſueta,& q̃ vt plu
rimũ ſunt fortioris firmitatis & effica
tię ad ꝓducendos,firmãdos, ſuſtinen
doſq; hoĩum actus,q̃ ſint ſolita & anti
Inueniẽdis inuenta non obſunt.
62 quit⁹ inuẽta,† Repiendis enim,repta
ta nõ obſtãt,vt inq̃t Bal.in p̃fa. decre.
63 col. 1.† Et cũ oẽs hoĩes naturaliter ſci
re deſiderãt ſcd̃m Phm̃,in prĩ. Metha
Sciendi cupiditas naturaliter hoĩbus inſita.
phi.& probať in l.legatis ſeruis. §. or-
natricibus,cũ glo.vbi not. Albe. ff. de


lega.

lega.3. ſemp̄noua excogitāt, meditā-
tur &ſpeculant̄. Nam dicit text.pul-
64 cherrimus in c.1.§.porro,verſic.† ſed
quia natura ſemper deproperat no-
uas edere formas.quę fuit prima cau
ſa benefi.ami. in vſi.feud.qui deſum-
ptus fuit ex.§.ſed quia diuinę res,in l.
tanta,C.de vete.iure enu.col. antepe
65 nul.Præſertim quia ea,† quę de nouo
emergunt,nouo indigent auxilio.l.1
in princi.ff.de ventre inſpi ci. vbi ad
verbum dicitur. [Nouam rem vide-
tur deſiderare Rutilius Seuerus vt v-
xori quæ ab eo diuerterat,& ſe non eſ
ſe pregnantem profiteatur cuſtodē
apponat, & ideo nemo mirabitur,ſi
nos quoque nouum conſilium & re-
medium ſuggeramus.&c.] Et illum
textum in id dicit Alberi.ibi,ſæpe al-
legari.Sicq; operepretium.quinpoti-
us neceſſarium eſt in dies de nouo no
uas excogitare clauſulas,vel ad robur
fortius & maiorem cautelam eorum
quæ nouæ fiunt,& ad ipſorum firmi-
tatem,vel ad propellendas aut ꝓpul-
ſandas technas,quę poſſent per alios
adhiberi in eiuſmodi actibus ſecū cæ
lebrandis. Et glo.in dicta l.1.in princ.
adducit bonas remiſsiōes,ad quas re-
fert ſe Albe.ibi vltra quas eſt bonus te
xtus commendatus ibi per Doctores
poſt glo.in cap. Ceterū. de iuramēto
calu.facit text.in cap.vlti. de conſan-
gui.& affi.faciunt in idem boni text.
in authen.de his qui ingre. ad appel-
lan.in prin.& in authen. vt defuncti.
ſeu funē.eorum,in prin. & in authēt.
vt factæ noue conſti.in prin.collat.5.
Eſt igitur vera præfata ſubdeclaratio
Doctorum & Tyraquelli poſt eos ad
prędictam gloſſæ concluſionem& e-
ius declarationem, de quib⁹ ſupra eſt
traditum & eam ſūmè not.

Natura ĩdies nouas deproperatformas edere.

Quę nouę emergunt,nouo auxilio ĩdgent.

Approbatur Tyraque.& Docto.abeo citatorū ſub decleratio ad cōem p̄dictarū glo. & Docto.cō clūſionē.

Quæſtio incidens.

Circa ſupraſcripta tamen poſt prin
cipium iſtius ampliationis(vt ad ea tā
dem redeamus) aliàs dubitaui in hac
ſpecie,ſi cauſa pia ſcripta in primo te-
ſtamento hæres ( ex duobus inquam
teſtamentis ad pias cauſas conditis )
eſſet magis pia, quam cauſa ſcripta in
ſecundo teſtamento, an data parita-
te ſolennitatis in vtroque teſtamen-
to,nihilominus ſecūdum tolleret pri
mum,an vero propter maiorem pie-
tatem cauſæ piæ, in primo teſtamen
to deſcriptæ,primum pręferatur ſecū
do,ſubijcio rem exemplo,vtputa ſi in
ſecundo teſtamēto eſſent ſcripti mo
nachi alicuius monaſterij, ſaltem ca
pacis in communi, & in primo fuiſ-
66 ſent inſtitutę hęredes moniales† qua
rum monialium cauſa eſt magis pia,
quam monachorum,vt tenet elegan
ter Cyn.in l.cum multæ, quæſt. vlti-
ma.C.de donatio.ante nupt.vbi Bal.
ſequitur,& idem Bald.in l. in multis,
in fine.ff.de ſtatu homi. Sed licet de
hoc alias fuerit ex facto dubitatum,
nihilominus ſemper intrepidè tenui
ſecundum ex prædictis teſtamentis
pręualere primo in quo moniales fu-
erant inſtitutę,& illud funditus euer
tere. Quia fortius& potentius eſt ius,
vel iura diſponentia, & præcipientia
quòd vltima voluntas attendatur &
conſideretur,quoad tollendam præ-
cedentem, quam qualitas maioris pi
etatis, quæ verſatur vel poteſt verſa-
ri circa perſonas inſtitutas in primo
teſtamento, Et hoc patet,quia Cyn.
& Bald.vbi ſupra loquuntur data in
cæteris inter præfata monaſteria om
nimoda paritate,ſed in hoc caſu non
eſt paritas, imo potioritas, vt ſic di-
cam,in ſecundo teſtamento, reſpe
ctu primi, vel quoad primum prop-
ter qualitatem poſterioritatis ſecun-
di derogatoriæ prioritatis primi, igi-
tur.&c.

Quęſtionis deciſio.

Sed illæ maior fauor de quo præ-
diximus poſſet prodeſſe monialibus
ſi de prioritate vel poſterioritate
illorum

Tēperamētum precedentis deciſionis.



illorum duorum teſtamentorum,
probabiliter dubitaretur, & ſic igno
raretur quod eorum eſſet prius vel
poſterius. Hoc enim caſu teſtamen
tutū in quo monachæ fuiſſent inſti-
tę preſumeret̄ vltimo loco factū vt p̄
ualeret alteri, in quo fuiſſet inſtitu-
tū monaſterium monachorum,quia
illud præſumeretur prius factum ,
vt in ſimili tradit Bar. in l.1. ff. ſoluto
matri.& ĩl.1.C.de iure fiſ.libro.10.Et
quod prædixi ſupra proximè in præ-
dicta quæſtiōe, redditur indubitatū
ex eo,quòd etiam ſi in ſecundo teſta-
mento ſcriberetur hæres cauſa pro-
phana, cum ſolennitate ordinaria ſe
ptem teſtium, & in primo cauſa pia
cum quauis ſolennitate ſiue regulari
ſiue priuilegiata,ſecundum teſtamē
tum preualeret primo,vt in ſæpe cita
to canone vltima voluntas.13.quæſt.
2.iunctis ſupra allegatis iuribus ciuili
bus quib⁹ fundatur regula potiſſima,
de cuius diſcuſſione agimus in hoc
primo euidentiali, quòd ſequens te-
ſtamentum,regulariter tollit primū
ſeu pręcedens teſtamentum. Et iſtud
fuit ſupra in ſpecie traditum duode-
cima ampliatione,& reddit hanc rē
planam,indubiam atq; citra contro-
uerſiam aliquam.
67 Non † enim ( vt ibi fuit dictum) in
hoc reperiuntur piæ cauſæ priuilegia
tæ,vt earum fauore derogetur iuri &
fauori publico, id eſt potentiæ teſtā-
di,vt l.3.ſupra de teſtamen. vt ſic te-
ſtator deinceps,id eſt poſt diſpoſitio-
nem prius factam in fauorem pię cau
ſæ maneat inteſtabilis.
68 †Decimo ſexto eadem regula pro
ducitur etiam, ſi primum teſtamen
tum iure ciuili, ſit validum, & ſecun
dum ſolo iure prætorio, vt quando in
eodem ſecundo teſtamento fuiſſet
præteritus per patrem filiusfamilias,
& ſic ipſo iure ciuili fuiſſet nullum,
& tamen poſtea idem ſecundum te-
ſtamentum, approbaretur per eun-
dem filium expræſſim vel etiam taci-
tè l.filio præteritò, ſecundo reſpon-
ſo ſupra de iniuſto rupto, quę loqui-
tur in approbatione tacita, id eſt ĩ ab
ſtenſione eiuſdem filij pręteriti ab hę
reditate paterna, ex qua reſultat ta-
cita approbatio talis teſtamenti.
Sed & idem & à fortiori eſt in ex-
preſſa, vt prædixi, vt ibi declarat Pau.
de Caſt.in textualibus.
Et hanc concluſionem iſtius ex-
tenſionis tenet Bald. contra gloſſā i-
bi,in l.ſi filius qui in poteſtate, colum
na ſecunda ,in fine.ff.de liberis & po
ſthumis,reddēs elegantem rationem
quia (inquit) quamuis eiuſmodi te-
ſtamentum non valeat, niſi ſolo iure
prætorio,ſicque ſit minus potens vel
debilius, tamen tollit nihilominus
præcedens teſtamentum, iure com-
muni atque ordinario, validum, de iu
re inquam ciuili, non quidem dire-
cto & ĩmediatè, ſed vt incōpaſſibilita
tis, & ſic ex iuris ciuilis regula ꝓhibi-
tiua, videlicet nequis teſtator dece-
dere poſsit cū duplici teſtamento,
quod contĩgeret iſto caſu exiſtente
vno teſtamentorum valido de iure
ciuili,& alio valido de iure prætorio.
l.poſthumus.§. ſi paganus, ſupra non
ſemel allegata de iniuſto rupto.
Sic igitur ſecundum teſtamentum
tollit primum in caſu præfato, non
quidem ex prætoria poteſtate , quæ
( vt eſt notum ) non eſt tanta , quæ
poſſet in vniuerſum ac perpetuo ius
ciuile ſubuertere, neque facere quē
deſinere eſſe hæredem. §. quos autē
inſtituta de bonorum poſſeſsioni. ti
tulo generali. Sed( vt dixi) ex prædi-
cta iuris ciuilis regula generali, prohi
bente teſtatorem paganum decede-
re cum duobus teſtamentis. Et eādē
opi.Bal.contra gloſ.& Bart.ibi & alias
gloſſas

Ratio Bald. elegans.

gloſſas aliũde per eum adductas te-
nent communiter Doctores ſecun-
dum Iaſonem ibi, ſuper eãdem gloſ-
ſam, alium tamen agentem . Sed idẽ
Iaſon ibi poſt Paulum columna vlti-
ma, & Alexa. ſecunda, tangens hanc
rem ſerio & ex profeſſo tenet expreſ-
ſim & reſolutè contra eandem gloſ.
& cõtra Bar. ibi. Et idem etiam tenet
Aret. ibi. idemq; Iaſ. ibidem ad verſic.
2. contra aſſumptum Bar. adducit ali-
ud optimum fundamẽtum, quod eſt
eiuſdem Bar. aliud tamen ibi agentis
& quaſi ſui immemoris, in l. cum in ſe
cũdo, de iniuſto rupto, miruminmo
dum iuuans hanc concluſionem Bal.
quæ proculdubio eſt vera & è viſceri
bus iuris ciuilis eruta, vt Minerua ſeu
Pallas è Iouis cerebro. Concludendũ

Aliud exemplũ.

ergo eſt cum iſta ampliatione: quæ-
quidem poſſet alio caſu exemplifica
ri, vt quando teſtator feciſſet primũ
teſtamentum ſolẽne, in quo inſtituiſ
ſet filium poſthumũ naſciturum, de-
inde feciſſet ſecundum, in quo eun-
dem poſthumum alio hærede inſtitu
to præterijſſet, & poſthumus viuo te-
ſtatore naſceretur, ac eodẽ viuo mo-
reretur, rurſus poſt eum pater idem
que teſtator decederet, nam iſtud ſe-
cundum teſtamentum, quod erat fa-
ctum irritum iure ciuili, ſaltem potẽ-
tia per poſthumi natiuitatem, eiuſ-
dem poſthumi in teſtatoris vita con-
tingente: redintegratur prętorio iure
l. pſthum⁹ poſt prin. verſi. idem & cir-
ca, vbi text. ſing. ff. de iniuſto rupt. Et
ex conſequenti tollit primum, quod
à iure primordio fuit poſſibiliter, vel
quo ad ſolam potẽtiam, iure ciuili va-
lidum, ſcilicet, ſi poſthumus non obi-
jſſet in vita patris eiuſdẽq; teſtatoris
qui eum præterijt, vt patet ex proceſ-
ſu totius l. gallus.

Limitatoria declaratio primi exẽpli

Redeundo tamen ad præcedens
primum exemplum iſtius ampliatio-
nis, ſcilicet de approbatione, quæ fie-
ret per filium de teſtamento in quo
fuiſſet præteritus, tacita vel expreſſa,
quòd illa conualidaret tale teſtamẽ-
tum de iure prætorio, procedit in ter
minis ſupra poſitis, videlicet quan-
do talis approbatio fieret poſt mor-
tem patris, eiuſdemque teſtatoris, qui
eum in eodem teſtamento præterijt,
ſecus ſi fieret in vita ipſius per talem
filium putà conſentiendo ſe præteri-
ri, vt tradit Philippus Corn. conſilio.
31. columna. 2. ad finem, verſiculo, &
ideo, libro ſecundo. Eo namque caſu
ſecundum eum per tale ſecundum te
ſtamentum ſic in vita patris appro-
batum, & ratificatum per filium præ
teritum, qui conſenſit ſe præteriri vt
pote nullum & iure caſſum non tol-
litur primum.

Talis etenim conſẽſus filij adhibi-
tus præteritioni de ſeipſo in vita pa-
tris per eum factę nihil impedit, quin
tale teſtamentum ſit iure ipſo nullũ,
& ex conſequenti non poſſit tollere
præcedens. Et de conſimili appro-
batione, quæ per filium in vita patris
ſolet fieri de teſtamento, in quo præ-
teritur vel exheredatur, in alijs tamẽ
terminis, id eſt ſine reſpectu vel con-
ſideratione ſecundi teſtamẽti ad pri-
mum tradit Socinus conſilio. 230. vo
lumine ſecundo, vbi videatur cum o-
pus fuerit.

Decimo ſeptimo ampliatur, vt 17
procedat etiam ſi primo teſtamento
præcedente, ſubſequatur alia vltima
poſterior voluntas, quæ non ſit pro-
priè teſtamentum, quin potius redi-
gat rem ad cauſam inteſtati, vt quia
teſtator coram ſeptem teſtibus dice-
ret, quòd reuocabat teſtamentum à
ſe conditum, quia volebat decede-
re inteſtatus, ob quam teſtatoris
declarationem, primum teſtamentũ
euacuatur, reuocatur & aboletur, &
hæreditas



hæreditas deuoluitur ad ſucceſſores
ab inteſtato, qui per talem volunta-
tem videntur eſſe vocati per teſtato-
rẽ, vt tenet Bart. in l. ſi iure. ſ. eo. verſi.
quęro pręceſsit primũ teſtamẽtũ [ibi
modo propoſitũ] ad q̃. ſ. retuli in. 14.
ampliatione incidenter ꝓpe fi. vbi ad
duxi nõnullas concordantias, ex qui-
bus apparet ſentẽtiam Bar. eſſe ꝑ Do
cto. cõmuniter & vbilibet apꝓbatam
verificando & declarãdo, eam prout
ibi dixi. Quamuis Pau. de Caſt. & Ra-
pha. Fulgo. in ſæpe allega. l. ſancimus.
C. de teſta. aliud voluerint. Vide tamẽ
ibi Alex. Cor. & Iaſ. & ad id quod ad-
duxi in prędicta ampliatione circa fi.
citando l. conficiũtur, in prin. ſ. de iu-
re codi. in intelle. & declaratione ver
borum Bar. in d. l. ſi iure, adijciendum
eſt, quòd in quantum Bar. ibi ſaluaui

Hoc eſt iungendũ cũ eo quod eſt dictum ſuprà ad fi. 14. ampliationis.

ab impugnatione Doctorum illi ad-
uerſantium, & ponderaui verba prin-
cipij illius l. formaliter dicunt. [Quo-
niã credit paterfa. ſponte ſua ſucceſ-
ſorib⁹ ab ĩteſtato relinquere legitimã
hęreditatẽ.] Debet ille text⁹ ſubintel
69 ligi, vt fortius ſtringat pro Bar. † de vo
luntate teſtatoris ficta, vt ibi gloſ. di-
cit, ſupple & permiſsiua tantum, non
autem de voluntate diſpoſitiua, & i-
ta intelligit & apte & appoſite Bald.
in l. ſi emãcipati, octaua oppoſitione.
C. de colla. & illum ſequitur Iaſ. con-
ſilio. 202. colu. 7. poſt medium, volu-
mine ſecundo, qui etiam eſt videnđ⁹
in l. gallus, in principio numero. 37. in
lectura integra, de liberis & poſthu.
Quod eſt valde memorandum, quia
multi paſsim allegãt l. illam, conficiũ-
tur, in principio, in illis verbis iuncta
l. ſi quis cum nullum in principio eo-
dem titulo, & non bene percipiunt
hoc, ad idque bene facit text⁹ in l. ab
exhæredati in principio in illa impro
priatione, quaſi ſupra titulo ſecundo,
ad finem tituli, dum ad id verbum ibi
dicitur. [Quia & legitimi eo iure, prę
ſtare coguntur quaſi ſcripti eſſent, a-
liàs fuiſſent.] & ſic lex fingit eos eſſe
ſcriptos permiſsiuè, & non diſpoſiti-
uè, id eſt, ex teſtatoris permiſſu, non
autem ipſi⁹ diſpoſitione, ad idem pro
prædicta declaratione Bal. eſt optim⁹
textus in l. 1. §. ſciẽdum ibi, [vel dum
eis non adimitur,] ſupra hoc titulo,
coniuncta declaratione gloſſæ. Eſt e-
tiam text⁹ admodum not. quẽ in præ
fata decima quarta ampliatione cita-
ui, in l. vel ſingulis ſupra de vulgari. &
pupilla. in verbis illis poſteriorib⁹. [Si
ius legitimarum hæreditatum eis cu
ſtodiri velit.]

Verbum, cuſtodiri quid propriè ſignificet.

70 † Quod verbum [cuſtodiri] expendẽ-
dum eſt, nam ſuapte natura, nõ indu-
cit diſpoſitionẽ, de nouo, ſed iam pri-
dem inductam fouet, conſeruat, & tu
tatur. l. 1. cum alijs. ff. de nũdi. & in ca-
no. 1. 25. quæſti. 1. & in cano. Conue-
nior. 23. quæſt. 8. in fine, & ad id quod

Redit ad prædictã l. conficiuntur in prin.

ſæpenumero allegatur dictam l. con-
ficiuntur, in principio iuncta dicta l.
ſi fundum per fideicommiſſum, §. fi-
nali cum glo. ſupra titulo ſecundo, ꝙ
venientes ab inteſtato, videntur ſuc-
cedere ex defuncti iudicio, ſiue dicũ-
tur habere ipſius tacitam volũtatem,
videtur prima inſpectione facere, tex
tus in l. ſi. §. Lucius titius, in teſtamen-
to moriturus in verbo, reliquero, acci
do illud abſolutè, id eſt poſt mortem,
in patrimonio meo dimiſero, iunctis
verbis præcedent. & ſequent. ſu-
pra titulo primo. Sed cauendum eſt,
quia verba ſequentia (commune vo-
bis ſit) non patiuntur hanc pondera-
tionem, cum ſint verba diſpoſitiua. l.
titia cum teſtamẽto. §. Titia cum nu-
beret, vbi hoc notaui eodem titulo.

Obex tactus.

Et ſi forte objiciatur, ſi defunctus nõ
dat hæreditatẽ veniẽtibus ab inteſta
to, quãdo decedit nõ cõdito teſtamẽ
to, quomodo poteſt eos grauare? ꝓut
dicũt

dicunt poſſe prædicta l. ab exhæreda
ti,in princip. cum gloſ.Item & ſupra
allegata lex, ſi fũdum per fideicõmiſ-
ſum.§.vlt.ſed ad hoc glo. in eodem.§.
Solutio gloſ.
vltimo,reſpondet ex eo eſſe, quia vi-
detur eis per fictionem relinquere,vt
per glo.in d.l.con ficiuntur,in princi.
& illud ſufficit, quam reſpõſionem
tenent Doct.cõmuniter,in prædicto
§. fi. & ſic quòd ſufficiat per fictionẽ
videri defunctum inteſtatum dediſ-
ſe,vt poſſit ſucceſſores ab ĩteſtato gra
uare onere legati vel fideicommiſsi v
niuerſalis,vel particularis,quãq̃ re ip-
ſa ſeu verè nõ dederit:nã ſecundũ eã
glo.& Docto.in eodem.§.vltimo, cũ
potuerit ab eis hęreditatem adimere,
faciendo teſtamentum & alios hære
des inſtituendo, & non fecit, videtur
eis,id eſt ſucceſſoribꝰ ab inteſtato de-
diſſe,per dictam l.1.§.ſciẽdum.ſ̃. iſto
titu.qui textus(vt prędixi)loquitur e-
tiam in voluntate permiſsiua,facit e-
tiam tex.in ratione ſui & quidẽ à for-
tiori,in l.ſi fuerit.§.1.eodemq; vltimo
ſupra iſto tit.vbi poteſt quis grauare
hæredem hæredis,id eſt eum qui ſpe
ratur eſſe hæres futurus ipſius hære-
dis. Ad idem etiam cõfert l.ſi ſic, in
prin.quæ continuatᷣ immediatè, poſt
dictam l.ſi fuerit,ad quos textus vide
Bar.in l.qui fundum.§.qui filios, vbi 71
etiam alij,pręſertim Alex.de hoc tra-
dunt.ff.ad l,falci.& ad dictam l.ſi fue-
rit.§.vltimo,videndus eſt Soci.in l.cũ
filiofa.col.3.verſic.4.concluſio.ſupra
titu.2.de lega.1.& illum textum alle
gat & extendit Bal.in l.cum antiquio
ribus col.2.C.de iure delibe.poſt me
Redit ad.14 amplia. quo ad l.ſi quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus.
dium.Et inquantum in prædicta.14.
ampliatione fuit dictum,quòd Bar.in
dicta l.ſi iure,loco ſupra citato, ibi al-
legauit l.ſi quis ita hæres inſtituatur
ſi legitimus vltim.char.ſupra de hęre
dibus inſti.adijcere libet in præſentia
tum,ibidem ſupra per me traditis, ſat
aptè ad propoſitum ſuum,quod eſt i-
dem,de quo in hac ampliatione, quã
modo verſamus principaliter tracta-
tur, & incidenter in ſuppradicta. 14.
ampliatione,cum dicta lex,ſi quis ita
ſolum ponat venientes ab inteſtato
in conditione,quòd licet Bar. in caſu
iſtius ampliationis, vt ſupra retuli,nõ
faciat earum mentionem conditio-
naliter, imò potius cauſatiuè, videli-
cet,quia vult mori inteſtatus, tamen
quia hoc caſu verba ſunt enuntiati-
ua,& nõ diſpoſitiua, ſufficit vt habeã
tur pro conditionalibus, quoad hoc
vt vtrobique voluntas poſſit dici in-
nominata, ex quo (vt eſt ſæpe dictũ)
Atten.
illi ſucceſſores ab inteſtato veniunt p
volũtatem permiſſiuam,& ſic illa ex-
preſsio cauſalis à teſtatore facta in ca-
ſu Bart.vt ipſe exemplificat, & in hac
ampliatione traditur, videlicet, nolo
teſtamentum valere,quia volo dece-
dere inteſtatus, nõ eſt diſpoſitiua,ſed
eſt declaratio quædã tacitæ,ſeu ficte
voluntatis permiſſiue, & cum expri-
matᷣ q̄ à iure tacitè inerat non opera-
tur aliquid de nouo, diſpoſitiue inq̃
niſi ſolam ſublationem prioris teſta-
menti.Et ad hanc noſtram ampliatio
nem(vt ad eam redeam)facit optime
quædam generalis & iuridica maxi-
ma,quæ habet † quòd ſecunda volũ-
tas innominata, tollit præcedentem
etiam nominatam,tex.eſt ad id expẽ
di inſolitus in l.ſi duobus.§.ſi prius, in
fra de bo.poſſe.contra tab.quod etiã
probatur ex l.hac conſultiſsima.§.ſi
quis autem.C.de teſtamentis,& l.2.ſ̃.
de iniuſto rup.ſupra adductis.10.am-
pliatione,& iſta poteſt eſſe decima o
ctaua ampliatio ſumpta generaliter,
videlicet quòd voluntas vltima in no
minata,tollit pręcedentem etiam no
minatã.Sed quia iſta includit ſub ſe,
& abſorbet hanc decimã ſeptimã am
pliationem, vt in principio ipſius eã
explicaui,



explicaui, ideo vtraque ponatur pro
eadem & nõ augeatur earũ numerꝰ.
Et vide Cor.cõſil.174.per totum,vol.
2.ex cuiꝰ dictis poteſt colligi aliud e-
xemplum ad hanc ampliationem,ſed
quia loquitur aliquatenus confuſe,vi
de qd' ad ipſum ibi addidi, & ſupple
iſtam ampliationem,vt in pagi.pręce
denti ad fin. in margine, ſub eodem
numero.71.

Ampliatio.18.regula ampliatur e-
tiam ſi in primo teſtamẽto aliquis fue
rit hæres inſtitutus purè, & in ſecũdo
teſtamẽto,alius inſtitutꝰ fuerit ſub cõ
ditione,nam cũ ſit poſſibile ſecũdũ te 72
ſtamentum per exiſtentiam cõditio-
nis effici validum effectu ac reipſa,&
conſequentèr ex eo poſſe hęreditatẽ
adiri,ergo primũ teſtamentum tolli-
tur per tale ſecundum,vt in l.pater fi-
lio.ff.de hære.inſti.& in.§.poſteriore,
inſtituta quib.mo.teſta.infir.ſ̃.non ſe
mel citatis,& in l.cum in ſecundo.ſ̃.
de iniuſt.rup.in prin,& verſi.pen.quę
iura ſunt in id exp̃ſſa,cũ alijs ſupra ad
ductis in ratione quam poſui ad ſecũ
dam ampliationem.Ad hoc nõ obeſt
Tollitur obex tacitus.
l.ſi te ſolum.ſ̃ de hæredi.inſtitu. in ſe-
cundo reſpõſo,vbi ſi quis inſtituatur
purè,& inſolidum,deinde ipſemet in
ſtituatur conditionaliter, prima inſti
tutio vt potè pura,& p̄fecta,ſicq; ple-
nior preualet ſecundæ,& eadem ſecũ
da remanet inutilis, nam ille caſus eſt
admodum diuerſus à caſu iſtius am-
pliationis,loquitur enim ibi in vna p-
ſona hæredis inſtituti difformiter in
eodem teſtamẽto, ſed iſta ampliatio
procedit in vno,vel pluribus hæredi-
bus inſtituto vel ĩſtitutis difformiter,
id eſt purè,& conditionaliter, in duo
bus teſtamentis,in primo inquam pu 73
re in ſecundo conditionaliter, quæ
eſt materia noſtra de præualentia ſe-
cundi teſtamenti ad primum.Sed cir
ca iſtam ampliationem oportunè du
Dubitatio vl tra docto.
bitari poteſt, an pendente conditio-
ne inſtitutionis factę in ſecundo te-
ſtamento,hęres ſcriptus in primo,poſ
ſit petere bonorum poſſeſ.ſecundum
tab.facti,vt mittatur in poſſeſ.bono-
rum vt ibi ſtet interim, vel quouſque
conditio ſecundi teſtamenti exiſtat,
vel deficiatur.Et videtur quod ſic,ea
ratione,quia hæres in primo ſcriptus
pure,videtur per ſecundum teſtamẽ
tum continens inſtitutionem condi
cionalẽ redigi ad inſtitutionẽ ſub cõ
ditione cõtraria ei quę appoſita fuit
ſecundę inſtitutioni,quũ ſit regulare,
† q̄ quando id quod primo eſt datum
pure,adimitᷣ & datur ſecundo ſub cõ-
ditione,videtur primo iterũ datũ ſub
conditione cõtraria l.ſi legatũ.ĵ.de a-
dimẽ.lega.l.quod pure.ĵ.quãdo di.le-
ga.ce.l.pecuniã.ff.ſi cer.per. quã in id
notant ibi Doct.& ſpeciatim Soci.de
cidit p illum tex.elegantẽ,& no.quæ
ſtionẽ quo ſuppoſito ſuccedit deciſio
tex.not.in l.2.§ ſub cõditione,ĵ. de bo
norũ poſſe.ſecũdũ tab. quæ habet, q̄
hæres inſtitutus ſub cõditione,poteſt
ea pendente petere bonorum poſ-
ſe.ſecũdũ tab.facti.i.vt interim mittatᷣ
ĩ poſſeſsionẽ bonorũ,vbi ſtet (vt dixi)
quouſq; conditio ſecundi teſtamẽti,
purificetᷣ vel deficiat, quæ ſi extiterit
illa bonorũ poſſeſſio facti vertetᷣ ĩ bo
norũ poſſeſſionẽ iuris,& ille miſsꝰ erit
hæres ac ſi à prĩcipio fuiſſet purè in-
ſtitutus hęres & ſolꝰ,ita vt nullus alius
fuiſſet inſtitutꝰ hęres in alio teſtamẽ-
to pure neq; cõditionaliter, quod au-
tem p̄xime dixi de verſione bonorũ
poſſeſſionis ſecũdũ tab.facti in aliam
quæ eſt iuris,dicit glo.ibi eſſe mirabi-
le,ac ſi de albo fieret nigrum.

† Quęquidem ilius tex. deciſio pro
Ad l.2.§ ſub conditione.ff.de bono poſſe.2.tab. extẽſio.
cedit etiam in hærede extraneo con
ditionaliter inſtituto, per gloſſam or-
dinariam, ſecundũ opinionem Ioan.
gloſſatoris in l.hi demum, eod. titul.
quam

quam ibi approbant Bar.& Alberi.&
idemBar.in eodem.§.ſub conditione
contractu gloſ.ibi,quę aliud ſenſit, ꝓ
qua opinione Ioan. Accurſius in ea-
dem l.ea demum citat bonum textũ
in l. ſi ſeruus eo.tit.vbi etiã idẽ Accur
ſius ponderat eandem l.pro illa opi.
Io.Et iſte not.articulus eſt diſtinctus
à materia quam tangit gloſ. magiſtra
in l.2.ff.ſi pars hære.pe. de qua abun-
de tradunt Bart.& alij poſt eum in l.
planè.1.§.ſi duobus,&.§.ſi cõiunctim
s.de lega.primo. Nam per ea quę ibi
traduntur non tangitur hoc,ſic vide-
batur dicendum,in prędicta quęſtio-
ne ſupra mota, quòd hæres in primo
teſtamento purè inſtitutus, alio hære
de in ſecũdo teſtamento inſtituto cõ
ditionaliter,pendente conditione ſe-
cundi hęredis,poteſt petere bonorũ
poſſe.ſecundum tab. vtpotè ſub con-
traria cõditione inſtitutus. Sed in ve
ro,contrarium eſt probabilius& tenẽ
dum,imò,ꝙ cum teſtamentum ſecũ-
dum continens conditionalem in-
ſtitutionem,ſit in potentia vel apti-
tudine præualentię,reſpectu primi in
quo erat comprehenſa inſtitutio pu-
ra,mortuo teſtatore, ſtatim ipſo iure
fuit ſublatum primum continens in-
ſtitutionem puram, per illud ſecun-
dum,quod ab ipſo initio fuit validũ
poſsibiliter,per text.in d. l. pater filio
ad finem principij.ff.de hære.inſtitu.
cum concordan. adductis per glo.ibi,
licet illum dicat eſſe potiorem iuris
Ange.ibi.ergo nullo modo pręſuppo
ſita peremptione primi poteſt cadere
prædicta conſideratio,quòd eius va-
lor pendeat ex ſuſpenſione conditio-
nis contrarię,ad conditionẽ ſub qua
fuit facta inſtitutio in ſecundo teſta-
mento,res enim ſeu diſpoſitio iam pe
rempta,nũquam reuiuiſcit.l. qui res.
§.aream.ff.de ſolut.& conſequenter
neque poteſt pendere,vt per gloſſam

Noua cenſura reſponſiua ad dubiũ ſupra motũ.

vbi Bal.inducit ad quæſtionem cano
nicam in l.2.§.& harum,in gloſ.pe.an
te fi.ff.de verbo.obliga.quod eſt notiꝰ
q̃ vlterius probari expediat,& ille le-
ges,ſi legatum,& quod purè, & pecu
niã,loquuntur in diſpoſitionibus par
ticularibus quę ſeſe inuicem poſſunt
compati,vt ſunt legata, & contractꝰ,
videlicet quãdo prima diſpoſitio eſt
pura,& ſequens conditionalis de ea-
dem re,quo caſu prima reſoluitur in
cõditionalem,& cẽſetur facta ſub cõ-
traria conditione,& pendet in euen-
tum exiſtentię, vel defectus ſecundæ
conditionis,ſed noſtra materia duo-
rum teſtatorum,loquitur de rebus,id
eſt teſtamentis inuicem incompati-
bilibꝰ,etiam ſine alia cõtrarietate, vt
eſt ſupra dictum.

Ad ll.ſi leg. quod purè pecuniam.

Ampliatur.19.prędicta regula,etiã 19
ſi primum teſtamentum fuerit iura-
tum per teſtatorem, iſtud præſuppo-
nit Bar.in concluſione quam firmat,
co.fi.j.iſta l.de cuius diſcuſsione po-
ſtea tradetur in proſequutione,& ve
rificatione dictorum ipſius Bar. inte-
rim tamen vide Iaſ.in l.ſi ita quis.§. ea
lege.ff.de verbo.oblig.& in authen.
hoc inter liberos.C.de teſta. & quod
in facto,circa iſtud conſuluit pulchrè
Oldra.conſi.160.& cum eum videris
memento eius quod Bart.hic in fine
cõmentarij iſtius l.inquit, de virtute
derogatoria,quam habet in ſe ipſo iu
ramentum, & delibera aduertenter,
quia dicta horum patrum,ſcilicet, Ol
dra.& Bar. videntur inuicem pugna-
re,niſi aliquo fędere concordię inter
ſe concilietur,quod in pręſentiarum
non proſequimur,quia rem de qua a
gimus principaliter non concernit.

Ampliatur.20.etiam primum teſta
mentum ſolẽne præceſſerit, & ſequa
tur ſecundum ab eodem teſtamen-
to conditum,vnico verbo reſponſiuo
ad interrogationem ſibi propoſitam
videlicet



videlicet an inſtitueret hæredem ti-
tium,& reſpõdendo dicent ſic,vel ita
ſcđm Alex.cõſil.33.col.4.in prin. con
tra Pau.conſi.367. viſo puncto, quod
non inuenio & contra eundem Paul.
tenet etiam Det. cõſi.489. col.pen.&
& iſtorum opi.eſt tenẽda contra Pau.
quãdo inquam concurrerent in tale
interrogatione requiſita ſolẽnia quæ
debent interuenire, ſecũdum ea quæ
traduntur per doct.ordinariè ſcriben
tes ſuper gl.in l.iubemus,ad fin. C. de
teſta. & in alijs pleriſq; locis quos affa
tim cumulaui.in repe. §.qui fideicom
miſſariã.l.3.Char.21.2.pagi.in fi.ff.de
hære.inſti. vbi in illo puncto petendũ
erit quod hic deeſt. Quãuis Soci.cõſi.
92.col.7.lib.3.obiter ac veluti aliud a-
gens videatur ſeq.Paul.de Caſt.vbi.s.
ſed inconſiderate,qđ raro illi accidit.

Viceſimoprimo dilatatur etiã ſi in
primo teſtamento,appoſita ſit clauſu
la codicillaris, q̣a nihilominus primũ
reuocatur per ſcđum funditus & ipſo
iure,imò(quod eſt fortius)nihil ex cõ-
tentis in illo primo teſtamẽto,ſuſtine
tur prætextu eiuſmodi clauſulæ codi-
cillaris prout tenet pulchrè, & not.
Bal.poſt.Nicho.de Mata.ſolẽnem do-
ctorem antiquum,in præallega. l. po-
ſthumus.§.ſi Paganus, de iniuſt. rupt.
74 &c.quia ſecũdum eos talis † clauſula
nihil operatur quãdo teſtamẽtum in
quo eſt appoſita irritatur, ſeu deſinit
valere ex pœnitentia teſtatoris & ſic
per ſecundũ teſtamẽtum. Si tñ ſecun
dum teſtamẽtum fieret ſub cõmemo
ratione primi,& ad ipſius approbatio
nem,vel confirmationem etiam non
habẽtis clauſulam codicillarem(nam
de ea,vt dixi,quãdo ſequitur ſcđm te-
ſtamẽtum minimè curatur)tunc talis
confirmatio, ſeu approbatio primi te
ſtementi facta in ſecũdo operaretur
ꝙ diſpoſita in primo teſtamẽto, trahe
rẽtur ad ſecũdum,vt in eod.§.ſi Paga-
nus.2.reſpon.dicitur, & in. d. l. ſi quis
priore.2.reſpon.itidem dicitur.Nem-
pè eiuſmodi approbatio habet vim cu
iuſdam clauſulæ codicillaris quæ in
ſecũdo teſtamẽto fuiſſet appoſita, vi-
delicet,ꝙ primum valeret eo meliore
modo,quo de iure valere poſſet. & eã
dem concluſionẽ cum Nicho. & Bal.
tenet ibid. expreſſe Ioan. de Imol.Itẽ
& Rapha. Cum.dum refert ſe ad Bal.
ſimpliciter.Et ratio ſupradictę amplia
tionis,eſt,Quia queadmodũ oĩa in te
ſtamẽto primo cõtenta vniuerſaliter,
& particulariter annullãtur & efficiũ
tur irrita, nulliusq; momenti ex teſta-
toris pœnitentia , reſultante ex ſe-
cundi teſtamẽti factione, prout ſuprà
fuit traditum.7.ampliatione, parifor-
miter etiam cenſeri debet ſublata ta
lis clauſula codicillaris in primo te-
ſtamento contẽta,quum ſit cõſequu-
tiua,& ſequela ipſius et ab eo,velut ap
pendix quædam depẽdens. Quam ge
neralem cõcluſionem,ſeu Theoriam
hac eadẽ ratione innixus tenet Bart.
in l. 1. 15.q.s. de iure codicil.ſubdens,
Quòd verba illa vulgaria, & cõſueta,
quibus clauſula codicillaris conſici-
tur, ſi non valet, aut valebit vt teſta-
mẽtum valeat iure codicillorum, de-
bent intelligi ſi non valeat, vel vale-
bit,aliter,quàm per expreſſam reuoca
tionem, vel tacitam inſurgentem ex
pœnitentia vera, vel præſumpta, aut
ficta teſtatoris, qui ſciens, vel ſci-
re debens iura. l.leges ſacratiſsmè. C.
de.ll.iuncta.l.Quod te mihi. ff.ſi cert.
pet.ſcilicet, diſponetia, ꝙ ſecundum
teſtamẽtum, iuribus notiſsimis tollit
primum,tranſijt ad faciendum ſecun
dum, & ſic eum penituit primi ab eo
confecti,nam tali ſequuta reuocatio-
ne,ſiue expreſsim, ſiue tacitè(vt dixi)
ex pœnitentia ſuborta ex ſecundi te-
ſtamenti confectione, primum teſta-
mẽtum, in omnibus & per omnia ma

net ſublatū & cōſequēter clauſula co
dicillaris abolетur, cum voluntas ipſa
teſtatoris quæ eſt indiuidua, & cōcer-
nat totalem valorem primi teſtamēti
deficiat, & ſit abolita primo ſublato
teſtamento & per ſecūdum abſorbto.
hanc eādem cōcluſionē poſt eūdem
Nicho. & per eandem rationē & alias
non minus vrgentes, tenet idem Bal.
in l. vlti. prope fin. verſ. ſed pone. C. de
codici. & in l. 1. C. de fideicō. liber. vbi
etiā Alex. in addi. & idem Bal. in l. Ti-
tia. ff. de inoffi. teſta. 1. & 2. lectu. & in
vtraq; refert eūdem Nicho. in illa ad
medium, in hac, in prin. hāc etiam cō
cluſionem referens ſubſtātiam diſpu-
tationis de eadem re eiuſdem Nicho.
firmat Ioan. And. in add. ad ſpe. in tit.
de Inſti. edi. §. compendioſè. ſuper ver
ſic. pone nu. 20. ſed eam contrahit ſeu
reſtringit, eleganter Ange. de Perigli.
hic, col. 4. poſt prin. ibi. [licet enim re
uocato teſtamēto, &c.] non obtinere
locū qñ talis clauſula codicillaris poſi
ta in primo teſtamēto poſſet cōſerua-
ri per clauſulam derogatoriam in co-
dicillis (ſi qui fortè, poſtea fierent per
eundem teſtatorē) poſitam inq̄ ante
confectionē ſecūdi teſtamēti, quæ ta-
men non ſit reuocata per generalem
clauſulam reuocatoriā, poſitam in eo
dem ſecūdo, vel ſeq. teſtamento vt eſt
videre hac in facti ſpecie, quā caſus cō
tingentiā vulgus appellat. Putà ſi præ
ceſsit primum teſtamētum continēs
clauſulam codicillarem; ſi non valet,
vel valebit, aut aliam equipollentem,
quod tamen teſtamētum nō habebat
clauſulā derogatoriā ad teſtamētum
ſubſequens. Deinde teſtator proceſ-
ſit vltra ad faciendos codicillos conti
nētes legata, & alias diſpoſitiones par
ticulares in quibus quidē codicil. adie
cit, clauſulam derogatoriam ad cōfir-
mationem primi teſtamēti, dicens, ꝙ
volebat primū ſuum teſtamentum, ꝙ

Elegans limitatio Angel. de Perigl. hic ad hanc. 2 1. amplia.

Notanda facti ſpecialis.

ante codicillos fecerat præualere oī-
bus teſtamentis ſi quæ poſtea faceret,
Deinde fiat aliud ſecūdum teſtamen-
mētum, ex ſe validum, & ſolēne cum
clauſula generali derogatoria, videli-
cet non obſtāte quocūq; alio teſtamē
to, quod fecerat prius. hoc namq; ca-
ſu dicit Ange. prædictus, ex facto ſe vi
diſſe conſultū, ꝙ relicta in ſecundo te
ſtamēto non debētur, ſed relicta tam
in primo, q̄ in codicillis immediatè
poſt illud factis, valent & debētur. Itē
virtute clauſulæ codicillaris in primo
teſtamēto appoſitæ, hæres inſtitutus
in ſecūdo teſtamēto, tenetur reſtitue
re hæreditatem (cum deductione inq̄
4. Trebellianicæ) hæredi in primo te-
ſtamēto ſcripto. Ex hac deciſione not.
apparet (vt prædixi) declaratio limita-
toria, & quidem notādiſsima ad hanc
noſtram ampliationē. 21. quæ habet,
ꝙ ſecūdum teſtamentū tollit & abſor
bet primum, etiam ſi in primo, ſit adie
cta clauſula codicillaris vt non proce
dat ſi vel qñ talis clauſula codicillaris
poſita in primo teſtamēto cōſeruaret
per clauſulā derogatoriā poſitā in co-
dicillis ſequētibus, ad robur & confir
mationem primi teſtamēti, quæ tñ &
ſi nequeat operari quaod hoc, vt illud
primū, non reuocetur p̱ ſecūdum, ha-
bens clauſulam derogatoriā genera-
lē prioris teſtamēti, quæ aliàs ſufficit,
operatur tñ talis derogatoria poſita
in codicillis factis ante ſecundū teſta-
mētū quoad legata in eodē ſecūdo te
ſtamēto contenta. ſ. vt non ſint valida
quia reuocatoria, vel derogatoria ge-
neralis prioris teſtamēti in ſecūdo te-
ſtamēto poſita, nō potuit ſe extende
re ad talem derogatoriā in codicil. po
ſitam, cum de ea nō fuerat facta men
tio ſpecialis, vt per hanc. l. requiritur
eam fieri debere, ergo per prædictam
clauſulā derogatoriā in codicillis con
tentā fuerūt conſeruata relicta in pri
mo



mo teſtamēto, (nā de relictis in codi-
cillis non erat dubiū quin confirma-
retur quia non indigebant illis) fuitq;
cōſeruata etiā clauſula codicillaris in
primo teſtamēto poſita, per quā teſta
tor videtur non ſolū legata in eo con
tenta cōſeruare, ſed etiā inſtitutionē,
vel ſubſtitutionem directā, in eodem
teſtamēto cōtentam obliquari, vt iu-
re fideicōmiſſi valeret. l. Sceuola. ff. ad
Trebell. vbi Bart. & doct. videturq; ro
gaſſe ſucceſſores ipſius, ex teſtamēto
ſi quod poſtea feciſſet, vel ſi minimè,
ſucceſſores ab inteſtato, in euentū in-
ualiditatis primi teſtamēti, vel reuoca
tionis illius, vt reſtituerēt hæreditatē,
hærede ſcripto in primo teſtamento,
Modo ita eſt, ꝙ licet per ſcđm fuerit
ſublatū primū neq; huic ſecūdo obſti
terit, vel obfuerit prior derogatoria,
in codicill. cōtenta, niſi quoad legata,
& diſpoſitiones particulares ad quæ
tantùm volūtas codicillaris poteſt, &
non vltra ſe extēdere, §. fi. inſtit. de co-
di. & generalis derogatoria, vel reuo-
catoriā teſtamenti prioris poſita in ſe
cundo teſtamento, non fuerit potens
ad tollendā prædictā derogatoriā, in
præcedētibus codicill. appoſitā, cum
non potuerit eā ſub ſe cōprehendere,
ex eo q̄a reuocatoria generalis poſita
in eod. 2. teſtamen. reſpiciebat ſolum
modo primi teſtamenti reuocationē,
non aūt concernebat ſpecialiter clau
ſulā derogatoriam in codicill. conten
tam, quæ reſpiciebat ſcđm idemq; ſe-
quens teſtamentū, vtpote volūtate ſe
parata poſitā, conſequens ac cōſenta-
neū & ex re fuit, vt cōtenta in ſecūdo
teſtamēto, particularia inq̄ relicta nō
manerent valida, & ſola inſtitutio in
eodē contēta quæ ex eo ſuperaret va-
lida, obliquaret, & in ius, ſeu vim fidei
cōmiſsi faceret trāſitū, & ſic hereditas
eſſet reſtituenda ex cauſa fideicōmiſ-
ſi hæredi in. 1. teſtam. ſcripto propter

ſepedictā clauſulā codicillarē, in eodē
primo teſtamēto adſcriptā, quæ cum
fuerit cōſeruata per clauſulā deroga-
toriam in codicillis poſitā, ſucceſſor
ipſius ex ſecūdo teſtamento cenſetur
grauatus (vt eſt dictū) iure fideicom-
miſſi reſtituere hæreditatē hæredi in
primo teſtamento ſcripto. Eſt. n. hæc
peculiaris & ingenita natura clauſulę
præfatæ codicillaris vt operet̃ repeti-
tionē relictorū in teſtamēto à ſucceſ-
ſoribus apponētis eā in tali teſtamen
to quod fortè deinceps fieret inuali-
dū, vel irritum. Nam & ſi cōis allega-
tio doctorū ſit, quòd clauſula codicil-
laris appoſita in teſtamēto, quod poſt
modū, aliqua ratione, (præter pœnitē
tiam teſtatoris, vt eſt dictū) deſtituitur
& viribus vacuat̃, inducit repetionē
à veniētibus ab inteſtato, vt eſt gl. vbi
doct. in l. Lutius la vlti. §. filiā. ſ. tit. 1. de
lega. 2. gl. & Doct. in l. Ex ea ſcriptura.
§. fi. ff. de teſta. & in l. ex teſtam. C. de
75 fideicom. † Tamē illę glo. & Dom. Lo
quūtur, quādo præſuponeretur teſta-
torē ob inualiditatē teſtamēti deceſ-
ſiſſe, vel deceſſurū eſſe inteſtatū, tunc
enim clauſula codicillaris operat̃ (vt
dicūt) repetitionē à veniētibus ab in-
teſtato, Nihilominus tñ, (vt oēs ſen-
tiūt ac præſupponūt) eandem repeti-
tionem operaretur eadē clauſula co-
dicillaris, ab hærede ſcripto in ſecūdo
teſtamēto: ſi teſtamētum primum an
nullaretur per ſcđm, & eſſet poſita in
primo teſtamēto, dum tñ confirmare
tur in codicillis inter medijs hoc eſt
factis poſt primū teſtamētum ante ſe
cūdum. vt eſt in exēplo. ſ. relato, & qui
dē hoc caſu à fortiori operaretur præ-
dicta clauſula repetitione ab hærede
ſcripto in ſcđo teſtamēto, q̄ ſi eſſet ab
inteſtato ſucceſſurus, nā habet expreſ
ſam defuncti volūtatem & ſolennem
quātum ad ſuccedendū ex teſtamen-
to ſecundo eaq; ratione pōt & debet,

& quidē à fortiori vtpotè honoratus
videri grauatus,prætextu clauſulæ co
dicillaris,q̃ veniētes ab inteſtato,q in
alijs inq̃ caſibus,aut terminis ſolā ha-
bent tacitā,aut fictā defuncti volūta-
tē eamq́; permiſſiuā duntaxat,vt eſt
ſuperius iam dictū.Hiſq́; eo inſteti,q͞a
caſus iſte erat nouus,quem,affirmare
auſim,alibi,ꝙ ſciam,neq́; decidi, neq́;
tāgi,niſi per Ange. hic poſt illos con-
ſulentes ab eo citra nomēclaturam re
latos,& erat ſatis inuolutꝰ, implicitus
atq́; implexus.ſicq́; oportuit me lōgio
rē eſſe verbis, plusq̃ ſolito,condonan
dū itaq́; mihi erit ꝑ candidū lectorē.

Subampliatio iſtius. 21 amplia.

Redeūdo ergo ad prædictā genera
lem.21.ampliationē,quā ſuperius po-
ſui.ſ. ꝙ clauſula codicillaris in primo
teſtamēto adſcripta,ſubſequenter fa-
cto ſcđo teſtamēto nihil operatur,re-
gulariter, imò per illud talis clauſula
aboletur & reuocatᷣ ſimul cum eodē
primo teſtamēto in quo fuit appoſita.
Ad quā ampliationē,quæ fuit.s̄.reſtri
cta in caſu illo notabili Ang.de Peri.s̄.
relato pōt adijci, quedā ſubampliatio
eā,exagerans,vt etiā procedat in alijs
clauſulis cōſimilibus in eūdem ſcopū
tendantibus, in quem ipſa clauſula
codicillaris vergit, videlicet ad teſta-
mentū in quo ponuntur corrobora-
tionem, & ſubſtentationem,putà in
clauſula omni meliori modo, vel in
illa, ſi non valuerit vt teſtamentum
valeat iure donationis cauſ. mort. vel
alterius cuiuſlibet vltimè voluntatis.
Nā tales clauſulæ, & ſi generales ſint
& ample,tñ debent intelligi ſecundū
naturā teſtamēti in quo apponuntur,
& ad illam regulari, queādmodum &
de prædicta clauſula codicillari retuli
76 dicere Bar.in prin.iſtius ampliationis,
† vt cōcurrente teſtamēto, corruant
ex conſequēti clauſulæ oēs acceſſoriȩ
habentes eundē effectum cū codicil-
lari.Ad quod etiā conducit quod idē

Clauſulæ æquipollentes clauſulȩ codicillari.

Verba ſunt accipienda iuxta naturā actus ſuper quo apponūtur.

Bal.tradit in rub.C.de cōtrahē. empt.
q.9.& quod in ſimili Innoc. not.in.c.
ex literis.in.2.gl.de iure patr.quē Bal.
ibi adducit,ꝙ verba intelligūtur ſecū
dum naturā actus ſuper quo proferū-
tur,quod etiā retulit idem Bald.in l. à
procuratore, ad mediū. C. mand. vbi
etiam refert Inno.vbi.s̄.dicere,Quod
verba quantūuis generalia habēt ſup-
ponere ea, vel referri ad ea quæ ſunt
de natura rei in actum deductȩ bene
facit.l.ſi ſtipula.ff.de vſuris, Quā Bal.
citat in prædicta.q.9.ad idem.l.5.§. cō
uētionales. ibi. [Et pendent ex nego-
tio contracto] ff.de verb.oblig.& l. 1.
§.ſi ſub cōditione.j.vt lega.no.ca.& in
l.ſi vno in prin.ff.loca.& in l.ſi olei.C.
eo.facit gl. not. & omniū optima in l.
fi.glo.1.C.ſine cen.vel reli. quæ ſcđm
Ange.ibi,(qui eſt videndus)probat,&
77 in id ſæpè,allegatur, † ꝙ nulla eſt ge-
neralitas, quæ ex materia ſubiecta nō
recipiat habilē,& cōgruam reſtrictio-
nem.ad idē glo.omibus paſſim obuia:
in l.1.iuncto illo tex.C.de ſacroſan.ec
cle.ad idem l.vt gradatim.§.& ſi lege.
ff.de mune.& hono.quē Bart.citat in
l.Ceſar.col.4. ff. de publica.& Docto.
alibi ſȩpè.& ad illud de quo.s̄.ꝙ verba
quæcūq́; ſint, ſequūtur & ſapiūt natu
ram actus ſuper quo interponūtur,fa.
etiā l. inſulā. ff. de præſcriptis verb.&
l.fi.§.1.ff.de cōdi.inde.& in l. Impera-
tores. ff. de in diē adiect.& text. in.§.
quibus.1.cōſti.C.& in.l.2.ff.de ſta.ho.
& tradit Bal.in caſu elegāti.cōſil.444.
exordiente,pactum inter locatorem,
lib.1.& Alex.conſi.67.ad fi.lib.7. Bal.
conſi.itidem.67. Quia ex facto.col.1.
poſt mediū.lib.3.& in conſi.47.col.3.
lib.1.& Iaſ.& recentiores poſt eum,in
l.non oīs numeratio in prin.col.2.ff.ſi
cert.pet.& Dec.in.c.cum venerabilis,
col.4. de except. ſic igitur (vt ad præ-
miſſa redeam.) Queādmodnm primū
teſtamentū reuocatur per ſecundum
etiam

Nihil tam gēnerale quod ex materia ſubiecta, nō arctetur, ſeu reſtringatur.



etiā ſi habeat clauſulam codicillarem
ſimplicē, & paſſim in teſtamētis appo
ni conſuetam, ita etiā, ſi habet aliam
ſimilē quoad effectū & importātiam,
etiam ſi ſit generalius cōcepta, q̃ ipſa
clauſula codicillaris verbis vulgari-
bus dictata,nā eiuſmodi oēs clauſulæ
ſunt apēdices teſtamēti, in quo ſunt
poſitæ,& ſequūtur ipſius naturā quæ
eſt reuocabilis,& ſcđm eam debēt in-
telligi,& ab ea regulari, vt eo teſtamē
to per pœnitētiam,vel per reuocatio-
nem expreſſam, vel tacitam abolito,
vel annullato ſimiliter & omnes tales
clauſulæ corruāt, & in eiuſdem teſta-
menti aboliti,ſeu reuocati conſequē-
tiam ipſæ clauſulæ cēſeri debāt ſubla-
tæ, & iſta ſubāpliatio deſeruit etiā ad
caſum limitatoriū Ange.de Peri. quē
retuli.s̄.facta inquam competēte ad-
aptatione ad illum.

Viceſimoſecundo ampliatur, etiā ſi
duo vel plura teſtamēta præceſſerint.
nam vltimū eorū ſemper & indiſtin-
ctè, tollit & abſorbet funditus ac radi-
citus omnia teſtamenta præcedētia,
quotocūq́; numero fuerint.Ita notan
ter in caſu pulchro, implicito, & ſatis
dubitabili,cōſuluit Benedictus de Pe-
ruſ.cognomēto capra. conſi. 51.cuius
deciſio, & ſi videatᷣ per eū fundari re-
gulis cōmunibus & vulgaribus,tamē
quia in caſu illo in prioribus duobus
teſtamētis quæ vltimum prȩceſſerāt,
appoſitæ fuerāt clauſulæ derogatoriæ
ad quodcūq́; teſtamentum qđ poſtea
fuiſſet cōfectū per eundē teſtatorem,
quæ quidē clauſulæ erāt admodū dif-
ferentes,ac diſſimiles inuicem ea pro
pter reſultabat nō mediocris cōfuſio,
& caliginoſa quædā perplexitas:de te
ſtamēto vltimo ad præcedentia teſta-
mēta,& eorūdem præcedētium inter
ſe ipſa,profecto cōſultatio illa eſt ſatis
memorabilis in hac materia,& Iuriſcō
ſulto celebri digna,& ibidē in propoſi

Commendatur conſultatio Benedicti capræ.

to noſtræ legis à verſi.non ſolum,vſq́;
in fi.illius conſilij agit,ſeu tractat inci
dēter,de derogatione cōtraria,vel re-
uocatione ſpeciali poſita in teſtamen
to ſeq.ad præcedens teſtamētum ha-
bēs clauſulam derogatoriam præam-
bulam ad teſtamētum ſequens. Et ex
eius dictis apparet,quomodo pōt exē
plificari,aut verificari iſte tex. in verſ.
ſpecialiter,qui de tali ſpeciali deroga-
tione loquitur ſcđm Bart.& Doct.cō-
muniter hîc, & vbiq́; de hac materia
tractātes. Aliam ampliationem vltra
prænotatas ad hanc regulam adapto
inferius in vltimo notabili textuali,
vbi melius incidit, videatur ibi.

Reſeruatur 23. ampliatio ſupra collocanda.

Quibus ampliationibus explicitis,
& vt cōgruentius viſum eſt cōgeſtis,
haudq́; labore exiguo adunatis, & di-
geſtis. Condeſcēdo ad aptandas non-
nullas fallentias ad eandem regulam
ad ipſius verificationē & perfectam
intelligentiam. apprimè vtiles, ne di-
cam neceſſarias.

Itaq́; regula.s̄. tradita, primo fallit,
niſi in priore teſtamēto appoſita eſſet
clauſula derogatoria ad teſtamētum
ſequēs,vt in hac l.eſt caſus,& in l.ſi mi
hi,& tibi.§.in legatis.s̄.tit.2. de lega.1.
Tunc.n.vt ſcđm teſtamentum tollat
primū,præābulum oportet in hoc ſe-
cūdo teſtamēto fieri mētionem reuo
catoriā primȩ clauſulȩ derogatoriæ.i.
in primo teſtamento appoſitæ aliàs il-
lud nō tolleret. Qualiter aūt mētio ſit
faciēda;an generalis,ſpecialis,vel indi
uidualis,j.tradetᷣ. Huius fallētiæ ratio
eſt,q͞a quantū ad effectū per talē clau
ſulā in priori teſtamēto illud ſortitur
vicē ſecundi, vel fungitᷣ loco ipſius,vt
ſpeciatim poſt Bar.& doct.hîc,& poſt
Bal.& doct.ibi declarat Fran. Cur.iu-
nior in l.pacta nouiſsima poſt prin.C.
de pact.quia licèt poſterior diſpoſitio
ſcđm ordinē ſcripturæ videatur vlti-
ma,re tñ ipſa ſecūdum ordinē intelle-

Fallentiȩ ad præfatam regulam generalem.

Ratio. 1. fallentiæ.

 ctus

ctus & volũtatis efficaciã, non eſt vl-
tima, ſed prima, & ſic tollitur per di-
ſpoſitionem primam, præcedentem,
quæ ſecundum ordinem intellectus
eſt ſecũda, & ſic poſterior, quum alia
ſecunda quæ ex figura ſcripturæ appa
ret vltima, maneat viribus, ideſt, vo-
luntate defuncti vacuata, & iſtud eſt
quod ſecũdum eundem Curt. voluit 78
Iuriſcõſultus in l.ſi ita ſit adſcriptum.
s. tit.2.de lega.1. [ ibi, quod adẽptum
eſt, neq; legatũ videtur.] Quod etiam
voluit text.in dict.§.in legatis. verſic.
interdũ. Ordo enim intellectus, etiã
quando eſt cõuerſus ad ordinem ſcri-
pturæ ſuper ei præfertur, & præualet.
cum exiſtentiam rei concernat, & ve
ritate nitatur l.vlti.ad medium. C. de
hæredi.inſtitu.& tradit Barto. vbi alij
poſt eũ in.l.2.§. prius.ff.de vulg.& pu
pi. Quę quidẽ fallencia adeò vera eſt,
ac ſolida (vtpote præfatis iuribus aper
tis munita) vt non valeret ſtatutum,
quo caueretur, q; teſtamentum ſecun
dum tolleret primum habens clauſu-
lam derogatoriã ad illud idem ſecun
dum quãuis de eo, & de clauſula in eo
contenta ſecũdum non faceret men-
tionem, nam tali ſtatuto non obſtan-
te, primum teſtamẽtum nihilominus
non tolleretur per ſecũdum niſi in eo
fieret mentio primi teſtamẽti, & clau
ſulæ derogatoriæ in eò contẽtæ, & ſic
ſpecialis vt in hac l.& in dict.§.in lega
tis. ita belliſſimè, rationibus ſolidis, &
vrgentibus concludit Paul. de Caſtr.
conſi.443.videtur ſine dubio. 2.part.
conſi. Vbi omnino eſt vidẽdum: opor
tet igitur (redeundo ad præmiſſa) vt
in ſecundo teſtamẽto fiat mentio, &
quidẽ ſpecialis primi, reuocatoria, hoc
eſt, q; de primo, & de clauſula ſpeciali
derogatoria in eò cõtenta mẽtio fiat
in ſecundo teſtamento, prout tenent
Bart.& doct. cõmuniter hic per iſtum
text. in verbo [ ſpecialiter,] quod vul-

Ordo intell. ſuper & indiſtinctè, antefertur ordini ſcripturæ vt operetur ꝑlationem prime, ſeu precedente ſcripturæ, ad vltimam.

Notanda deciſio Pau. de Caſt.

garizatur in l.22.tit.1.6.parti. [Señala
damente] de quo articulo cum ipſius
declarationibus tradetur inferius, &
ad primam partẽ iſtius fallen. & eius
vberiorem declarationem, vi.j. in ſe-
cundo notab. vbi etiam fit mentio, &
adhoc latior, eiuſdem conſilij Paul.
de Caſtr.

Secundò fallit, in caſu vbi ſecũdum
teſtamentũ, etiam pupillare dũtaxat,
& primũ teſtamentũ, eſſet ſolũmodo
paternũ tale. n. ſecũdum, nõ tollit pri-
mum l.ſi quis eum.§.ſi duo teſtamen-
to, qui eſt primus, ideõq; vltimus. s. de
vulg.& pupi. vbi notant doct.& in ſpe
cie Iaſ.& ratio eſt, † quia ſequela non
regulat, & à fortiori neq; tollit antece
dens vnde cõſequitur, & effluit. vt in
l.ex pupi.eod.tit.& in l.quod per ma-
nus. s. de iure codi. eſt ſiquidem expe
ditum, vtrunq; teſtamentum tam pri
mum, q̃ pupillare, eſſe vnum teſtamẽ
tum, & ſi diuerſarũ hæreditatũ, prout
concludit tex. Eligens vltimã ex dua-
bus deciſionibus ab eodẽ ibi relatis, in
d.§.liberis inſti.de pup. ſubſti. nam ibi
primo dicit, q; pupillaris ſubſtitutio
eſt ſequela primi teſtamẽti, poſtea eli-
git aliã ſentẽtiã per dictionẽ potius. ſ.
q; vtrũq; eſt vnũ teſtamẽtum, ſed dua
rum hæreditatũ, ſiue itaq; pupillaris
ſubſtitutio, ſit cõſequens, vel ſequela
paterni teſtamenti habeo intẽtum q;
nõ põt tollere principale, ſiue vtrũq;
teſtamẽtum habeatur pro vno à for-
79 tiori dicẽdum eſt, † q; idem non tollat
neq; reuocet ſeipſum, q̃a actio & paſ-
ſio ſeſe non cõpatiuntur eodẽ ſubie-
cto, vt inq̃t Philoſophus, & tradit Bal.
& doct. poſt eũ in ratione illius tex. in
l.debitori. C. de pact. ad idẽ facit. l.duo
bus, & l.ſi pariter. ff. de libe. cauſa, cũ
alijs. & iũge hoc quod fuit. s. traditum
octaua ampliatione, in caſu è contra-
rio. Quando procedit pupillare teſta
mẽtum ipſum teſtamentũ paternũ.

Sequela, vel cõſequẽs nõ regulat, neq; regit antecedẽs quin potius regulatur ab eo.

Tertiò



Tertiò fallit prædicta regula, vbi ſe-
cundũ teſtamentum eſſet erroneum,
vel errore confectum ſecũdum Curt.
iuniorem in.d.l. pacta nouiſſima, vbi
in id adfert tex.in l.Lutius.§.fi.ff.de te
ſta. mil. qui tamen non probat, quia
ibi non fuit conditum niſi vnum te-
ſtamẽtum diuerſorum capitum, & ſic
illi termini ſunt ſatis differentes à no-
ſtris vbi tractatur de pluribus teſta-
mẽtis diſtinctis, & ſeparatis, ac in ſpe-
cie differẽtibus. Nihilominus conclu
ſio prædicta iſtius fallentiæ eſt vera &
indubitata, ob rationem manifeſtam
quoniã peculiare, & genuinũ erroris
80 eſt, † conſenſum impedire, & remoue
re ab actu.l.2.in princ.ff.de iudi.& l.ſi
per errorem.ff.de iuriſd.omn.iud.l.cũ
in corpus.ff.de acquir.rer.domi. l.3.§.
ſubtilius.ff.de condi.ob cauſam.l.ſi e-
go.ff.ſi cert.peta.l.quoties, in princ.ff.
de hære.inſtit. l. ſi quis in fundi voca-
bulo. s. tit.2.de legat.1. Sicq; eiuſmodi
teſtamẽtum errore confectum, caret
voluntate teſtantis & ex conſequen-
ti eſt nullũ viribuſq; omnino vacua-
tum, quamobrem non poteſt operari
81 ſublationem prioris teſtamẽti, † prout
aliàs regularitèr actus nullus, vllum ef
fectum nequit operari.l.4.§. Conde-
mnatum. ff.de re iudi. l.non putauit.
§.non quæuis exhęredatio. j. de bono.
poſſeſſ.contra tabu. Cum multis con
cordantijs textuum glo.& Docto. tra
ditis in eam rem per modum torren-
tis & ſi lutulenti à Fely.in. c. ex teno-
re. col.2.cum ſequent.de reſcriptis, in
propoſito regulæ, non pręſtat impedi
mentum, de regul. iur.in.6.& inſu-
per ꝑ hac fallẽ. eſt optimus tex.in.l.fi.
s. de hæred. inſtit. ex qua patet hanc
fallen. re ipſa, & effectu eſſe eandem.
cum ſeptima. j. ponenda vbi etiam ad
ducitur eadem.l.fi.

Error opponitur ex diametro cõſenſui, quę eſt iuris regu. propè infallibilis.

Actus nullus regularitèr eſt ineffectualis.

Quartò fallit, quãdo in ſecundo te-
ſtamẽto eſſẽt hæredes ſcripti hi quos
teſtator ſcribere non poterat vt quia
incapaces, nam eo caſu ſecundùm te
ſtamẽtum non tolleret primum ipſo
inquam iure, fiſcus tamẽ aufert hære-
ditatẽ ab hæredibus capacibus in pri-
mo teſtamento ſcriptis, remanẽtibus
validis legatis in eo relictis alijs perſo-
nis. Tex. eſt ſummè notãdus in l.cum
quidam.ff.de hisqui. vt indig. in cuius
part. vltima ſubijcitur, Quòd etiã va-
let prælegatũ factum vni ex pluribus
hæredibus ſcriptis in primo teſtamen
to, q; vtiq; eſt valde not. ad melioratio
nes hodiernas, ſi hodie in tali primo
teſtamento fierent vni, vel pluribus
hęredibus ibi ſcriptis. Item habeo pro
ſingu. quò i ibi conſideretur pars hæ-
reditaria quã hæres habet in tali præ-
legato, ſed totum pręlegatum vno &
eodem iure. ſ. legati particularis cẽſea
tur, & hæres illud totum cõſequatur
præcipuum.

Huius fallẽ declaratio et ſubdeclaratio.

Ad melioratiões hodiernas.

Singu. not.

Quintò fallit, vbi ſecũdum teſtamẽ
tum eſſet nullum aut inualidum præ
teritione filij in poteſtate patris eiuſ-
dẽq; teſtantis cõſtituti. l.ſi filius qui in
poteſtate. s. de lib.& poſthu.& idem ſi
quacunq; alia ratione teſtamentũ eſ-
ſet, vel nullum, vel inualidũ, vt in pre-
allegato.§.poſteriore, inſti.quib.mod.
teſt.infir.& etiã ſi in eodem teſtamen
to inualido expreſsè reuocaretur pri-
mum teſtamentum vt tenet Iaſ. pon-
derãs in id verba Bar. ibi, in l. planè.1.
in prin.5.not. s. tit.1. ſed iſtud vltra eũ
manifeſtius ſuadetur ex his quæ. s. in
ampliatione.16.fuerunt tradita. Si ta-
men in tali ſecundo teſtamẽto fuiſſet
appoſita clauſula codicillaris, illa ope
raretur vt hæres in primo teſtamento
ſcriptus cẽſeretur per eam rogatus re
ſtituere hæreditatem hæredi in ſcđo
teſtamẽto ſcripto. l.ſi quis, cum teſta-
mentum nullum. s. de iure codi.& tra
dit Barto. in l.1.q.1.eod.tit. & Vital. in
clauſulario, Char.2. colũ.3. eiuſdem.

Huius fallentiæ ampliatio, & ſubampliatio.

Præfatè fallentiæ declaratio.

Cc 4 Ante

quos ſe habiturum ſuſpicabatur,& in caſum nõ natiuitatis eorũ, diſponent ſe velle ad primum reuerti,ꝙ iſtud nõ poſſet facere,cum non poſſet decedere cum duobus teſtamentis. Sed profectò nõ in hoc ſtat aliqua ſpecialitas, aut priuilegium militis in caſu ſæpè allegatæ.l.Centurio, quod apertiſsimè liquet, quia ibi in vtrunq; euentum.ſ. naſciturorum, vel non naſciturorum liberorum ſecundùm veram literam, quam vt dixi ipſe tenet,teſtator volebat decedere cum vno ſolo teſtamento,imò vis illius deciſionis ſtat potius in alio, ſcilicet, quòd miles ibi poteſt facere validum primum teſtamẽtum ſola,& ſimp.ipſius cõfirmatione, tam directo,quàm per fideicommiſſum ſi maluerit, hoc vel illud,vt in prædicta l.quęrebatur in princ.ſed paganus nõ poteſt id facere,vt ſcilicet,primum valeat iure directo,ſed tantum iure fideicommiſſi. Dum tamen hoc expreſsè diſponat,vt in dict.l. poſthumus. §. ſi Paganus de iniuſto rupt.ſ̃.ſæpius allegato, qui in ſuo caſu non eſt alibi, ſecundùm Paul.de Caſtr.ibi,& Ioan.de Imo.in l.filio præterito,col. 26.eod.titu. *Si* itaq; in prædicto caſu.ſ̃. explicato, prædictæ.l. Centurio. teſtator paganus dixiſſet, quòd non æditis poſthumis quos ſecundo teſtamento hęredes fecerat,volebat redire ad primũ teſtamẽtum,nihilo addito, ſeu dicto, & tali caſu primum teſtamentum maneret irritum. Si autẽ teſtator progrederetur vlterius & diceret, ꝙ diſpoſitio valeret iure fideicõmiſſi, vel omni meliore modo, &c. vel appoſuiſſet aliam clauſulã æquipollentem codicillari clauſulæ, tũc irritato ſecũdo teſtamento,ex euẽtu cõditionis.i. ob liberos nõ natos, ſucceſſores ab inteſtato tenerentur ex cauſa fideicõmiſſi adimplere oĩa in primo teſtamẽto contenta,reſtituẽdo hæreditatem detracta.4.Trebel.hæredi ſcripto in primo, & ſoluẽdo legata & cætera, alia in eo relicta,alijs perſonis.Et per hæc, remanet ꝑfectè, & adamuſſim enucleatus & reſolutus intellectus dict.l. Centurio,Et reſultat primum,ꝙ ibi relicta in ſecũdo teſtamẽto non cẽſetur repetita ab inſtituto in primo,cũ non fuerit ſubſtitutus & ſic ſunt irrita,ſcđm ꝙ poſthumis,in caſu illiꝰ.l.natis & repudiãtibus ex ſcđo teſtamẽto, vtpotè defecta cõditione,inſtitutus in primo non admittitur eadẽ ratione,quia non eſt ſubſtitutus, ſed vtrũq; teſtamentum corruit,& his duobus punctis conſtat reſolutio textualis illius legis.

Taxatur Rapha. Cuma.

Atten.

Tex.non alibi.

Productio caſus eiuſdẽ. l. Centurio ad text.pagani.

Reſolutio text. ꝑ duos caſus.

Septimo fallit,Quãdo in ſcđo teſtamento poſita fuiſſet cauſa falſa, ſuper qua teſtator feciſſet fundamẽtum cõfectionis ipſius teſtamẽti, cũ reuocatiõe primi,nã eo caſu primũ teſtamẽtum nõ tollitur,text. eſt ſingu.& non alibi in ſuo caſu,in.l.vlt.ſ̃.de hęre.inſt. ſcđm Bar.Bal.& alios Doct.ibi,attamẽ reſeruãtur legata ſalua, quæ in ſcđo teſtamento fuerãt relicta, vt ibi text.decidit, in vltimis verbis.cui concinit.l. 21.tit.1.6.part. Sed hoc vltimũ intelligi,& verificari debet,dummodo eiuſmodi legata non ſint exceſſiua. i. ꝙ ſi inſtitutus in primo teſtamẽto ſit talis cui de iure debeat̃ legitima, putà deſcendẽs, vel aſcendens, legata ſecũdo teſtamẽto relicta non trãſcendant, valorẽ partis đ qua põt fieri melioratio, ſalua manẽte legitima reſpectiuè,ſumpta,vt ſi ſint deſcẽdẽtes,ſit maior pars, ſi aſcendentes minor, ſcđm.l.6. Tau. aliàs quatenus talia legata relicta in ſecũdo teſtamento inualido,effecto ratione falſæ cauſæ ſuper qua fuit fundatum,tãgerent præiuditium legitimæ inſtituti in primo teſtamẽto,eſſent inualida.Idem prope à paritate rationis dicendum eſt ſi inſtitutus in primo teſtamento eſſet extraneus, & legata

Atten. ad l. fi.ſuprà đ hęre.inſti.

ſecundo



ſecũdo teſtamento relicta,in quo etiã alius extraneus eſſet inſtitutꝰ excederẽt dodrãtẽ & ſic tres partes ſeu nouẽ vncias totius hæreditatis,& ſic minuerent quartam iure inſtitutionis,debitam hæredi ſcripto in primo tęſtamẽto,nam eatenus eſſent per l.falci. Reſęcanda, quatenus dodrantem hæreditatis excederent, per id quod tenet Bart.in l.demõſtratio. §. quod autem. col.pen.ad medium.j̃.de condi.& demõſt.quẽ etiã vide in ead.l.fi.de hęre. inſti.& licet verba Barto.in d. §.quod autem,ſonent aliter, tamen debẽt intelligi vt dixi,non ꝙ legata in vniuerſum ſint nulla, ſed ſolum eatenus quatenus excedunt, tamen in hoc puncto ſubſiſto,& deliberãdum relinquo, nam ſi id procedit, talis falſa cauſa,nihil nocumenti, vel operationis afferret,cum & ſi non eſſet appoſita,idem iuris eſſet, Qua de re libentius amplecterer declarationem Barto. in dict.§. quod autẽ,generaliter ſumptã ꝙ imò talia legata in nihilo valerent, ſubintelligendo vt per eundem Bart. in eadem l.vlti.ꝙ falſitas illius cauſæ nõ ſolum concerneret inſtitutionem,& eidem coheſiſſet, ſed etiam coheſiſſet ipſiſmet legatis, ſi itaq; iſta duo concurrant,ſcilicet, ꝙ falſa cauſa per teſtatorẽ in præfatione ſecundi teſtamenti expreſſa eſſet adiecta inſtitutioni, & etiam legatis.Item ꝙ legata eſſent magna & exceſſiua, tunc viciarentur in vniuerſum, vt inquit,Bart.in dict.l. fi.verſi,quæ eſt ratio,ſecus ſi falſa cauſa non coheſiſſet niſi ſoli inſtitutioni, nam eo caſu procederet quod eſt prædictum. Et hoc puto tenend. ſub ampliore deliberatione. Quod autẽ in ſæpè allegata. l. fi. comprobata per prędictam l.part.cauſa in qua teſtator fundauit ſeipſum pro faciendo ſecundum teſtamẽtum poſt primum, dum dixit,[quia hæredes quos volui habere,non potui contingere,&c.] fuerit finalis,colligitur potiſſimũ ibi.(ſecundum omnes doct.j̃.proximè referendos)quia illa cauſa fuit appoſita in pręfatione,ſecundi teſtamenti, vt ibi dicit tex.quem etiam expendit glo. ibi, in parte modus ad finem, dũ inquit, Quòd teſtator ibi non fuiſſet aliàs facturus ſecundum teſtamentum, neque relicturus hæreditatem, hæredibus ſecundo teſtamento ſcriptis, niſi rumor ille, quòd hæres in priore teſtamento ſcriptus fuiſſet occiſus, poſt confeſſionem primi teſtamẽti ſuperueniſſet. & ſic volunt glo.& docto. ꝙ illa fuiſſet aliàs fuerit cauſa fina. qua ab ipſo principio falſa exiſtẽte, vel deficiente, diſpoſitio quæ illa innititur funditus corruit,vt in l.cum tale.§.falſam cauſam,primo iuncta glo. pen. in princ. j̃. de condit. & demonſtr.talis quippè cauſa fina. qua non præſupoſita teſtator non eſſet aliàs diſpoſiturus dicitur coherere diſpoſitioni,vt ob eius defectum, ac ceſſationem diſpoſitio deficiat, vt probatur ibi, & declarat ibidem Pau.de Caſt.& in l.1. C de falſa cauſa adiecta lega. poſt Cy. Bart. Bal.& Ange. ibi vnde ſolet illa l.fi.paſſim ab omnibus tam legẽtibus, quam conſulentibus, necnon ſcribentibus, & patrocinãtibus, allegari, Quòd præfationes cauſales quæ præponuntur diſpoſitionibus ſiue legalibus, ſiue ſtatutarijs, ſiue teſtamẽtarijs, ſiue etiam codicillaribus, deſignant cauſam diſpoſitionis finalẽ, ad quod eſt ibi melior text.iuris ſecundum Bart. & commendat eum Bald.in l.in ciuile.ſ̃.de.ll. & in eadem l.fi.& in proœmio.C.§.1. alias.§.quibus ad idem videtur tex. in l.cum hi. §.eam tamen trãſactionem. ff.de tranſactio. & in cap. Ex multa.§. aliàs,verſiculo ſecundo, requiſiſti, de voto. aliàs remiſſ. tradit etiam Iaſ.in l. ita ſtipulatus. col.pen.ff.de verb.obli.

Declarantur verba Bar.& melius ſtatim.infrà ꝓximę,vt vtrũq; poſsit procedere.

Ad eandem l. fin.

& Dec.

& Det.in l.1.primo notab.ff.ſi cert.pe
tat.& Hippo.de Marſi.conſi.19.col.4.
83 num.5.volu.1. † & non ſolum id pro-
cedit in vltimis volũtatibus, ſed etiã
vt dixi, in alijs diſpoſitionibus, vt in
præfatis allegatiõibus promiſcuè tra-
ditur, vt.ſ. exemplificando tetigi, &
probatur in l.Titia §.idẽ reſpon. ff. de
verb.obl.& in l.1.in prin. ff. ad Mace-
do.de qua re, tradit etiam plura And.
Barb.in c.cũ in officijs.2. not.de teſta.
& cõſi.20.1.2.col.volu.2.& conſil.64.
col.itidẽ.1.2.lib.4.& cõſi.34.col.3.vo-
lu.1. & Iaſ.in prænotato. §. eam tñ. 3.
84 notab.† & aduertẽdum, ꝙ non abs re,
in allegatione cõi, & quotidiana q̃. ſ.
retuli, de dicta l.fi.dixi (præfatiões cau
ſales) ad deſignandũ, ꝙ allegatio gene
ralis, quę ſolet fieri de l.illa per aliquos
tam voce tenus.q̃ in ſcriptis, videlicet
ꝙ præfationes diſpoſitionũ oſtẽdunt
cauſam finalẽ earum, nõ eſt perfecta,
nã non oẽs ſunt eiuſmodi, ſed ille dũ-
taxat, quæ ſunt cauſales & ſic funda-
tę, in cauſa expreſſa, ille. n. ſunt, quæ
deſignãt, vel probãt finalem cauſam
diſpoſitionis, ſicq; in dubio talis cauſa
expreſſa in eiuſmodi proœmijs, non
cenſetur impulſiua.ſ.finalis, & conſe-
quẽter cẽſetur coherere, diſpoſitioni
cui pręponitur, & hanc declarationẽ,
peroportunã quidẽ, quæ fieri aſſolet
de d.l.fi.ponit Bald.in l.1.col.3. C. de
falci.adiecta.leg.ſ.citata, verſi. opp.de
l.ſi pater, &c.vbi formaliter [inquit, &
not.ꝙ cauſa finalis, probatur interdũ
per proœmiũ, in quo ponitur dictio.
Quia, cauſalis, l.fi.ff.de hære.inſtit.] &
ſic Bal.ibi expreſſe tenet idẽ quod diu
anteq̃ eum viderẽ pũctu auerã, & pla-
cuit admodum mihi illud inuenire.
Hanc aũt doctrinam generalẽ ex l.il-
la elicitam reſtringit eleganter idem
Bal.in l.1.in prin.ff.de origi.iu.proce-
dere, vbi in quodlibet caſu incluſo
ſub tali diſpoſitione eſt eadem ratio,

Aduertentia not. ad allegationem cõmunem, quę ſolet fieri de ead.l.fin. de hære.inſti.

Verba Bald. formalia.

aliàs talis cauſa expreſſa cẽſeretur im
pulſiua, vt in Caia affrania, đ qua loqt̃
l.1.§.Sextũ. ff. de poſtulan.licèt litera
ibi in codicibus inemẽdatis habeatur
calphurnia, ſed minus rectè. Scđo ea-
dem regula & cõis Theorica ſiue alle
gatio deſumpta ex ead.l.fi.intelligen-
da eſt, niſi tales præfationes ſic. i. cau-
ſaliter expreſſæ exprimerẽtur gratia
frequẽtioris contingentiæ & illius in
tuitu expreſſo, quo caſu non põt dici
ſeu cõſiderari, ꝙ cauſa illa ſit final. ſed
potius impulſiua, per id quod gl. vult
in optimo ſimili, in l.2.§. extraneum,
in parte filio, in prin. quam ibi Iaſ.not.
ſ.de vulga.& pupi.ad id ꝙ licèt ablati
ui abſoluti, regulariter inducãt condi
tionem l.à teſtatore, Cum ſi.J.de con.
& demonſt.tamen illud procedit niſi
proferãtur gratia, vel intuitu frequen
tioris contingentiæ, tũc enim condi-
tionem minimè importãt, ſed ita eſt,
(vt eã rem, ad noſtrã inducam) Quòd
conditiones ſuapte natura in dubio
deſignant, vel importãt finalem cau-
ſam.glo.ordi.in l.3. ff. de donat.quam
Bart.legit & ſequitur ſub.§. fi. legis ſe-
cundæ præced. Modò ita etiã eſt, ꝙ ſi
expreſſio quæ fit gratia frequentioris
ac magis aſſiduæ contingentiæ, eſt
in cauſa ꝙ id quod aliàs inducit cõdi-
tionem, prout ſunt ablatiui abſoluti,
eam non inducat, ergo pari ratione,
cauſa quę eodẽ modo, ideſt, ob frequẽ
tem contingentiam in proœmio, vel
præfatione diſpoſitionis exprimitur
non poteſt importare cauſam finalẽ,
ſed impulſiuam. Nam id quod impe-
dit conditionem induci, quæ (vt eſt di
ctum) inducit regulariter, & in dubio
finalẽ cauſam, illud idẽ dicẽdum im-
pedire, ne cauſa expreſſa cẽſeatur cau
ſa final.ſed tantum impulſiua, & iſtud
eſt.Signãter notandũ ad multa proœ
mia.ll.Tau.& aliarũ huius regni. ſor-
dinamẽti regij, quæ inchoãt. [Porque
muchas

Secunda aduertẽtia, ſeu declaratio reſtrictiua prædictę cõis allegationis đ ead.l.fi.



Notandũ ad multa proœmio.ll.Tau.

muchas vezes acaeſce, &c.] Nam illa
proœmia non importãt finalem cau-
ſam, ſed (vt dixi) tãtum impulſiuã, per
id quod eſt.ſ.traditũ. Tene iſtud cor-
di, quia fortaſsis alibi non inuenies de
ciſum in præfatis terminis.

Alia aduertẽtia, circa aliã allegatiõem quæ ſolet fieri de ea. l. fi.

Hîc ſiſte parũ Lector cãdide, & ca-
uero, ꝙ allegatio.ſ.ſæpè memorata de
d.l.fi.ꝙ prefatiões quarũcunq; diſpoſi
tionũ qñ ſunt cauſales.i.fũdatę in cau
ſis expreſſis ꝑ diſponẽtem ſimpliciter
inquã, & nõ habita relatiõe, ad cõtin
gentiam frequẽtiorem, ſed abſolutè
inducũt cauſam finalem earũ diſpoſi-
tionũ, quibus præponũtur, eſt diuerſa
& differens ab alia allegatione quæ ſo
let fieri ꝑ alios đ ead.l.fi.videlicet mẽ-
tẽ, & volũtatem defuncti, vel alterius
diſponẽtis ex proœmio diſpoſitionis,
maximè colligi.nam iſtud nõ probat
ex illa.l.fi.ſed ex l.Item quia.§.fi. ff.de
pact.& l.Titia.§.idẽ reſpon.ff.de verb.
oblig.vbi Bar.& alij doct.poſt eum de
hac re tradũt, & ſunt etiã alia iura al-
legata per Andr.Tiraq. in idẽ, in opu-
ſculo cauſa ceſsãte.fol.196.nu. 65. vbi
eſt vidẽdum cum nu. præced. in quo
ponit nõnullas aliàs remiſsiones vltra
præcedẽtes quas.ſ.poſui ad eandẽ l.fi.
ſ.de hęre.inſti.diſtinguẽdo & ſeparan
do cõem allegationẽ illius.l.quã.ſ. re-
tuli, ab iſta vltima allegatione circa q̃.
ſ.proximæ monui eſſe multũ & ſum-
mopere cauendum, & in hoc Tyraq.
vbi.ſ. pertinenter, & appoſitè loquit,
ideò nolui id prætermittere. Et profe-
ctò multis retro annis antequã ille tra
ctatus publicaretur, ſæpius admonui
auditores meos ne deciperẽtur in cõ-
fundendo præfatas ambas allegatio-
nes, illius l.fi. & aliarũ legum.ſ. allega-
tarum, prout paſſim, & perperã non-
nulli docẽtes in hac vniuerſitate con-
fundebant, vel per inaduertentiam,
vel alijs de cauſis.

Octauò fallit, Quãdo primum teſta
mentũ eſſet confectũ inter ſolos libe-
ros, quia licèt fuerit factũ ſimpliciter,
ideſt, ſine derogatione ad ſequens te-
ſtamẽtum, non tñ tolleretur illud pri
mũ, niſi facta fuiſſet derogatio ſpecia-
lis eiuſdem in ſcđo, in ſcriptis, aut ſine
ſcriptis per patrẽ facto. Tex.not.in au
85 then.hoc inter liberos.C.de teſta.† &
l.22.tit.1.6. part. quæ eſt ſupplẽda per
literam illius authẽticæ, vt potè imper
fecta. Si verò primũ teſtamẽtum fuiſ-
ſet cõditum inter extraneos, vel inter
liberos admixta ꝑſona extranea (Quo
caſu nõ põt dici ſimpliciter, & abſolu-
tè teſtamentum inter liberos, vt in.§.
ex imperfecto, præcedẽte illam authẽ
ticã) & haberet expreſſam clauſulam
derogatoriã, & ſecũdum teſtamẽtum
fieret inter ſolos liberos. abſq; clauſu-
la derogatoria tale ſecũdum teſtamẽ-
tum nõ tolleret primũ, quia non repe
ritur iure cautũ, ꝙ teſtamẽtum inter
liberos ſimpliciter.i.ſine clauſula dero
gatoria tollat primũ, cum ea cõfectũ,
ſecundũ Soci.in d.§.in legatis. pe.col.
verſi. Quinto infertur, ante fi. Quod
eſt memorabile & valde ſignãdum in
materia illius auct. Hoc inter liberos.

Nonò fallit, Quãdo ſecũdum teſta-
mentum etiã inter ſolos liberos cõdi-
tum eſſet defectiuũ, in ſolẽnitate rogi
tus teſtiũ vel notarij, quia tale ſcđm te
ſtamẽtum non tollit præcedens teſta
mentũ, inter extraneos cũ liberis ad-
mixtos, cõditum, ſcđm Iaſ.ita conclu-
dẽtem conſil.68.Viſo themate, libr.1.
pòſt Ludo de Ro.cõſil.306.ibi citato.
Et quãuis Iaſ. ibi not. loquatur, tñ ca-
uẽdum eſt, ꝙ lõgè diſtat deciſio Ro. à
deciſione Iaſ.in prædict.cõſil.quam.ſ.
proximè retuli, cum Ro. nõ loquatur
in teſtamento cõdito inter filios aliàs
liberos, ſed inter alios veniẽtes ab in-
teſtato, quapropter nõ pono pro con-
ſtanti, imò valde dubito de deciſione
Iaſ.quam.ſ.retuli, deliberãdum ergo
circa

Lex.22.tit.1 par.6.ſupplẽda eſt per authen.hoc inter liberos. C.de teſt. vt poteſtate imperfectæ dictata.

Not. ad authẽ. Hoc inter liberos.

Cauendum

circa eam,erit,quũ caſus occurrerit.
86 Decimo fallit,† in caſu vbi reperirẽ
tur duo teſtamenta ab eodẽ teſtatore
cõfecta, & tñ non poſſet apparere de
prioritate,vel poſterioritate vnius ad
aliud,ſeu inter vnũ, & aliud nã ob ta-
lem omnimodã incertitudinẽ,illa te-
ſtamẽta ſeſe inuicem colliderẽt, & ſic
fierẽt inita ac nullius momẽti, glo. eſt
ordi.in l.fi.verſi. Miſſus.in vlti. opi.C.
de edicto D.Adr.tollẽ.& alia eidẽ cõſi
milis,in l.Eum ꝗ duobus.§.1.ff.de ac-
quir.hære.& alia itidem ſimilis in l.1.
§.non aũt.j.de bono. poſſ. ſcđm tabu.
alia in l.ſi duas.§.1.s̃.de execu.tut. alia
in l.cum proponatis.C.de codi.quam
opi.dicit Albe.cõiter approbari in d.l.
fi.& in.d.§.non aũt,aliàs in princ.eiuſ-
dẽ. l. & Petr.de Anch.in.c.duobus de
reſcriptis,lib. 6. & eam ſub diſtinctio-
ne ſequitur Bar.in d.§.non aũt qui vi-
dẽdus erit in l.Gallus.§. quidã rectè.s̃.
de libe.& poſt.& Bal.in l.de rebus.C.
de dona.ante nupt.& in cap.c.ſanctæ
Crucis,col.1.de reſcriptis quã gloſſa-
rum concluſionem tripliciter limitat
Ange.de Are.in.§. vlti.inſti.de adẽpt.
legat. Hæc, quod ad ius cõe attinet.
Quod verò ad ius iſtius reg. attinet
De intellectu l.par.fuſiſsime.
lex.3.ti.14.part.6. ad fi. videtur primo
intuitu approbare, præcedẽtem opi.
ideſt,ante vltimã per glo.illam recita-
tam in. d.l.fi.in parte Miſſus. s̃. allega.
ſicq́; videtur velle lex illa part. Quoad
ſonum inq̃ verborũ accepta,ꝙ omni-
modo dubio ſubſiſtente quoad priori
tatem, vel poſteritatẽ teſtamẽtorum
adinuicem, vterque hæres ſcriptus in
quodlibet eorum teſtamẽtorum mit-
tendus ſit in poſſeſſionem. Et certè ſi
quiſquã oſcitanter, illius legis partit.
contexturam inſpiciat,prout nonnul
li quondam,inſpiciebãt, & adhuc in-
ſpiciunt,videtur (vt prædixi) velle ap-
probare primam glo.opinionẽ in.d.l.
fi. ſed profecto non parũ ſubeſſet in-
conuenientis eam ita intelligere,con
tra mentem Accur.qui vt plurimum,
in dubio, aſſentitur vltimæ opinioni,
prout eſt regulare inter gloſſas, & cõ-
mentarios vtriuſq́; iuris, & etiam in-
ter ipſos Iuriſcõſultos. & aduerſus tot
doct.illuſtres prædictã opi.glo.vltimã
approbãtem,ſaltem ſub diſtinctiõe,
præſertim quia illæ leges parti.vt plu-
Ad.ll.Par.in vniuerſum.
rimũ,cõcinnũt iuri cõi,vel gloſſema-
tarijs ꝗ iure cõi, nitũtur,& hac princi
pali cõſideratione,& motiuo fuerunt
cõditæ iuſſu Regis Alphõſi decimi,vt
ius cõe vulgarizarent,& Hiſpanis ſer-
monis Latini inexpertib⁹ eo calamito
ſo tẽpore,intelligibile redderẽt. vt ex
earundem legũ præfatione apparet.
Quãobrem aliàs interpretãdo non ſe
mel prędictas.ll.videlicet fina.& eum
qui duob⁹.§.1.ſolitus ſum alio modo.
Legem illam part. intelligere, in vlti-
mis verbis quæ iſto caſu ingerunt dif-
ficultatem,& ſub quibus latet anguis,
Quatenus formalitèr inquiunt, [E ſi
De intelle. prædicte. l. part. 3. titu. 14.in.6.par.
ambos moſtraren q̃ han ygual dere-
cho en los bienes del finado, ambos
deuen ſer metidos en poſſeſsion de
ellos ygualmẽte,] Quæ verba debent
intelligi de iure æquali, alio inquã iu-
re diuerſo & ſeparto à iure æqualitatis
ſeu paritatis duorũ teſtamẽtorum, eo
dem tẽpore cõfectorum, vt putà, ꝙ in
vtroq́; teſtamẽto fuerint inſtituti, di-
uerſi ſucceſſores ab inteſtato, pares
gradu,& qui pariformiter attinebant
defuncto quoad ſucceſſionẽ, vel ſuc-
cedẽdum ab inteſtato, vel ſi vtroq́; te
ſtamẽto fuerint extranei inſtituti in
vtroq́; teſtamẽto, ambo tamen ſimul
ac ſemel,apprehenderint poſſeſſionẽ
rerum hæreditatis ſicq́; dignoſci non
poteſt quis prius, aut poſterius, eam
fuerit adeptus, His nãq́; & ſimilibus
caſibus vbi ambo hæredes ſcripti in
vtroq́; teſtamento prætendunt,extra
cauſam eorundẽ teſtamẽtorũ ſeſe de-
bere



bere immitti,in poſſeſsionẽ.1.opi. re-
lata in gl.prædicta.l.fi. in verſi.miſſus,
quæ vult vtrũq́; hæredem eſſe immi-
tendũ, pōt teneri & in hiſdẽ terminis
videt̃ loqui lex partit. ſuperius citata.
Quod apparet, quia ante illa verba vl
tima.s̃.memorata,dicit iſta verba for-
malia.[E el q̃ moſtrare q̃ ha mayor de
recho en la hæredad.&c.] & ſic verba
illa pœnitus introſpecta innuũt qđ di
xi, ꝗa loquũtur propriè extra cauſam
ipſorũ teſtatorũ inuicẽ pugnantium,
quæ cũ appareãt eodem tẽpore fuiſſe
confecta, non pōt tractari de ordine,
vel præcedẽtia inter illa, & cõſequen
ter neq́; de potiori iure vnius hęredis
cõtra aliũ,nam ſola ipſa teſtamẽta, de
quorum prioritate, vel poſterioritate
non liquet, neq́; pōt liquere,ob eorũ
vno & eodem tẽpore concurrẽtiam
nõ poſsũt tribuere ius aliquod, alicui
ex hæredibus in eiſdẽ deſcriptis, neq́;
cõiunctim, neq́; ſeparatim, cum inter
illa teſtamẽta, ſit vel ſubſit quædã per
plexitas mutua,& intollerabilis repu-
gnãtia, ob id ꝙ neutrum eorũ reperi-
tur poſtremũ, in qua poſteritate ſtat
vis & efficatia ipſius vltimæ volunta-
tis,cũ duo teſtamẽta ab eodem teſta-
tore nõ milite confici nequeãt,& cõ-
ſequenter ius aliquod, alicui ex hære-
dibus in eo ſcriptis, nõ poſsint tribue-
re,vt in ſæpè allegata.l.poſth.§.ſi Paga
nus.s̃.de iniuſto rupt.irri.&c. ſicq́; cõ-
ſequens eſt, vt inuicẽ,& viciſsim, ſeſe
collidant,& euertãt. Argum. ſumpto
à fortiori ex.l.vbi repugnãtia.ff. de re-
Ad l. vbi repugnantia.
gu.iur.à fortiori inq̃. Nam ſi ob repu-
gnantiam inſolubilem,eodẽ teſtamẽ
to contẽtam,ipſius teſtamenti nulli-
tas inducitur, à fortiori ergo qñ ſub-
eſt talis repugnãtia, quæ non ſinit te-
ſtamẽtum habere ſubſiſtentiam, ſiue
exiſtentiã,quinimo neq́; nomẽ teſta-
menti,prout eſt in caſu monſtroſo(vt
ſic dicã) vbi æquanimiter,& abſq́; vlla
præcedẽtia,& ſubſequẽtia ambo con-
currũt,ſic itaq́; verba illa.l.part. [Que
han ygual derecho en los bienes.] nõ
poſſunt, ſi quis perſpicaciter introſpi-
ciat,verificari, qñ hæredes niterentur
ſolũmodo ex ipſis teſtamẽtis ſibi inui
cem incõpatibilibus,quod eſt eo ipſo,
ꝙ de prioritate, vel poſterioritate al-
terutrius eorum liquere no pōt. Nam
quonãmodo, rogo pōt conſiderari ꝙ
ex duobus teſtamẽtis præfatis omni-
no incõpatibilibus & inuicẽ repugnã
tibus tribuatur, vel competat hæredi-
bus in eis ſcriptis ius æquale,cum neu
trum eorũ teſtamẽtorum poſsit ſepa-
ratim ius aliquod alicui eorũ tribuen.
ob ipſorum euidẽtem nullitatem, ex
eorũ mutua,ſeu reciproca concurren
tia inſurgẽtem, ſi enim nullũ ius pręſu
ponitur ſeparatim,ergo non eſt conſi
derabile duplex coniũctim, vel æqua
87 le inter ipſos hæredes, † nam qualitas
ſeu accidẽs,nõ pōt abſq́; ſubiecto ſub-
ſiſtere, quæ eſt regula Phyloſophica
ſeu naturalis,ſup qua, velut ſup cardi-
ne,quãplures.ll.voluũtur.l.2. vbi Bar.
Bal.& Alber. ff.de vſufr.cũ multis alijs
cõplicibus traditis per Iaſ. Dec.& mo-
der.in l. eius ꝗ in prouincia,in textua.
ff. ſi cert.pet.verſic.pen. Et ſic liquido
apparet ꝙ ſi illa.l.part.rectè intelliga-
tur,non loquit̃ in terminis opinionũ
Atten.
per glo.dict.l.fin.recitatarũ. in eadem
l.fi.videlicet neq́; primæ,neq́; ſecũdæ
opi. quæ ambæ opiniones fundantur
ſuper illo themate,ſeu quæſtione per
glo.ibi mota, videlicet quando ambo
inſtituti in utroq́; teſtamẽto nullum
ius ad hæreditatem defuncti teſtato-
ris habebãt extra cauſam ipſorum te-
ſtamẽtorum vt quia erant prorſus ex-
tranei ipſi teſtatori. Cum itaque iure
cõi opinio vltima illius gloſſ. Appro-
betur communiter, tam per alias
gloſſas conſimiles quas ſuprà citaui,
quàm per doctores, ibi. ſ. ꝙ neutrum
illorum

illorum teſtamentorum eandem da-
tam ſonantium valet, & ſic nemo illo
rum hæredum extraneorũ in eis ſcri-
ptorum ad hæreditatem admittatur,
ex quo (vt eſt dictum) nullum aliũde
ius eis competat ad ſuccedendum q̃.
ex hiſdem teſtamentis, quod tamen
adeo latet, quod poteſt dici non com
petere, q̃a paria ſunt, ſcilicet nõ eſſe, &
apparere. l. ruthilia, &. l. in lege. ff. de
contrah. empt. cum igitur ex ipſis te-
ſtamentis, nullum ius eis valeat com-
petere, coniunctim neq; ſeparatim,
patet ꝙ prædicta. l. partite alio loqui-
tur caſu, quàm videtur ſonare primo
tinitu. Coniunctim ſiquidem vtriq;
hæredi eſt impoſsibile, ius aliquod ex
prædictis competere teſtamẽtis, quia
(vt ſuprà fuit ſepe repetitum) teſtator
non miles non poteſt decedere cum
duobus teſtamẽtis. Separatim itidem
minimè, quia non cõſtat quem ex eis,
teſtator prius poſteriusvè, inſtituerit,
& ſic nõ apparet de volũtate vltimata
quæ eſt fundamentũ cardinale (vt di-
xero) ſeu angulare, ſucceſsionis teſta-
mentariæ actiuè & paſsiuè, à qua inq̃.
voluntate extrema, velut apolo Ar-
ctico regitur. Iuuatur iſta intelligen-
tia, ad dict. l. partit. cõiectura optima.
Nam Azo. in ſumma. C. de edendo.
Di. nu. 5. ante glo. acc. prædictam, te-
nuit præfatam vlti. opi. ꝙ neuter illo-
rũ hęredũ ſit mittẽdus in poſſeſsionis
& inde videtur Accurſius extraxiſſe,
prędictam opi. vltimam quam recitat
in prædicta l. fi. nam ibi inter alias le-
ges quas pro ea allegat, citat duas. l.
quas allegat Azon. & præterea addit
alias in argumentum. Modo ita eſt, ꝙ
apud omnes huius regni peritos, plus
quâm manifeſtum eſt, Quòd cõdito-
res. ll. partitarum habent potiſsimum
reſpectum & cõſiderationem ad præ-
dictam ſummam Azo. & vix diſsidẽt
ab ipſius opinionibus, quare nõ eſt ve-

De eadẽ re in confirmationem præfati noui intell. ad eandem. l. par.

Vulgi literatorum huius reg. opin. circa. ll. part.

riſimile prædictã l. per illa duo verba
ba ſuprà recitata voluiſſe corrige præ-
dictam vltimam opinionem quæ fuit
opi. Azo. approbata per omnes glo. iu
ris ci. ſuprà citatas, de ea re loquentes,
& per omnes doct. antiquos qui præ-
ceſſerunt ætate prædictas. ll. part. vide
licet Odof. & alios equales. Et hanc
conſiderationem coniecturalem pu-
tò veriſsimam, quãquam (vt prædixi,
primo intuitu vniuſquiſq; malè deli-
beratus attento ſtrepitu verborum il
lius. l. & eorum apparentia exteriori,
poſſet faciliter circunueniri. Sed me-
miniſſe eos oportet, legis ſcire leges.
ff. de. ll. &. l. non figura literarum, ff. de
actio. & obliga. &. l. 2. in fi. C. commu-
nia de lega. &. c. intelligentia, de ver-
bo. ſigni. Nec non eius quod per ma-
nus omnium profeſſorum tam diui-
88 ni, quàm humani iuris traditur, † Lite
ra occidit, ſpiritus autẽ viuiſicat. ſpiri-
tus inquã, ideſt, intellectus, ſecũdum
Bald. in l. commiſſoriæ. C. de pactis in-
ter emp. & vend. Inſuper prædicta de
claratio quam ſuprà poſui ad. l. partite
eſt de aperta intentione Bart. ſi quis
eum etiam ſemi attente legat. in l. 1.
§. nõ autem. 1. &. 2. limitá. ff. de bono.
poſſeſſ. ſecund tab. vbi omnino videa
tur cum Albe. & Barto. ibi ſpeciatim
citat Ange. Areti. in dict. §. vlti. inſtit.
de ademp. lega. Et redeundo ad ean-
dem concluſionem gloſſ. & ſic ad ius
commune, illa concl. communis de-
bet intelligi reſtringi, & declarari per
text. ſingu. cum glo. ordi. ibi, in dict. l.
1. §. non autem. ff. de bon. poſſe. ſecun
dum tabu. ſuprà citato. in verſi. ſi quis
in duobus. Videlicet, quando ambo
teſtamenta reperiũtur ſcripta in dua-
bus ſcripturis, vel ſi in vnà, tamẽ cum
diuerſis, ſeu duplicatis ſolennitati-
bus, & ſic ſi in diuerſis ſcripturis, quod
libet illorum duorum teſtamẽtorum
habet ſuam debitam & ſeparatam vo
luntatem

Litera occidit ſpiritus autem. i. intellectus viuiſicat.

Redit ad cõcluſionẽ prædictę gl. cõiter approbate iure cõi, & ſecũdum prędictũ nouũ ſenſũ ad eãdem. l. partit. non innouatam per illã.



luntatem de per ſe, vt putà ſigilla di-
uerſa, & teſtes diuerſos, id eſt duplica
ta, & duplicatos, & in numero requiſi
to, & neceſſario, ita quòd & ſi ſint cõ
fecta in diuerſis & ſeparatis ſcripturis
clare pateat vnum teſtamentum eſ-
ſe ab alio diuerſum & ſeparatũ, licet
ſub eadem data & ſine delectu, ſiue di
ſcretione temporis, quia non poteſt
diſcerni, quod prius, quodue poſteri⁹
fuerit confectum & abſolutum (vel ſi
in eadem ſcriptura fuerit factum, aut
in ſcriptura continuata cum appoſi-
tione vnius datę, quod idem eſt & ſic
vtraq; ſcriptura ĩſimul & eodẽ pũcto
& momento fuit abſoluta, per teſta-
torem [Otorgada] hiſpanè dicitur,
tamen præſumatur diuerſum, & ſepa
ratum vnum ab alio, propter duplica
tionẽ ſolẽnitatis, vt inq̃t gl. in d. §. alias
ver. ſi quis in duobus. Nam in his exẽ
plis, & ſi qua ſunt ſimilia loquitur illa
gloſ. in d. l. fin. in vltima opi. ſ. ſæpius
memorata, videlicet, vbi conſtat duo
eſſe diuerſa teſtamenta verè, propter
duplicitatem ſolennitatum, vt in prę
fatis exemplis; & non conſtat inter ta
lia teſtamenta de prioritate, vel poſte
rioritate eorundem. Secus quando
proferrẽtur plures ſcripturę (nam de
vna parua aut nulla eſt dubitatio) cũ
vna & eadem ſolennitate, id eſt cum
ea ſola quæ requiritur pro confectio-
ne vnius duntaxat teſtamenti, in qui
b⁹ duab⁹ ſcripturis eſſent ſcripti duo
hæredes diuerſi, vel vnus bis in ſolidũ,
eis enim caſib⁹ vtrũq; teſtamentũ ha
bẽdũ, & cẽſendũ eſt ꝓ vno. Nã ibi tex.
dicit ad verbũ. [Ex vtroq; cõpetit bo-
norũ poſſeſſio quaſi ex vno, & ꝓ vnis
tabulis habẽdũ eſt, & ſupremũ vtrũq;
accipiemus.] Idq; (ſecundũ gl. ibi cõi-
ter approbatã) propter vnicã ſolẽnita
tẽ, ob quã ambe charte ſi fuerunt plu
res, vel eadem ſi fuit ſola vna, cenſen
tur vel cenſetur vnum teſtamentum

l. patris & filij, vbi glo. & Doct. de hoc
tradunt. ff. de vulga. & pupil. & eſt bo
nus tex. cum glo. 1. quæ citat illã l. pa-
tris, & filij, in l. vt bonorũ. ff. de bo. poſ.
ſecundum tab. quod autẽ ſupra dicit,
aut dictum eſt, de duabus ſcripturis,
ꝙ poſſunt habere vnã & eandẽ ſolen
nitatem, id eſt vnius teſtamenti dun-
taxat, licet diuerſi hæredes ſint in eis
ſcripti, non proſpicio quo pacto id ꝓ-
cedat, vt poſſint oſtendi ſeparatim in
diuerſis chartis, diuerſę hæredum in-
ſtitutiones cũ vna tantũ ſolennitate,
niſi dicam⁹, ꝙ charte ſeu ſcripturę fue
rint continuate aut ſi ſeparatim ſine
continuatione fuerint facte, cum vni
ca ſolennitate, item cũ vna, & eadem
data, teſtator ſpeciatim cauit, ꝙ vole-
bat vnã ſolennitatẽ pro ambabus ſuf-
ficere, nã licet id non poſſit iubere, vt
cenſeãtur plura teſtamenta per l. ne
mo poteſt. ſ. tit. 2. de lega. 1. vtraq; ta-
men ſcriptura pro vno atq; eodem te
ſtamento accipietur, & ita intelligo
quod prædictum eſt de duabus ſcri-
pturis factis cum eadem ſolennitate,
& in eiſdem diuerſis hæredibus ſcri-
ptis. Nunc autem redeo ad reſoluen-
dum apertius intellectum pręfate l.
partitæ, qui eſt, quod in caſu illius, nõ
tractatur de prima, neque de ſecũda
opi. poſitis in prælle gata glo. dicte l.
fin. de quibus. ſ. fuit traditum, videli-
cet quãdo inter vnum hæredem ſcri-
ptum in vno teſtamento, & alterum
in alio teſtamento, vtroque inquam
ſolenni, & de quorum prioritate, aut
poſterioritate minimè conſtat, & ſic
inter vtrunque vertitur quæſtio ſu-
per miſſione in poſſeſſionem, & ta-
men ambo hæredes in præfatis teſta
mentis ſcripti, nullum aliud ius habẽt
extra cauſam teſtamẽtorum, vt quia
ambo ſunt extranei, vel remotiores
conſanguinei ipſi defuncto, eidemq;
teſtatori, alijs ꝓximioribus ſuperſtiti

Redit ad reſoluẽdũ vlti mate intellectũ ſupratraditũ ad eãdẽ l. parti.

bus & intermedijs. Attamen ſi vnus
eſſet extraneus, & alter ſucceſſor ab
inteſtato, iſte præſumeretur vltimo
loco hæres inſtitutus, quemadmodū
ſi vnus eſſet ſucceſſor ab inteſtato ꝓ-
ximior altero, vt tenet Bart. in d. §. nō
autē in. ſ̃. allegata. 2. limita. & Alber.
in princi. eiuſdem l. & his caſibus & ſi
milibus loquitur prędicta l. partitę, in
illis verbis ſupra recitatis. [Y el que
moſtrare q̃ ha mayor derecho. &c.]
Quæ verba adamuſsim adaptantur
ad illos duos caſus. Item adaptantur
ad illum caſum poſitum per Bart. vbi
ſ̃. in prima limita. ad ſecūdam opi. glo.
quam verſamus, qui eſt, quando vnus
hæredum ſcriptorū in illis duobus te
ſtamentis, eodem tempore concur-
rētibus reperiretur in poſſeſsione to-
tius hæreditatis, nam ille præſumere
tur vltimo loco inſtitutus. Sin autē v
terque hæres ſcriptus eſſet æquè con
iunctus, vel æquè proximus teſtatori
.i, eſſet ei in pari gradu, & iure ſucceſ-
ſionis ab inteſtato, tunc haberet lo-
cum prædicta l. partitæ in alio verſic.
principaliori vbi cauetur, quod ambo
hæredes ſcripti in talibus teſtamen-
tis eiuſdem date, & ſignaturæ vel ſub
ſcriptionis mittantur ſimul & promiſ
cuè in poſſeſsione hęreditatis relictæ
per defunctum, mortis tempore, & pa
ri ratione idem eſſet dicendum, ſi cū
iſti hæredes eſſent extranei, vel in pa
ri gradu ſucceſsionis ab inteſtato, ap
prehendiſſent ſimul & ſemel poſſeſ-
ſionem hæreditatis, videlicet, quòd
eſſent manutenendi in illa, nam qui-
bus conceditur vti remedijs adipiſcē
dę poſſeſsiōis, ſcilicet, interdictis quo
rum bonorum, & quorum legatorū
quæ conceduntur hęredibus, & lega
tarijs, à fortiori competit eiſdem re-
medium retinēdę, vt in. §. 1. 2. inſtitu.
de interd. Et licet iſte caſus, ſcilicet,
quando plures conſanguinei exiſten
tes in pari gradu conſaguinitatis, & Atten.
ſic ſucceſsionis ab inteſtato ipſi defun
cto ac teſtatori ſunt inſtituti in duo-
bus teſtamentis eiuſdem datę vel ſi-
gnaturæ clarè non ponatur per Bart.
& Alberi. in dicta l. 1. in princi. neque
in. §. non autem, eiuſdem legis. ff. de
bono. poſſeſ. ſecundum tab. (nam prę
ter eos nullum habeo ſcribentem i-
bi.) Tamē ex rationis identitate, quā
ipſi ibi reddunt ad alium caſum quē
Bart. ibidem poſuit in prima limita-
tione, & eum. ſ̃. retuli in princi. huius
pagin. Satis quam eoſdem Doctores
fuiſſe eiuſdem intentionis in iſto ca-
ſu quo ad id quod. ſ̃. tenui ad l. parti-
tæ in puncto principali, quando am-
bo hæredes eiuſmodi teſtamētis vni⁹
& eiuſdem datę ſcripti prætendunt
æquale ius extra cauſam teſtamento
rum, vt ambo ſint mittendi in poſſeſ-
ſionem bonorū hæreditatis, & quod
de eis loquatur etiam dicta l. partitæ,
in vna ex principalibus deciſionibus
illius, vt. ſ̃. etiam dixi, nequaquam am
bigi poteſt.

Reſtat modo circa vnum dubitare
& quidem ſatis opportunè. Si ex his
duobus inſtitutis in talibus teſtamē-
tis, vnus eſſet extraneus, & alter eſſet
conſanguineus teſtatoris vel alter ex
duobus conſanguineis inſtitutis eſ-
ſet in gradu ꝓximiore teſtatori quā
alius & talis hæres extraneus, vel talis
remotior conſanguineus reperiretur
in poſſeſsione hæreditatis an ob id di
ceretur habere ius potentius alio hę-
rede, ſcilicet, conſanguineo, ſi poſsi-
dēs eſſet hæres extrane⁹, vel ꝓximio-
re, ſi cōſanguineus remot⁹ hæres ſcri-
ptus iam cœpiſſet poſſeſsionem, vt ſic
eſſet alteri præferendus, & an hoc ca
ſu verificaretur etiam prædicta l. par-
titæ, in illa deciſiōe poſita in illo verſi
culo. [Y el que moſtrare que ha ma-
yor derecho en la heredad. &c.] Qui

Dubitatio [..]rctanda v[l]-
[..]ra docto. in
[..]ocis ſupra-
[..]ſcriptis.





Deciſio du-
bii ſupra mo
ti.

verſus (vt eſt iam dictum) exemplifi-
catur in illis duobus caſibus poſitis ꝑ
Bart. in dicto. §. nō autem. 1. 2. limita.
Et in iſto dubio puto dicendum, talē
apprehenſionem poſſeſsionis nō tri-
buere ipſi apprehendenti aliud ius,
neque maius, quā ipſe habeat ex te-
ſtamento, & ſic quod eo prætextu nō
præferatur alteri hæredi, in alio teſta
mento in eiuſdem datę ſcripto, qui-
quidem hęres demptis, ſeu circunſcri
ptis teſtamentis præferretur ei in ſuc
ceſſione, vt quando iſte apprehen-
dens poſſeſsionem erat extraneus, &
alius erat ſucceſſor ab inteſtato, vel ſi
vnus erat conſanguineus, qui poſſeſ.
apprehendit, erat remotior altero hę
rede etiam cōſanguineo, propinquio
re tamen ipſi teſtatori, vt ſupra exem Atten.
plificaui. Ad quod tenendum mo-
ueor primò, quia talis profeſsio eſt abſ
que titulo, quum teſtamentum om-
ninò ambiguum propter concurren
tiam mutuam & prorſus obſcuram
alterius teſtamenti, non ſit propriè,
neque poſsit dici teſtamentum per
ea quę ſupra dicta ſunt tenendo com
munes opinones gloſſarū & Docto-
rum. Sicq; tale teſtamentum, non
poteſt tribuere cauſam vel titulum ta
li hæredi, vt eius prætextu poſsit prę
tendere, ſe obtinere potius ius, quam
alius hæres ſcriptus in alio teſtamen-
to eiuſdem datę, & ſic incompatibili
cum iſto, & conſequenter ſub præte-
xtu vel colore talis poſſeſsionis præ-
tenſę, que potius dici poteſt inuaſio,
vel nuda & ſimplex detētatio, talis ap
prehendens non poteſt ſe iuuare cō-
tra alium hæredem (quādo inter eos
extra cauſam teſtamentorum cæte-
ra omnia ſunt paria) vt ei præferatur
quoad articulum poſſeſsionis, vel poſ
ſeſſorium, vt ſupra ſępè eſt dictum, &
declaratum poſt Bart. & Alberi. in lo
co ſupracitato, idque eſt de aperta in
tentione iurium volentium, quod in
dubijs poſſeſsio iuuat poſsidentem,
& regulariter eius cauſa eſt potior,
quam non poſſeſſoris omnibus hinc
inde exiſtentibus, paribus non aliter.
§. commodum, inſti. de interdictis. ca
pit. inter dilectos. ad finem, de fide in
ſtrumentorum. Et tradit Bart. in l. ſi
duo, ad finem princip. verſiculo. ſed ſi
nullus. ff. vti poſsi cum multis concor
dantijs adglomeratis per Tyraquel.
in opere primige. fol. 312. numero. 7.
vbi referendo Doctores complures,
dicit iſta verba. [Sintque omnia vn-
dique paria. &c.] Et ita in his termi-
nis etiā allegat etiā Bart. in ſæpe cita-
to. §. Non autem l. primę. ff. de bono-
rum poſſeſ. ſecundum tabu. Ioan. Frā-
ciſcus à Ripa, in cap. ſæpè poſt princi.
verſiculo, ſecundum commodū poſ-
ſeſsionis, de reſtitu. ſpol. vbi ponit. 12.
commoda poſſeſsionis. Sed plura re-
citat Andre. Tyraquell. in loco infrà
ꝓximè allegādo. Et plurima poſſunt
deſſumi ex effectib⁹ poſſeſsiōis quos
habeo collectos, & deſcriptos, in meo
memoriali peculiari ac priuato, quos
deſſumpſi, & coaceruaui ex varijs iu-
ris locis. Dum ſemel, bis, & iterum in
terprætarer titulum. ff. de acquiren.
poſſeſ. quum regerem ſedem veſper-
tinam. Quod autem (redeundo ad
ſuperiora) in hac materia poſſeſsio
præponderet, vt hæres qui eam prius
fuerit aſſequutus fundetur præſum-
ptiuè contra alium, tunc demū quan
do inter eos extra cauſam teſtamen-
torum eorundem, datur omnimoda
paritas & nō aliter, vt eſt ſæpè dictū,
eſt de intentione ſcribentium in di-
cta l. fin. de edi. di. Adr. A Cino, vſq;
ad Franciſcū Curt. qui apud me eſt
vltimus qui ſuper ea ſcripſit, & Bart.
in dicto. §. non autem, ſæpe allegatę l.
primæ, & Alberi. in princi. eiuſdem le
gis ſupra etiam per me pluries citato-

rum poſt alios Doctor. antiquiores ꝑ eos ibi allegatos, quos fortè (ante Bar. & Alberi. inquam) viderunt compilatores illarum ll. Parti. cum alijs compluribus authoribus tam iuris ciuilis, quam canonici, adductis per Andre. Tiraquel. in prædicto tractatu primige. fol. 321. num. 9. incipi. hoc item reſpicit. Cum itaque (vt hoc caput concludam) in his duobus caſibus, ſuper quibus hæſitatio de qua hoc loco vltimo tractamus verſatur, extra cauſam teſtamentorum, ius vnius ex hæredibus ſit potentius iure alterius, & ea ratione præſumatur vltimo loco inſtitutus, & conſequenter præferatur alteri hæredi in alio teſtamento inſtituto, vt eſt dictum, ergo prætextu illius nudę ac ſimplicis detentationis, vel inuaſionis, potius talis hæredis nõ poteſt ius alterius hæredis obumbrari vel offuſcari, neque per conſequens lędi, vt ex prædictis apparet. Ex quibus concludo in hoc vltimo dubio explicato ſupra per exempla illorum duorum caſuum ad finem charte prę cedent. in verſiculo, reſtat modo, prout ſupra fuit concluſum. Hæc vt longo traderem ſermone res ipſa planè expoſtulabat, necnõ inſteti circa illa, vt cornicum oculos, prout alias dicitur configerem, id eſt, quorundam leguleiorum, qui quominus olim intelligentiam præfatę l. partitæ aſſequebantur, eo magis (vt ait Perſius.( Torua Mimalloneis implerunt cornua bombis.

Proſequitur fallen.

Vndecima fallit, quando ſecundũ teſtamentum contineret clauſulam in qua teſtator purè, ac ſimpliciter, diceret ſe velle primum teſtamentum valere, quo caſu primum teſtamentũ non aboletur abſolutè per ſecundũ. Sed tranſit in vim vltimę voluntatis codicillaris, ſicque omnia in primo teſtamẽto diſpoſita, tam vniuerſaliter quam particulariter reſoluuntur in fideicommiſſum, & hæres inſtitutus in ſecundo, tenetur reſtituere hæredi, in primo teſtamẽto ſcripto: detracta, ſi voluerit quarta treb. & vterque eorum, vt pote hæres & fideicommiſſarius vniuerſalis, tenebitur pro rata vniuſcuiuſque ad onera ipſius hæreditatis, l. 1. in princip. ꝟ. ad Treb. §. Sed quia inſtitu. de fideicommiſ. hæred. De hac fallentia eſt textus ſingularis in ſępè allegata l. ſi poſthumus. §. ſi paganus. ꝟ. de iniuſto rup. &c. Pręſertim vigeſima ampliatione, ſecũdum Pau. de Caſtr. ibi, & Ioan. de Imol. in l. filio præterito. 26. colum. eodem titu. Sed quoad propoſitum de quo agimus ſatis concordat dicta l. ſi quis priore. 2. reſponſo, ꝟ. ad Trebel. quam in idem Alexan. ibi poſt principium notat & commendat.

Duodecima fallit, in ſecunda volũtate tacita, illa enim non tollit, neque poteſt tollere inſtitutionem, primo teſtamento nuncupatim facta, m ſiue expreſſim l. ex parte. ꝟ. de adimen. leg. Ratio deſumitur ex l. 1. §. fin. ꝟ. de his quę in teſtamento delentur, in illis verbis. [Quoniam hæreditas ſemel data, facile adimi non poteſt.] Et ratio iſta adhuc efficitur clarior iure nouo. C. vt in l. iubemus, in princi. C. de teſtam. vbi exigitur in inſtitutione, quod teſtator ore proprio nuncupet, vel manu propria exaret nomen hæredis. Quam l. ex parte ſũmat ibi Bart. & Alberic. poſt Din. quia omnium ſumæ tendunt in idem ſũma Din. & Alberi eſt, inſtitutio vniuerſalis non reuocatur ex poſteriore voluntate tacita, id eſt pſũpta licet legatã ſic. Ideq; pręſefert ſumma Bart. dum inquit. Inimicitię ſuperuenientes, & teſtamentum imperfectum, hæredis inſtitutionem non viciant ſed legatum, licet iſta ſumma non ſit ita generalis, prout

Epithomę l. ex parte.



prout alia, cum adaptetur ſolum ad terminos illius l. & gloſſa ibi bene declarat rationem diuerſitatis intervnũ

89 caſum & aliũ, † & ſi non adferat (quod miror) prædictam l. iubemus, per quã l. ex parte Alberi. ibi, impugnat gloſ. vulgarem, in l. ſororem. C. de his quibus vt indig. decidentem vna cũ glo. in l. pe. §. quiſquis. ꝟ. titu. 1. de legat. 2. quod propter ſuperuenientes inimicitias inter teſtatorem & hæredem quẽ prius ſcripſerat, eiuſdem hæredis inquam facto, ſeu opera, vel culpa ſubortas, reuocatur inſtitutio quam de tali hærede teſtator fecerat, cuius contrarium probatur in dicta l. ex parte, cum gloſ. ibi ſecundum eum. Sed certe gloſ. in §. quiſquis, quam Alber. allegat in dicta l. ex parte, nihil de hac re dicit. Pręterea Bar. in dicta l. ex parte, licet non fuerit memor citare prædictam gloſſam l. ſororem, nihilominus tenet ipſius opinionem in caſu in quo illa loquitur, videlicet quãdo hæres inſtitutus prębuit cauſam vel cauſas inter eum & teſtatorem, vt quia poſt ipſius obitum occidit filium eiuſdem, vel commiſit contra eum aliud grauiſſimum, vt quia concubuit cum eius vxore, vt dicunt probari ex l. codicillis. §. penul. ꝟ. titu. primo, de legat. 2. vbi in id notant illum textum, Bal. & Alberi. poſt Ioan. de Are. prima expoſitione, item Rapha. Cuma. quatenus dicit ibi tex. [Scis vnum fratrem tuum filium noſtrum occidiſſe, dum ei rapinam faceret, ſed & alia mihi deteriora fecit.] Quæ verba vltima, ita exponunt vt dixi, in concubitu vxoris teſtatoris præfati Doctores, & clarius Ray. de Forli. ibi prout referunt Flo. & Ioã. de Imo. ibi. Et ſic ſecundũ eorum expoſitionẽ, probatur ibi grauius delictum eſſe, quoad teſtatorem adulterium, in vxorem commiſſum, quam proprij filij occiſionem, & ad idem allegat Ioan. de Imo. textum in cano. quid in omnibus. 32. quæſtio. 7. Tamen gloſ. ibidem tenet contrariũ, ſed Præpoſitus. Alexan. non citans illam, ſed text. in dicta l. codicillis. §. matre, in cap. 2. 5. No. de ſponſa concordat, vt ſupra tetigi, quod quantum ad ipſum maritum cum vxore cuius aliquis comittit adulterium, maius & deterius eſt crimen adulterij, quam homicidij, quod ꝑ aliquem comitteretur in filio proprio eiuſdem mariti, cum vt plurimum reputetur quo ad ipſum maritum offenſa grauiſſima, quod patet vltra ipſum præpoſi. quia ex ea oriuntur inimicitię capitales l. ſi inimicitię, verſiculo, ſed & ſi palam ibi & infauſtas voces. ff. de his qui. vt indig. iuncta gloſ. fin. ibi, cum qua Doctores ibi tranſeunt, & ſic tacitè eam approbant l. item quod, aliàs vt Sabinus, in fin. de hæred. inſtitu. Sed quantum ad alios (vt ad ſecundnm membrum diſtinctionis præpoſiti redeã) id eſt quo ad conſanguineos mariti iniuriam paſſi, & ipſius vxoris adulterę, qui ex hoc maleficio prætenderet ſe eſſe in honore offenſos, multa alia ſunt delicta grauiora, & ſic acrius punibilia ipſo adulterio, & ita procedat quod gloſſa dicit, in dicto cano. quid in omnibus. Et ad primum membrũ iſtius concordię, de quo loquuntur prædicti Doctores exponentes text. in dicto. §. penul. (nam ſecundum mẽbrum eſt expeditiſſimum, & non ob aliud ſignatum à Præpoſi. niſi ad moderandum generalitatem gloſ.) in dicto cano. faciunt plures notabiles & pulchrę allegationes, quas tradit Andreas Tiraq. remiſsiue, in opere ll. cõnubia. fol. 106. nume. 10. vide omnino ibi eũ, cum libuerit, vbi inter alia refert Paul. de Caſt. põderantem textum, in l. fin. §. 1. ff. de publica. contra dictum. §. penul. & ſoluentem, vt ibi

Aduertẽdũ diligẽter ad ea que ſequuntur, ſunt quippe not. ad verificationẽ gloſ. i l. ſororẽ. C. de his quibus vt indig

Fœdus Præpoſi. Alex.

per ipſum,licet Barto. prius mouerat
contrarietatē,& non ſoluerat,vide e-
tiam Raphae. ibi, ſed litera ipſius eſt
truncata,fortè ante dictionem tamē,
deeſt ibi, non. Secus dicit Bart. (vt ad
eius dicta redeamus proſequenda) ſi
per contrarium ipſe teſtator,vel alius
extraneus præſtitiſſet cauſas inimici-
tiæ, inter teſtatorem, & hæredem ab
eo ſcriptum,cōtractę his namque ca-
ſibus (ſecundum eum) procedit præ-
dicta l.ex parte,de adimend.legat. vt
propter eiuſmodi inimicitias,talis hæ
res nō repellatur ab hæreditate, quæ
dicta Bart.vt ſingularia, ſequitur Ale-
xandr. in prædicta l.hæreditas. C. de
his qui.vt indig.ſed in vero, Bart.etiā
mediocriter,& oſcitāter inſpectus in

Expēdūtur verba Bart. in d.l.ex parte.

dicta l.ex parte,licet eius diſtinctio ſit
optima,loquitur extra caſum gloſ. in
dicta l.ſororē, quæ glo.loquitur de in
iuria per hęredem ſcriptum illata,te-
ſtatori poſt ipſius mortem, qua repu
tatur grauior,quia deinceps non po-
teſt eum reputare indignum, vt ibi-
dem probat Iaſon reddens hanc ra-
tionem,ad illam concluſionem gloſ.
per quam approbat illam.Et certe in
caſu ilius gloſſæ nō poteſt fieri diſtin-
ctio, quam Bart.facit in dicta l.ex par
te,tenenda eſt ergo concluſio gloſ.in
dicta l.ſororem,quę licet reprehenda
tur per Raphae. Fulgoſ. ibi, & ſit val-
de dura prout inquit Philippus Cor.

Tandē approbatur cō clu.glo.ī d. l.ſororē, vt cōis & vera atq; honeſta et cōſona, q̄uis rigida.

ibidem,tamen ſecūdum eum appro-
batur cōmuniter per Doctores,& ip-
ſe cum Rapha,dicunt eſſe ſequendā.
Et profecto inciuiliter dubitatur de
ipſius veritate,cum ſit valde honeſta
& decentiſſima,ac voluntati pręſum
ptę ipſius teſtatoris conſonans,&ami
ciſsima,cum enim honeſte viuere ſit
vnum & primum ex tribus præcep-
tis iuris ciuilis & quidem fundamen-
tale ſuper quo tanquam ſuper cardi-
ne, vertitur tota ſapiētia iuris ciuilis,
eo quod ſupponitur philoſophię mo
rali,cuius pars eſt Ethicę, que tractat
de bonorum morum inſtructione,&
obſeruantia,& correctione prauorū.
vt eſt textus in l. prima, in verſiculo,
ne in his.C. de ſecundis nupt. vt ibi
not.Albe.poſt Cy.4. not. cuius tamē
litera eſt corrupta. Ad idem facit l. Li
bertinus.ff.de ritu nupt.Item ſuppo-
nitur œconomicæ, vt in l. vna.C.de
emenda.ſeru.& in l.vna. C.de emen-
da.propinq. quæ continenter eam ſe
quitur. Supponitur etiam politicæ,
vt in toto titulo.C.de officí. pręffect.
affri.quæ tres,ſunt partes philoſophię
moralis.Et hæc tradit Chriſtophorus
Por.in prooemio inſtitu. & Salice. in
prooemio. C.§. reſecatis,in verſiculo,
dixi tertio,cum ſequēti vbi dicit iſtud
patere l.prima,in princip.ff. de iuſtit.
& iur.ibi,veram (niſi fallor) Philoſo-
phiam non ſimulatam affectantes.
Et hoc idem in verborum fluxu, ſeu
diſcurſu vult Bal.in rubri.ff.eo. de iu-
ſti.& iure,ante finem,ibi, Cauſa fina-
lis,vbi ponit verba hoc, quæ libuit hic
recitare, vt potè venuſta & elegan-

VerbaBald. venuſta admodum.

tia. [Cauſa finalis eſt triplex (ſcilicet,
ſciētię legalis) videlicet ī hoīe,ad hoī
nem,& ad rempublicam, in homine
vt bonus ſit,& hoc pertinet ad Ethi-
cem. Ad hominem,vt quis bene re-
gat familiam,& hoc pertiner ad œco
nomicam, ad rempublicam, vt reſ-
publica,ſalubriter regatur,&hoc per
tinet ad polyticam.] Hucuſque Bald.
aptè,& appoſitè, ſubdit deinde poſt
pauca, [& ſic ius noſtrum applcat ſi-
bi totam moralem Philoſophiam.]
Cum itaque concluſio gloſ. in dicta
l.ſororem(vt dixi)nitat honeſtate &
correctione prauorum & inhoneſto-
rum morum, merito eſt amplecten-
da, in vtraque via.tam ſpeculatiua,
quam practica. Confirmatur hæc,
nam honeſtatis tanta eſt virtus quod
ad



De eadē honeſtate.

ad eſſe legis requiritur, vt ꝓbatur ex
dicto. §. iuris præcepta, in l.prima. ff.
de iuſtitia &iu.&.C.erit autem lex.4.
diſtinctio. & not. Luc. de Pen.in l.2.
C.ne fiſ.rem quam vin.euin. libr. 10.
vbi idem Lucas tradit in princi. præ-
miſſis etiam confert l.2.C. de ſecun-
dis nup.in illis verbis,[honeſtę nobi-
liorisque perſonæ decore priuetur.]
ex qua in alio propoſito à noſtro,no-
tat Bald.eleganter,quod[Nulla ſine
honeſtate poteſt eſſe nobilitas.]Et ex
dicta l.2.ne fiſcus, &c. Dicit elegan-
ter Bald. in alio etiam propoſito,in l.
quod ex liberta.C.de ope.li.quod ius
honeſtatis videtur exceptum ab om-
ni ſuperioritate,& eſt optima allega-
tio de illa l.vbi id bene probatur. Dū
loquitur de fiſco,facit notāter, quod
tenet Archi.in cap.ſuper eo,de hęre.
lib.ſexto. & Hoſtien. in capit. nulla,
de conceſſi.præbend.quod omnis in
decentia in principe,dicitur impoſſi-
bilis,ſaltem ſecundum mores. Refert
Aymo, de antiquitat.temporum,fol.
10.nume.9. ſed non inuenio ibi Ar-
chi.Hoſtienſ. lecturam non perquiſi
ui. Ad idem facit, quod conſuetu-
do contraria honeſtati reprobatur à
iure,vt in capi.cum decorem,& capi.
cū ab omni,de vita,& honeſtate cle-
rico.cum dicatur contra bonos mo-
res,vt per Bart. in l. omnes populi. 3.
quæſtione princip. ff.de iuſticia & iu.
Cuius meminit Iaſ.in l.2.in prin. col.
prima.ff.de vulga.& pup.vide Panor.
in capit.dilecti,de arbi.& in capit. no
uit,de his quæ fi.à pręlat.ſine conſen.
capituli,& vide quod Abbas met no
tat.3.notabili, ex illo textu, in capit.
irrefragabili,de offi.ordin. vbi etiam
adducit textus in dicto capit.cum de
corem. Et iſtud aliàs inducebam in
propoſito illius gloſſæ,dum mihi fuit
relatum per quemdam D. Auditorē
cuiuſdam ex tribunalibus ſuperiori-
bus quod ſtilus & practica habebat ſe
contra illam gloſſam,ſed reſpondi il-
li,quod talis practica erat nulla, vt po

Obex tacitus.

tè contra honeſtatem & bonos mo-
res per prædicta,& quia præbebat oc
caſionem delinquendi, propter non
punitionem talis adulterij vel ſtupri,
commiſſi per aliquem in alterius v-
xorem,poſt mortem mariti, qui ſtu-
prauit eam cum eſſet inſtitutus ab
eo.Tenenda eſt ergo concluſio illius
gloſſæ,& in practica ſecunda. Non
eſt veruntamē omittendū, quod for-
te curioſus aliquis poſſet contra con
cluſionem gloſ. ac pertinenter dubi-
tare, quonam modo ſecundum eam
ficta,vel tacita voluntas reuocatoria,
inſurgens contra præcedentem inſti-
tutionem,poteſt eam ſubuertere, cū
ſupra nō ſemel fuerit traditū etiā ex-
preſſam reuocationem non ſuffice-
re,vt in. §. ex eo autem ſolo, inſtitut.
quibus mod. teſta. infir. niſi teſtator
vltra procedat ad faciendam aliam
inſtitutionem, vel ad declarandum,
ſe ideo teſtamentum reuocare, quia
vult decedere inteſtatus,vt ſupra eſt
traditum poſt Bart. in l.ſi iure, ſuprà
iſto titulo.

Ad hoc dicendum eſt, quod gloſ.
illa, non loquitur de reuocatione te
ſtamenti, vel inſtitutionis inducen-
da,per illam tacitam ſeu fictam volū-
tatem reuocatoriam ſuperuenien-
tem, ſeu inſurgentem ex illa offen-
ſa. A iure in caſu illo & ſimilibus cō-
fictam,neque enim gloſſatorem late
90 bat, † q̄ tacita volūtas vltima priori
contraria,imo neq; expreſſa eiuſdem
teſtatoris etiā viuentis, quāto magis
præſumpta quæ deſumitur poſt mor
tem ex eiuſmodi offenſa hæredis cō-
tra eum commiſſa, in ſtuprando ipſi
us vxorem poſt mortem eius, non

ſit

ſit potens ad reuocandam inſtitutionem ab eo factam, prout ipſa gloſſa declarat in eadē l. ex parte. Sed tantū dicit gloſſa in eadē l. ſororem, ꝙ talis hæres ob eiuſmodi flagitium, ab eo perpetratum, cenſeri debeat indignus, & immeritus hæreditate, & vt talis priuetur eadem, & ſic inſtitutio de ipſo facta manet valida mœro iure, vt potè non reuocata expreſſè, neque tacitè, licet quoad effectum, quum hæreditas debeat fiſco applicari, vt patet ex tit. C. & ff. de his qui. vt indig. & l. Papi. §. meminiſſe. ff. de inoffi. teſtamēto, vbi gloſ. dicit, id probari melius quam alibi, ad idem l. ex facto. §. fin. ſuprà de vulgari & pupillari.

Ad quæſtionem ex facto.

Rurſus concluſio præfatæ gloſ. in dicta l. ſororem, poteſt induci ad quæſtionem, quæ retrotractis diebus dicitur eueniſſe ex facto, & nonnullos iuriſperitos de ea fuiſſe conſultos, videlicet an vidua quæ nupſit viro, qui in mariti primi vita, fuerat eidē inimiciſſimus, & ita perſeuerauerat in eadem inimicitia capitali, vſque in poſtremum diem quo maritus ille primus fuit fato functus, amitteret legatum, à primo marito ſibi factum, de quinta bonorum parte, prout legitur olim nupſiſſe Terētiam (quam alij Terentianam vocant) vxorem Ciceronis Criſpo Saluſtio ipſius inimiciſſimo, & hoſti perpetuo, vt tradit Eraſm⁹ in ſcholijs ad Diuum Hieronymum, libro primo, aduerſus Iouinianum, num. 55. contra quam fœminam, vt impudicam, impudentē, ac perfidam inuehitur Ioannes Baptiſta à ſancto Seuerino, in repetitione l. præcibus. penul. char. C. de impub. & alijs.

Non recolo quid tūc fuerit ad hāc quæſtionem reſponſum. Nunc autem per prȩfatam cōcluſionem gloſſæ in prȩallegata l. ſororem, & per fundamenta, quæ in eius præſidium Doctores eam ſequentes (ſunt enim plures) nam eſt communis opinio (vt ſuprà dixi) cū glo. illa aſſerunt. Et inter alia, per l. primam. ff. de his qui. vt indig. vbi Barto. (vt prædixi) innixus eādem opinionem communem tenet, ſatis rationabile videretur, talem mulierem, vt potè inhoneſtam, procacem, perfidam, & primo viro ingratam, vt indignam debere tali legato mulctari, quùm, per dictam concluſionem, gloſſæ communem, cum comprobationibus Doctorum ad eādem. Tùm etiam, quia ſi (vt iura noſtra dicunt) anima mariti eiuſdēq; teſtatoris cōtriſtat̃ ex ſecundis nuptijs vxoris relicte, vt in. §. Nos igitur videntes, in authēti. de nupt. collati. 4. iuncta glo. ibi, in parte, & defuncti, à fortiori dicendum eſt eam contriſtari, nubendo ſecundario ei qui fuerat ipſius capitalis inimicus. Tum etiam per id quod Bart. decidit, in l. 2. in princip. colum. vltima. ff. de vulga. & pupilla. Dum tenet, quod tacita ſubſtitutio pupillaris ſub vulgari contenta, quæ aliàs non excludit matrem à ſucceſsione inteſtati, pupilli defuncti, ex communi Doctorum ſententia, in l. præcibus. C. eodem. & in l. fina. C. de inſtitu. & ſubſtitu. excludit tamen eam, ſi poſt mortem mariti teſtantis, qui fecerat prædictam ſubſtitutionem vulgarem expreſſam pupillo eidemque filio communi, ſub qua pupillaris tacita continebatur committat aliquod inhoneſtum contra teſtatorem eūdemque maritum quendam. Ad quod adducit præfatam gloſſam in l. ſororem, & in l. fidei commiſ. C. de fideicommiſ. & licèt contra illam concluſionem Bart. teneant



neant ibi Ioan. de Imo. & Alexand. tamen eſt verior, & receptior, ſecundum Socin. & Claud. vbi etiam Frāciſc. de Ripa, numero. 59. qui tamen inuoluit ſe (ſicut aliàs dicitur) tanquā mus in pice, quoad modum inquam perdendi hæreditatem, ſed vtcumq; in hoc articulo res ſe habeat, ſatis eſt, quòd mater repellitur ob prædictam cauſam offenſæ à ſubſtitutione pupillari tacita, ab ipſo initio, id eſt à tēpore quo teſtator viuit, vt inquit Bartol. ibi. Cum autem (vt ad rem noſtram redeam) mulier vidua contrahendo matrimonium ſecundario cū inimico capitali teſtatoris eiuſdemque mariti, commiſerit quid contra debitum honeſtatis ordinem, quod eſt notiſſimum, ergo videtur amittere debere prædictum legatum, per primum maritum ſibi relictum,

91 † Ad hæc facit, quia non ſolum eſt iuſta cauſa, exhæredandi filium quando probaretur, eum inijſe fœdera cū inimicis patris capitalibus, qui eius patrem vulneribus affecerāt. l. liberi, §. vltimo. C. de inoffici. teſtamen. ſed etiam ſi cum eiſdem cōuerſetur, imo & ſi illis aſſocietur, ſecundum Bald. ſignanter, conſilio. 102. incipiente, punctus, ante finem, volumine. 5. Argumento l. primæ, §. cū patronus. ff. de offici. præffect. vrb. vbi gloſſa pen. dicit ex text. illo argumento, quòd ſi vaſſallus inijcit amicitias cum inimicis domini, eo ipſo amittit feudum, & poteſt ei auferri. Ad id allegat prædictam l. liberi, vbi gloſſa videtur idē voluiſſe, licet non ita explicitè, vt illa ꝓximè allegata, quam Bal. & Doctores dicunt eſſe ſingularem, quia eſt clarior alia.

Atten.

Sed licet hæc ſint colorata, & honeſtati conſona, non tamen auſim hanc extenſionem firmare, quum materia iſta ſit priuatiua, & penalis ſicque odioſa, nam priuationes, necnon penarum impoſitiones non habent locum niſi in caſibus in iure expreſſis. l. & ſi quis. §. Diuus autem Marcus. ff. de religioſ. & ſupti. fune. quem Bald. commendat, conſilio. 15. incipiente, ad euidentiam præmito. lib. primo, ante finem conſilij. Et idem bald. in l. nemo martyres. C. de ſacroſanct. eccleſi. Quod tamen intelligit ibi, niſi factum caderet in nomen delicti, vel ex eo reſultaret delictum, quia eo caſu ſecundum eum, talis faciens puniretur pœna arbitraria, ſeu extraordinaria. l. 1. ff. de effracto. & expila. quod quidem delictum non oritur ex hoc facto de quo loquimur, quamquam in ſe ſit inhoneſtum, & quandam ingratitudinem talis fœminȩ aduerſus maritum oſtendens. Ad hæc non viget iſto caſu eadem ratio quæ ſubeſt in caſu gloſſæ in dicta l. ſororem, quum iſtud factum cōtractus nuptiarum ſecundarum cum homine prioris mariti inimico, non vergit in ignominium prioris defuncti, nequæ famȩ ipſius, ſed potius redundat in notam, & maculam impudentiæ, procacitatis, & perfidiæ, talis fœminȩ nequam, eiuſmodi nubentis, & quod ad eam ſolam ſit factum ignominioſum, & mali exempli, aliàs autem ſubeſſet eadem ratio, vt quia, ſecundus maritus talis fœminæ, idemque inimicus primi teſtatoris, eſſet vnus Ribaldus, Ganeo vel Arenarius, primus autem maritus fuiſſet homo honeſtus & meritus, hoc caſu res haberet pluſculum dubij, & videretur talis mulier ſaltem mulctanda commodo ſibi à primo relicto. Sed nihilominus etiam hoc caſu per eadem fundamenta, dicendum eſt idem quod in præcedē-

cedēte,& quia vtriq; eorū refragatur
regula illa,ꝑtrita canonica& ciuilis,di
cēs matrimonia debere eſſe libera à
mętu pœnarum,de qua in cap.gema
mulier, de ſponſaľ. quę regula efflu
xit à lege Titia, in fine principij. ff.
de verborum obliga.Quam regulam
vtrobique intelligunt Doctores,tam
in pœna coactionis, quam in con-
uentionali pecuniaria, quam in lega
li, & ſic indiſtinctè, qua propter con
cludendum eſt vt ſupra.

Concluſio i præfata quæſtione eadē cū præcedē. eſt tenenda, ſ.negat.

92 † Ad id tamen quod prædixi, pri
uationes debere eſſe expreſſas, &
ad eas non poſſe fieri repetiones le-
gum, vel extenſiones eorūdem,quo
ad pœnas de caſibus expreſsis ad ta
citos. Eſt etiam textus optimus in
authentico, de non eligend. ſecun-
do nuben.§.cum igitur,verſiculo, ſi-
nautem non valuerat, collatio. pri-
ma, in illis verbis expreſsis. [Non
fraudamus patres filiorum ſuorum
ſucceſsione, neque eſt lex aliquid
tale dicens, ſic neque matres pri-
uabimus.&c.] Quem textum ſig-
nat Bald.in idem, in authentico, ex
teſtamento, columna penul. C. de
ſecundis nupt. videlicet quod pri-
uatio *alicuius iuris* vel *beneficij*, vel
priuilegij non habet *locum*, niſi v-
bi lex de hoc exprēſsim cauet vel
prouidet, quod talis priuatio fiat,
vel priuationis pœna imponatur, ꝙ
etiam refert Alexand. in l. etiam. §.
primo. ff.ſolut. matrimo. Sed quia
nihil eſt in iure noſtro non contro
uerſum, in hoc puncto inter alia vi-
dentur inuicem pugnare duo iura
& quidem (vt alias dixi ſolet)ex dia
metro textus, videlicet *l.* his ſolis,
ibi ſatis tacitè cautum putamus,C.
de reuocand.dona. quam Bald.com
mentat in rubrica. C. de nauti. fœ-
no. & in capitulo, cum ſpeciali, de
appella. Alius textus eſt ex oppoſi-
to, in capit.primo.§.porro, veſiculo.
ſed quia natura, in titulo, quæ fuit
prima cauſa benefi.ami.in vſi.feu.cui
eſt addendus textus in l. famoſi,ver. Antynomia
ad exemplum. ff.ad l. iulliam mage-
ſta. Quamobrem ad horum iurium
& aliorum ſupra allegatorum conſo
nantiam, & concordiæ fœdus, vi-
de omnino Ioan. de Imoľ. in repeti-
tione.§.de viro. l. ſi vero. ff. ſolut.ma
trimonio. columna. 9. cum ſequen-
ti, aliàs ſecundum aliam impreſsio-
nem,columna.16.& Iaſ.in l.prima,co
lumna finaľ.C. de tranſactio. & in l.
cum quidam. ff. de liberis & poſthu.
& nouè Andreas Tiraqueľ. innume
ra ferè, ad hanc rem pertinentia,cō
gerentem in operell.connub.char.
87. pagin. ſecunda, cum.3. ſequenti
bus in mea impreſsione, nam eſt alia
ante ipſam, & poſt eam alia recen-
tior, quæ non conueniunt in nume
ro foliorum neque paginarum cum
ea quam habeo.

Decima tertia ſupradicta regula
fallit in caſu, quando ſecundum te-
ſtamentum factum fuiſſet per dolo-
ſas vel fraudulentas, inſtigationes,
vel machinationes alicuius perſo-
næ, vt primum teſtamentum reuo-
caretur per eiuſdem ſecundi confe-
ctionem,& ſic hęres in tali teſtamen
to ſcriptus fraudaretur ſucceſsione
in bonis teſtatoris,eo enim caſu eiuſ
modi teſtamentū quoad effectum eſ
ſet inualidum, quia ſi hæres in pri-
mo ſcriptus poſsideret teſtatoris hæ
reditatē, ſeu bona hæreditaria ex eo
ad ipſum delata,haberet exceptionē
doli contra hæredem vltimo teſta-
mēto(eo quē prædixi modo cōfecto)
ſcriptum, & ex illo petentem ab ip-
ſo hęreditatem,vt pote in primo ſcri
pto,& per prætenſum ſecundum te-
ſtamē-



ſtamentum reuocato, vt in l.prima,
in fine.ff.de doli excęp.ibi,[& in te-
ſtamentis.]

93 † Sinautem hæres in primo ſcri-
ptus nō poſsideret,poſſet agere actio
ne de dolo, vel in factum ſubſidiaria,
contra hæredem ſecundo loco ſcri-
ptum ad intereſſe l. non enim, cum
gloſſa.ff.de inoffici.teſtamen.vbi An-
gel. dicit ſe habuiſſe, & obtinuiſſe
in quæſtione de facto, in fauorem
quorundam pauperum, & ibi pau-
lo ante ſuper gloſſam citat prædi-
ctam l.primam,& idem in ſimili no
tat idem Angel.in l.finali. C. ſi quis
ali.teſtament. prohi. vel coege. & ſe
quitur Barth. Cępo. Cau. 62. incipi
ente, licet cum verbis blandis, &
Iaſ. conſilio. 141. incipiente. Cir-
ca primum conſultationis articulū,
colu. 4. volumine. 4. vbi adijcit glo.
not. in cano. ſunt qui opes. 17. quę
ſtione. 4. dicentem,quod votum per
aliorum impulſum emiſſum non va
let, neque eſt obſeruandum. Et eſt
expediendum, quia præfati Docto-
res Cępo. & Iaſ. dicunt eſſe idem,
94 † quando per importunas præces te-
ſtator adactus eſt ad faciendum ſe-
cundum teſtamentum. Et hoc e-
tiam in caſu notabili tradit Mathæ.
de afflictis,deciſione. 69. Neapol. vbi
adducit illam famigeratam,& omni-
bus paſſim obuiam deciſionē Inno.
in capit.Petitio.de iure iuran.ſolitam
ad id allegari, quod importunę ꝑces
vel ſuaſiones habent inſtar, incuſſio
nis iuſti metus, & ibi reſpondet idem
Mathę. cuidam deciſioni Abb.Pano.
quæ videbatur contraria, in cap.cum
inter.R.de elect. adducitque Alexā.
& Andre.Sicuľ.idem varijs in locis te
nentes.Necnon adducit per Innocē.
Barto.in tractatu de tyrannide, quæ-
ſtione.7.verſiculo,ſecunda inſpectio
vbi tamen non loquitur in his termi-
nis, ſed in rogitibus maiorū quo ad
inferiores,non autem in aliorum pa-
rium vel minorū præcibus importu-
nis, qui ſunt termini deciſionis In- De eadē re.
nocen. Pro qua facit etiam textus in
l.eum quicunque, poſt principium,
C.de apoſta.ibi,[Inuitum, ſeu ſuaſio-
ne plectenda,] ex qua litera notat ibi
Salice. quod ea quæ fiunt ſuaſionib⁹
dicuntur fieri prope violenter, facit
textus in l.vna, in fin.C.de rapt. virg. Ad idem.
[ibi,quia hoc ipſum velle, mulier ab
inſidijs nequiſsimi hominis, qui rapi-
nam meditatur inducitur.]Et quę ſta
tim in litera illa ſequitur. Ideoque te
xtus in l.prima.§.perſuadere.ff. de ſer
uo corrupt. ad verbum dicit,[Perſua
dere eſt pluſquam compelli, & cogi
ſibi parere,] & ſic probatur ibi, quod
perſuaſio, id eſt nimia, ſeu improba,
aut importuna ſuaſio,qua quis trahi-
tur ad aliquid faciendum, promitten
dum,vel conſentiendum, habetur lo
co compulſionis, ſeu coactionis pro-
ut illum textum allegat Pau. de Ca-
ſtro, conſilio. 174. incipiente, con-
tra ſuperius,columna prima.2. libro.
Quinimo clare vult ille textus,quod
eſt maior illa, quem etiam textum
ante Pau. citauit Andreas de Iſerni.
in capitulo, vno. §. contrahendum,
lo ſegundo, Quæ ſint rega. colum.
4. in vſi. feud. & allegat etiam eum
Andreas Sicul. conſilio vltimo, co-
lum.2.libr.3.& Pau.de Caſtro,in prę-
dicto conſilio,allegat illas duas. ll. ſu-
prà citatas,ſcilicet, eum quicunque,
C.de apoſta,& l.vnam, in fine, de ra-
ptu virgi.

Nuſquam tamen (quod miror)
Paul.in illo conſilio meminit de In-
nocen.in prædicto capit. petitio, &
prædictas duas ll.prius allegauit glo.
in l.3.§. ſi quis volentem hominem,
ff.de libe.hoīe exhi.quē text.Pau. ibi
adducit eodem cōſilio,colu. 2. ad me
dium

diũ,& in principio eiuſdem conſilij.
Ad hęc etiam,multa tangit in hoc eo
dem propoſito Aymo.Craue.conſil.
192.incipiẽte.Caſusita ſe habet,à nu.
me.12.vſque ad.16.excluſiuè,& qua-
tenus ibi dicit,quod præces importu
nę æquiparantur metui iuſto, qui a-
liàs caderet in virum conſtantem,id
eſt fortem animoſum, & imperterri-
tum, debuiſſet allegare Inno. vbi .s.

De eadẽ re notandum.

qui in principio prędicti cap. petitio,
iſtud dicit ad verbum & (vt dicunt)
formaliter & ab omnibus in id allega
tur,& quatenus ipſemet Aymo. ibi
declarat quæ dicuntur præces impor
tune,dicens eſſe illas quæ ſunt inſtã-

Quę & quales ſunt plures impetrãde.

tiſsimę,& ſępius repetitę,atque incul
catę,id verum eſt,quod tex.not.cum
gloſ.4.in l.prima.C.de peti.bono. ſu-
bla.lib.10.in illis verbis. [Sed quoniã
plerunque ita à nonnullis, inuerecũ-
da petentium inhiatione.&c.]Expo-
nit gloſſa.4.ibi,id eſt frequenti peti-
tione,addit ibidem Lucas de Pe.quæ
dicitur propriè importunitas, nam ſe
cundum eum afferentem Archi. in
cap,fin.vbi etiam gloſ.de reſcriptis, li
bro.6.importunus dicitur, quaſi ſine

Ethimus importuni.

portu,id eſt ſine quiete,& ſic irrequie
tus.A qua expoſitione, ſeu deriuatio-
ne,aut ethymolog.non abhorret Ca
lepinus in parte importunus,in prin-
cipio citans Vergi.vbi tamen ſubijcit
aliàs elegantiores deriuationes, licet
in eundem tendentes ſcopum, vide
ibi.& poſt eum Theodo.Trebellium
in promptuario linguę latinę, ſub par
tibus illis importunus,importunè,im
portunitas. Ad idem bonus textus in
authentico,de he.& fal.§.1.coll.1.ibi
[Semper igitur nobis importuni ſũt.]

Ad idem.

Hinc dicit Iaſon in l.1.§. ſi vir vxori,
in vltimo no.prima lectura.ff.de acq-
ren.poſſe.referens Bal.in dicta l.1.de
peti.bo.ſubla.verſic.item facit iſta lex
quod donatio facta per virum vxori,
ad eius longas præces non confirma-
tur morte viri donantis.Sequitur etiã
Ludo.Teſsira Portugalen.in l.ſi inter

De eadẽ re nota.

virum,col.2.ff.de reb.dub.& eadem
ratione propter caſuum æquiparatio
nem,videtur idem dicendum,in do
natione facta per patrem filio in pote
ſtate,per ipſius filij importunitatẽ,
quod talis donatio non confirmetur
de iure communi, morte patris donã
tis.Item neque hodie habeatur,ꝑ me

Ad l,Tau.

lioratione tertię &.5.partis bonorũ,
etiam ſtante.l.26.Tau. Et inquid idẽ
Iaſon in.§.quadrupli.nume.66.inſtit.
de actio.quod importune præces viri
ad vxorem emiſſę,habentur loco mi
narum,quem etiam vide in l.3.§.quã
quam eodemque vltimo.ff.de condi.
ob cauſam.col.pe.poſt Rom.Paul.de
Caſt.& Alexan.ibi per text.illum, cõ
fert etiam præmiſsis bona gloſ.in ca-
no.audacter.8.quęſt.1.in glo.penult.

Emendatur glo.Decret.

cuius litera eſt vitiata, dum dicit im-
probitatem, nam debuit importuni-
tatem,per iura ibi allegata inter quæ
adducitur prædicta l.1.C.de peti.bo.
ſubla. Ad idem glo.optima in capit.ſi

Ad idem.

quando,glo.3.de reſcriptis,vbi indu-
cit argumen.text.illum,quod elicita
per nimiam ſolicitudinem,non valet
& ibi ad id citat eundem canonẽ, au-
dacter,& in principio citat prædictã
l.1.s.ſæpius allegatã, de peti.bonorũ
ſubla.fa.etiam tex.in clemen.1.de pri
uileg.&.13.in c.firmitatem,cum glo.
de ſepul.& quod not. Bart. in l.error,
col.penul.C.de iuris & facti igno. in
in verſi.dat.glo.& in l.nõ fatet.col.3.
poſt glo.ibi.ff.de confe.& quod not.

Ad eodem.

Angel.in l.4.incipiente.non enim,ff.
de inoffi.teſtam.quæ omnia maximè
procedunt in ꝑcibus potẽtũ, [etiã nõ
valde importunis] vel etiam ſupiorũ,
tex.eſt ſũmè notãdꝰ,in l.vna.C.ne li.
poten, vbi ad verbũ dicitur. [Quare
cum interſit & vniuerſe.(id eſt in vni
uerſum



uerſum)oĩum & pręcipuè tenuiorum
qui ſępè importunis potentum inter
ceſſionibus opprimuntur.&c.] Quo-
rum præces alias appellantur oppreſ-

Præces armatę.

ſiones,& dicuntur præces armatę, vt
inquit Ioan. Neuiza, adducens plu-
res auctoritates in ſiluà nup.char.1 2,2
prima facię ad medium, in mea im-
ſione parua,facit gloſ.not.in l.prima.
ff.quod iuſſu,vbi citat carmen Ouid.
eſt rogare ducum.&c.Ex quibus ma
net ſat ſuperque fulcita,concluſio iſti
us fallentię,cuius ratio aperta deſumi
mitur ex ſupra deductis. Quia ſiue
tales præces æquiparentur dolo, ſiue
metui ſemper inficitur voluntas de-
functi vltima,quæ debet eſſe omni-
nò & abſolutè libera in diſponendo,
l.1.ibi, liber ſiue ſtilus. C. de ſacro-
ſanctis eccleſ.& in l.illa inſtitutio.ff.
de hæred.inſtitu.cum alijs, & conſe-
quenter teſtamentum non valet, vt
eſt gloſ.quam Ioan.de Imol.ibi dicit
eſſe ſingulariſſimam in l.1.poſt prin-
cipium gloſſę primę.s.de teſta. intel-
ligendo verba illa gloſſę,[non valet]
ſcilicet,ipſo iure,prout idem Ioan.de
Imo.ibi intelligit.Quæ expoſitio cõ-
probatur ex his quę tradit Iaſon,in eo
rundem verborum declaratione,in l.
vniuerſa,colum.3.C.de præcib. Im-
pe.offeren.Sed certe ſecundum cor-
tam,quam gloſ.ibi adfert,potius loq-
tur de teſtamento confecto per do-
lum alterius per eum teſtatori incuſ-
ſum,quam per metum,nam de metu
proprię,& ſpeciatim loquitur gloſſa
ordinaria, cuius meminit ipſe Ioan.
de Imo.in l.1.gloſ.2.ante finem.ff.de
aucto.tutorum. Et hæc ſatis ac ſuper
de hac fallentia.

Impugnantur Detius, & Tyraque. quo ad iſtã fallen.

Decimaquarta præfata, quam ver
ſamus,regula fallit,in quoddam caſu
not.deciſio per Detium,conſi.512.in
cipien.Cum reueredisſimus Cardina
lis,vbi concludit,quod Cardinalis ha
bens indultum Pontificum ad teſtã-
dum ſi eius virtute bis teſtetur,ſecũn
dum teſtamentum non valet,ſed pri
mum ſolummodo. Quam deciſionẽ
ſequitur Andr. Tiraque.in l.boues.§.
hoc ſermone,nume.128.ff, Sed certe
illa deciſio redditur ſatis dubia ex iiſ
dem fundamentis quibus mouetur
idem Detius,quorum aliqua contra
eum retorſi ibidẽ addendo ad ipſum,
vt poteſt in meo libro videri,quæ hic
non tranſcribo ne videar extrauaga-

De eadẽ re.

ri.Et præterea contra illam deciſionẽ
Detij faciũt irrefragabiliter complu-
ra quæ idem Tira.tradit in prima fal
len,ad eundem.§. Ad quæ ſi ipſe ad-
uertiſſet,nõ fuiſſet ſequutus deciſio-
nem illam Detij. Nam illa redurit in
illum ſcopum,quod quando primus
actus nondum eſt conſummatus,ne-
que ad effectum perductꝰ,verba ſim-
pliciter prolata,nõ reſtringuntur ad
illum,quinetiam protendũtur ad ſe-
cundum, qui fuerit effectũ fortius,
quod affabrè concinnit, & adamuſ-
ſim quadrat caſui in quo cõſuluit De
tius,vt debuerit contrarium conſule
re,quum illud primum teſtamentum
nullas vires habuerit, in vita illius te
ſtatoris Cardi.l.omnium.cum glo.or
di.C.de teſta.l.3.in.fi.ff.de adi.legat.l.
cum hic ſtatus.§.ait oratio.ff.de don.
inter vir.& vxo.& in l.1.C.de ſacroſã.
eccle.c.Cum Marthę,de cęlebra.miſ
ſa.in prin.in verſi.cęterum.2.vbi ad-
ducitur in idem auctoritas Apoſtoli,
& hac ratione inuincibiliter corruũt
omnia deducta per Detiũ ad firman-
dum deciſionem ſuam,in caſu illiꝰ cõ
ſilij, ideoq; deciſio illius eſt reijciẽdã.
95 Vltimo,prædicta regula fallit, quã
do primum, & ſecundum fuiſſet con
dita inter liberos, qui minus grauarẽ-
tur ꝑ primũ, ꝗ̃ ꝑ ſecũdũ, & ſic ꝑ illud
primũ magis reduceretur ad ęqualita
tẽ ſuccedendi, vt tenet Bal. in authẽ,
hoc

hoc inter liberos.C. de teſtam. ſupra
allega.ante finē,in verſiculo.aut ecō-
tra,vbi eum ſequitur Pau.de Caſt. in
verſiculo,Bald. autem dixit. Quam
conſiderationem equalitatis inter li-
beros, ad aliam ſpeciem ſimilem,vi-
delicet ſecundæ voluntatis contra-
rię præcedenti teſtamento, ad eun-
dem finem, quod teſtamētum quod
per illam aliàs non reuocaretur,tamē
propter eiuſmodi ęqualitatem reuo-
catur, ponderat poſtmodum, idem
Pau.ibi,verſiculo,& iſta pars bene cō
ſiderando.&c. Quam Pauli declara-
tionem,commendat adhuc genera-
lius.P.P.Par.conſilio.24.incipiente,li
cet,colum.3.nume. 13. volumine. 2.
Ad id quod vbi apparent plura teſta-
menta inter liberos condita, ſtandū
eſt illi quod continet ęqualitatem in
ter eos,vel eos reducit ad æqualitatē.
Sed in vero non bene allegatur per
eum ad id Pau.de Caſt.neque per Ty
raque.cum referentem in opere pri-
mige. quęſtione.4.num.5. Nam imo
iſte eſt caſus de quo Bald.ibi loquitur
quē poſt prin.huius vlti. fallen. retu-
li.Sed Paul.de Caſtr. loquitur in caſu
admodum diuerſo,ſi quis non oſcitā
ter inſpexerit. Præſertim quia id
quod idem Pau.adduxit ex Bart.in l.
ſi iure.s̃. hoc titu. vbi dixit, quod per
verba illa ex internallo ſequentia, ip
ſum teſtamentum, videlicet quod te
ſtator non vult illud valere,quia vult
ſibi ſuccedere, venientes ab inteſta-
to,videtur eos inſtituiſſe, repræhen-
ditur per Aretinum,& recte,in l. hæ-
redes palam.§.ſi quid poſt.s̃. de teſta.
& ſic Pau.de Caſt. non loquitur pro-
priè de duobus teſtamentis, quāquā
eius deciſio, & deciſionis ratio, quæ
fuerunt Bald. ſint vere,& ſic (vt ſupra
proxime dixi) Pau.de Caſt.perperam
allegatur per Paris.& Tyraquel.quin
potius ad id,ad quod ipſe Pari.allegat

Taxatur allegatio Pariſii & Andr. Tyraq. quā de Paul. de Caſt. faciūt vbi ſupra.

Pau.de Caſt.debuiſſet,& rectius alle-
gare Bal.vbi.s̃.& vide eum Tyraquel.
in loco ſupra citato, numero præce-
dente,eodemque.4.

Expeditis, vtcunque prædictę re-
gulę fallentijs priuſquam alia proſe-
96 quar illud omittendum non erit,† q̧
per actum inter viuos putà donatio-
nem,vel alium non poteſt fieri reuo-
catio,etiam expreſſa, prioris teſtamē
ti; vt colligitur ex dicta l. ſancimus.
C.de teſtam. ab ſpeciali,ad quod ex-
pendit eam Iaſon,conſilio.341.exor-
diente,volum.4.poſt princi.s̃. allega.
14.ampliatione. Idque habeo pro re
expeditiſsima,cum etiam ſi eiuſmo-
di reuocatio fuiſſet facta per modum
vltimę voluntatis non tolleret (vt eſt
ſæpe dictum) niſi aliud ſecundum te-
ſtamētum ſequeretur perfectum, &
ſolenne continens hæredis inſtitutio
nem,vt in.§.ex eo autem ſolo,inſtitu.
quib.mod.teſtament.infir.s̃. non ſe-
mel citato,& quem Bar.allegat in l. ſi
iure.s̃.eod.vt.s̃.etiam retuli. Et quod
Iaſ.vbi.s̃.dicit maximè procedit, quia
cum hęreditas non poteſt dari per cō
tractum,vt in l.hęreditas,in princ.C.
de pactis conuē.& l.ex eo.C.de inuti.
ſtipu.Ita etiam (conſequentia ſumpta
à contrarijs) neq; adimi,& hoc quoad
reuocationem expreſſam, idemq; in
tacita, vt.s̃. p̃ſupoſui in implicatiua,
vt ſi is qui fuerat teſtatus poſtea face-
ret donationem omnium bonorum,
præſentium & futurorum, quia talis
donatio eſt in ſeipſa nulla, vt per Bar.
& Doctores,ſignanter Alexan.& Iaſ.
in l.ſtipulatio hoc modo concepta.ff.
de verbo.oblig. Idem ſi omnia bona
pręſentia donaſſet,vt in eodē cōſi.te-
net Iaſ.2.3.colū.quæ res apud nos eſt
hodie expedita ex l.69. Tau. qua di-
ſponitur etiam talem donationem,
eſſe nullam. Si uero poſt teſtamen
tum,idem teſtator feciſset alteri do-
nationem

Item ex tali actu inter viuos non ſub intelligitur reuocatio tacita præambuli teſtamē ti.



nationem particularem de aliquibus
bonis,tali caſu non eſt dubitandum
quin talis donatio quoad res ipſas do
natas præualeat teſtamento l.rem le
gatam,cum alijs.ff.de adimen. legat.
Sed in caſu per contrarium, videlicet
quando præceſsit donatio particula-
ris, & ſequitur teſtamentū diſpoſitio
nes vniuerſaliter, res caret non tan-
tum dubio,ſed etiam ſcrupulo, quod
donatio præambula quæ iam fuerat
ſortita effectum, per irreuocabilita-
tem, quæ ſua natura peculiari & ge-
nuina ineſt tali donationi inter vi-
uos.l.ſi quis argentum,§.fin.C.de do-
na.§.alio.inſti.eodem titu,adeo quod
etiam ex principis reſcripto reuocari
aut tolli non poteſt.l.cum in te.C.de
dona.ante nup.vbi in verbis fina.po-
nitur ratio irreuocabilitatis genera-
lis donationis inter viuos, etiam vt
dixi,per reſcriptum principis quæ ali
bi non ponitur ſecundùm Bald. ibi,
non poteſt prædicta donatio per vlti
mam inquam voluntatem ſequen-
tem mutari,vt in authen. hoc locum
C.ſi ſecund nup.mul. Ex qua Bald.
97 colligit hanc regulam † quæ (niſi fal-
lor) eſt infallibilis, & eam ipſe notat
his verbis. Quod iura contractus per
vltimam voluntatem minui non poſ
ſunt. Ad idem affert Bald.textus in l.
ſi ante,verſiculo,vel teſtamento, eo-
dem titu.s̃.allega.de dona.ante nup.
vbi Bald.ita ſummat,de re donata, &
tradita nō poteſt quis teſtari, ſcilicet,
in præiuditium donatarij, ideo dixit
tradita,quia lex prædicta,ſi ante, quā
Bal.dixi ſummare,loquit̃ in hoc actu
traditionis,& in eo figurat caſum, &
ſic vt deſeruiret propoſito poſuit epi-
thome. Cæterum quoad rem de qua
diſſerimus,ſcilicet,de diſpoſitione te-
ſtamētaria,quę poſſet eſſe ĩ p̃iudiciū
donationis præambulæ ſimpliciter
inquam,inter viuos,hoc eſt,non ſub-

Regula īfallibilis iura contractuū per vltimam voluntatem non minui.

nixe traditione ſi teſtator de eadem
re per eum donata diſponeret,in aliū
per actum inquam vltimę volunta-
tis,& eiuſdem rei traderet viuens le-
gatario poſſeſsionem, quæ nondum
fuerat per eum tradita donatario cui
antea fuerat donata,prout eſt in caſu
l.Lutius,la primera.s̃.tit. primo,tunc
tali donationi præambulę fieret præ-
iudicium,& derogaretur per teſtamē
tum,id eſt legatum in eo relictum, fa
cta (vt dixi) de eadem re traditione p
eundem teſtatorem viuentem lega-
tario. Et licet in præſenti, non reco-
lam me vidiſſe id in ſpecie tactum,ta
men puto eſſe verum, & valde not.
tenendo quod ſcripſi in eadem l. Lu-
tius in eius declaratione & verifica-
tione dictorum Di.& Bart. deliberan
dum tamen hoc erit.

Nona notādaq; cōcluſ. ſup qua tū relinquitur deliberādū.

De eadē re.

Et ad ſuperius documentum ſeu
regulam quæ habet (vt dixi) referen-
do epithomem Bald.in authenti.hoc
locum.C.ſi ſecundo nupſe.mu.vide-
licet, quod iura contractus pręceden-
tis,non minuuntur per vltimam vo-
luntatem ſubſequentem,facit textus
in l. verba teſtamenti, quam ſimul
cum dicta l.ſi ante,commendat Bald.
conſilio 54.proponitur,in fin.volumi
nis.3.ad idem,ſcilicet, quod donatio
inter viuos facta,non poteſt poſtea re
uocari per teſtamentum,ſiue in teſta
mento, facit etiam textus qui quoti-
die in ſua generalite allegatur in l.
perfecta.C.de dona. quæ ſub modo.
& in l.Lutius Titius,Septitiæ.ff. de fi
deicom. liber. quæ in propoſito ad-
huc ſpecialius loquitur,quam dicta l.
perfecta, nam; vult quod donatio
inter viuos facta, non poteſt poſtmo
dum à donatore modificari vel altera
ri, ergo à fortiori neq; reuocari ne-
que mutari prout ſunt noſtri termini,
cum ſtatim ab eius confectione, fue-
rit perfecta & effecta irreuocabilis ex
ratione

ratione.§ adeo.l.iuriſgen.ff. de pactis,
niſi(vt dixi)poſt eam ſequeretur alia
donatio facta alteri de eadem re, per
eundem donatorem,vel etiam lega-
tum factum ab eadem re,& tales diſ-
poſitiones.ſ.tam donationis,quam le
gati,eſſent traditiõe ſubnixe,vt l.quo
ties.C.de rei vendi.& l.ſiue autem.§.
duobus.ff.de pub.in rem act.iuncta l.
Lutius.1.de lega.2.s̃.citata, reſeruata
deliberatione,quo ad legatum, de q̃
in præcedente pagi,poſt medium.
Aduertendum tamen erit diligenter
quod ea quæ.s̃. fuerunt tradita à prin
cipio ab hinc præcedentis pagi. 3. in
verſi.expeditis fallẽtijs,hucuſq; reſol-
ui debent per ea quæ.s̃. dicta fuere,

Attẽ.aduertenter quod ea que hic tradũtur iũgenda ſunt, ad ea quæſu pra fuerunt tradita,i.14 am pliatiõe pro huius articuli reſolutione.

ampliatione.14.& iungendo hęc illis
& illa iſtis, reſultat perfecta cognitio
iſtius articuli,ſæpe ex facto ſoliti eue-
nire, & in quo Doctores ſiue legẽtes
ſiue conſulẽtes reſident (vt plurimũ)
impliciti,& hæſitabundi. Et in calce
harum præfationũ, priuſquam legis
noſtræ interprætationem exordiar,
haud duxi omittendum vnum quod
s̃.fuerat ponendũ(ſi fuiſſem memor)
in fallentia vndecima,dum egi,de ve
rificatione glo.in l. ſi.C.de edicto. di-

Iſtud eſt addendum ad fallen.10.ſuperius poſitam.

ui Ad. tollẽ.in quæſtione duorum te
ſtamentorum. Nam illa quæſtio loq-
tur, in duobus teſtamentis eiuſdem
datæ,reſpectu temporis,tamen diuer
ſorum hæredum in eis ſcriptorum.
Quid autem in diuerſis teſtamentis
in omnibus & per omnia vniformib⁹
loquentibus de vno hærede ſolo, &
ſcriptis in diuerſis chartis,vt quia ſunt
duo originalia eiuſdem tenoris & for
me quæ multoties fieri ſolent per eos
qui volunt perfici ad partes longin-
quas,vt eorum vnum ſecum ferant
& aliud domi relinquant. Vel etiam
ſi non idem tabellio ſed alius, ex pro-
tocollo decerpſit duo vel plura eiuſ-
dem tenoris & formę, in omnibus &
per omnia.& protocollum vnde fue-
rũt deſumpta,fuit deperditum, & nõ
apparet,& tamen fuerunt ſolenniter
auctenticata,vel etiam qñ idẽ tabel-
lio extraxit ea ab originali, quia valẽt
vt potè exemplaria vel originalia ſi-
ue protocollum appareat, ſiue mini-
me,quid igitur his & ſimilibus caſi-
bus dicendum? Reperio Ludo. Rom.
conſi.235.col.pen.verſi.aliquãdo ve-

Emendatur litera Ro. in prędicto cõſilio.

ro,& vltimo tenentem, quod quan-
do producuntur duo teſtamenta ſcri
pta in forma exemplaris vel origina-
lis,& talia teſtamenta ſunt eiuſdẽ for
me,tenoris,& continentię,vt in caſi-
bus.s̃.exemplificatis, per vnum eorũ
non reuocatur,neque impędit̃ aliud
licet in litera Romã,in mea parua im
preſſione deſit negatiua non,& per-
peram. Et hæc omnia exemplaria ſeu
originalia,cenſentur & reputãtur v-
num,atque idem teſtamentum,licet
ſcripturę ſi ſint pl̃es, adeo vt ex vtro-
que(voluit Romanus,dicere ex alte-

Iterũ eadem emẽdatur.

rutro) hoc eſt,ſiue ex eorum vno, ſiue
ex alio,poſſit hæres ſcriptus adire, vel
bonorum poſſeſsionem ſecũdũ tab.
agnoſcere. Ad primum l. vnum teſta
mentum.s̃.de teſta.& ad idem potue
rat adducere l.primam,§.ſi in duobus
ff.de bono.poſſe.ſecũdũ tab.s̃. citata,
in prædicta fallen. 10. Ad ſecundum
adducit l.ſi in duobus, primo rñſo.s̃.
quemadmo.teſtam. ape. iuncta gloſ.
vbi Docto. & quatenus Roma. dicit
in præfato conſi.gloſſam voluiſſe cõ-
trarium in ſępe allegato.§. poſteriore
& reprehendit eam,certè hallucinã-
tur, quia illa loquitur alio & differen
te caſu,videlicet quãdo patet de prio
ritate,& poſterioritate inter duo vel
plura teſtamenta,vt ex gloſ.ibi appa-
ret,iuncta additione Io. Fab.ibi,qui ta
men nõ tetigit quod modo retuli Ro-
manum decidere in prædicto cõſilio,
vide etiam Ange. Aret.ſuper eodem
glo.



Tria debent concurrere, vt deciſ. Ro. in prædicto conſi. procedat.

glo. cui deciſioni Ludo.de Ro. adijci
oportet eam debere intelligi, tribus
concurrentibus. Primùm (vt.s̃. ſæpè
eſt dictum) ꝙ ambo teſtamẽta eſſent
eiuſdẽ formæ & tenoris, in omnibus,
& per omnia. Secundùm,ꝙ haberent
eandem datam eiuſdem diei, vel eiuſ-
dem foræ. Tertiùm, ꝙ vtrunq; eſſet
ſolẽne,& verum. Et ideò dixi hæc re-
quiri,quia ſi vnus, & idem eſſet inſti-
tutus in duobus teſtamentis, diuerſi
tenoris,& vnum eſſet anterius altero
primum tolleretur per ſecundum,vt
deducitur ex.l.Eum q duob⁹.in prin.
vbi ex eo.tex.id notant Doct.s̃.de ac-
quiren.hær.& oporteret talem hære-
dem adire ex ſecundo, niſi putaret id
eſſe falſum, quia tunc ex neutro poſ-
ſet adire,vt ibi ſpeciatim dicitur. Si au
tẽ ſcriptus eſſet in duobus teſtamen-
tis diuerſi tenoris, & tamen eiuſdem
datę,& ſic diſcerni nõ poteſt,quod eo
rum ſit prius, aut poſterius altero, &
hoc caſu ex neutro poſſet adire,ſecũ-
dum Aret. poſt Ioan. de Imo. contra
Ange.& Pau.de Caſt.in dict. l. eũ qui
duobus.ad ſi. Tum quia ignorat cau-
ſam & titulum aditionis ſiue acquiſi-
tiõis,quo caſu aditio impeditur,& ex-
plicari non poteſt per. l. ſi is ad quem
2.3.reſpon.eod.tit. de acquir. hære. &
hãc opi.vt prædixi,cont. Ang. & Pau.
de Caſt.pro Ioan.de Imo. firmat Are.
in prænotata l. eum qui duobus. di-
cens opi.Ioan.de Imol. ſequẽdam eſ-
ſe in practica & eandem contra Ang.
firmat ibidem Rapha. Cu.(quem Are
tinus ibi non citat) in primo textuali
per eũdem text.in dict. l.eum qui duo
bus,quem in id expẽdit in duobus lo-
cis, & iterum in primo not. ponit in
effectu motiuum quo Aretinus inni-
titur cõtra Ange.& poſtmodum ſub-
iungit vnum caſum not. in quo talis
hæres poſſet in vita agnoſcere bono-
rum poſſeſ.ſecundum tabu.& moriẽs
trãſmittere,& ſubdit iſtud eſſe ſanius
& melius cõſilium, quàm fuerit illud
Ange.contra quod (vt dixi) tenet ipſe
Rapha.necnon Ioan.de Imo.& Areti
nus.& ita tenendum.
Ex ſupradictis ſuperſunt expeditæ,
ampliationes,& reſtrictiones,ad præ-
fatam regulam generalem & funda-
mentalem,quæ habet, quòd primum
teſtamentum, tollitur per ſecũdum,
quas nullibi niſi in preſentiarum re-
peries congeſtas neque reductas, &
per eas reſoluitur,tota materia præla
tionis,de ſecundo teſtamento ad pri-
mũ,& è cõtra,quę eſt frequentiſſima,
circa eam q̃ plurima in ſucceſſioni-
bus teſtamentarijs(his præſertim quæ
ſunt maximi ponderis) dubia, aſsiduè
ſuboriuntur,in quarum ordinata con
geſtione, & reſolutoria elucidatione
ſat,ſuperq; inſudaui, & ſubijt occaſio
ornandi prædictam maximam, ac re
gulam generalem, ob id ꝙ hîc, ideſt
in hac l.ponitur vna fallentia ad eam,
vt.s̃.tradidi prima fallentia.
Nunc autem ad text. iſtius. l. pro-
pius accędẽdo,ſecũdo loco ſpecialiùs,
& breuiùs,ad faciliorem, materiæ pe-
culiaris huius. l. intelligentiam,& co-
gnitionem,præmitto, ꝙ etiam in di-
ſpoſitionibus particularibus vltimarũ
voluntatum, regularitèr eſt idem iu-
ris,qđ in vniuerſalibus, ideſt, in teſta-
mẽtis,quæ ſunt vniuerſales diſpoſitio
nes videlicèt,ꝙ poſterior tollit primã,
vel priorem,aliter tamen, & aliter,vt
inferius tradetur, ad hoc. l.3.§.ſi. cum
l.ſeq.j. de adimen. legat.& l.ex parte,
eodem titu. Quas ll.ſuperius adduxi,
98 pen.fallen.† quæ loquũtur in volun-
tate particulari poſteriore tacita ta-
men,ſed idẽ eſt à fortiori, & in expreſ-
ſa,vt tollat voluntatem particularem
præcedentem ei contrariam, vel op-
poſitam,vt in.l.clari. C. de fideicom-
miſſis.& l.cũ proponatis.C.de codici.
Ee & in

& in.c.vlti.voluntas.13.q.2.cum aliis.
Sunt quippè, (vt.s̃.dixi in primo eui-
dentiali.& eſt axioma in materia vlti
marum voluntatum protritum apud
oẽs) Ambulatoriæ defunƈtorum volũ
tates vſq; ad extremum vitę habitum
l.cum hîc ſtatus.§.ait oratio. ff. de do-
na.inter vir.& vxor. & l.cum duobus.
§.idem reſpõ.ſocietatem. ff.pro ſocio.
&.l.1.C.de ſacroſan.eccleſ.& hanc re
gulã ſecũdam,ꝗ poſterior volũtas par
ticularis,tollat priorem eidem oppoſi
tam,ad quã plures, & quaſi oẽs aƈtus
etiam inter viuos, & tendunt Alexã.
Fran.de Are.Iaſ.Soci.Rimi.Ferra.De-
tius.Curtius recentior, & alij moder.
in.l.paƈta noui oẽs. 1.col. C. de paƈt.
Quod tamen debet ſanè intelligi (vt
s̃.non ſemel tetigi) procedere, quãdo
ambę diſpoſitiones, tam præcedens,
quam ſubſequens, ſunt adeò cõtrarię,
& incompatibiles, ꝗ nequeũt aliquo
fœdere concordiæ conciliari. nam in
dubio, ita faciẽda eſt interpretatio, vt
diſpoſitiones concordent, ac ſeſe ad-
inuicem compatiantur. Sed vbi fieri
nequit, vltima diſpoſitio incõpatibi-
lis cum prima, in eandem rem facta,
etiã in aƈtibus inter viuos regulari-
ter tollit priorem diſpoſitionem vt ibi 99
dem declarat Det.col.2.poſt. Alex.ab
eo citatum.conſi.141.incipiente.viſo
col.4. libr.2. & vltra Det. tradit idem
Alex.conſi.4.primo dubio. volumi.4.
Quem citat Claud. Aque. in eadem
l.paƈta.nouiſ. ſed nõ inuenio. Et codẽ
modò reſoluit & declarat iſtum arti-
culũ.Soci.in l.ſi quis ante. poſt Alexã.
ibi.ff.de acquiren.poſſe.per illam. l.ſi
tibi liberum.ff.de aƈt.emp. Qui Soci.
traƈtat etiam ibi, & reſoluit illum arti
culum, de duobus mandatis procura-
torijs. quem tetigerat Alexan.ibi poſt
alios doƈto.alibi. ſic ergo patet in hoc
differre diſpoſitiões vniuerſales, à par
ticularibus, nam eo ipſo, quòd ſunt

Differentia reſoluta inter diſpoſitiones vniuerſales & particulares in hac materia.

duo teſtamenta, ſolenniter ab eodem
teſtatore confeƈta, vnũ prius, & aliud
poſterius, ſunt inter ſe incompatibi-
lia, abſque alia extrinſeca alicuius in-
compatibilitatis conſideratione, & vl
timum tollit ipſo iure primum ratio-
nibus quas.s̃.ad prẹfatam regulam ge
neralem.in frontiſpicio præcedentis,
ideſt, primi euidẽtialis deduxi. Sed di-
uerſum eſt in diuerſis vltimis volunta
tibus particularibus, vt modò declara
ui, quæ niſi ſint incompatibiliter con-
trariæ, poſterior non tollit priorem.

Quæ regula, ſcilicet, vt poſterior vo
luntas particularis priori cõtraria tol-
lat, & perimat illam notanter decla-
ratur, quando fieret poſt primam ſiue
incontinenti, ſiue ex interuallo, Dum
modò (vt eſt prædiƈtum) eſſet contra-
ria primæ, per modum contrarietatis
incompatibilis, vt.j̃.proximè ſubiun-
gam pagi.ſequenti, in verſi.illud verò
admonendum. Secus autem ſi quo-
quo modò, cũ prima compateretur,
& fieret in eadem ſcriptura, vel alia
eidem cõtinuata, ideſt, facta poſt eam
abſque intermedio aliquo, ſeu inter-
mixtione aƈtus forinſeci, ſiue extra-
nei. eo namq; caſu vna voluntas non
cenſeretur eſſe prior alia, † & conſe-
quenter per poſteriorem non cenſe-
retur receſſum à priore voluntate, vt
eſt de hoc text.in l. non ad ea. verſic.
Quòd ſi purè.ff. de cond.& demonſt.
qui non eſt alibi ſecundùm Paul. de
Caſtr.ibi referentem doƈto. citra eo-
rum nomenclaturam, ſicq; ſecũdum
eum, quando in eadem ſcriptura, vel
in diuerſis continuatis tamen, eo (quẽ
prædixi) modo, teſtator diſponit ſub
diuerſis formis, non omnino contra-
rijs, ſecũda forma non tollit priorem,
ſed per ambas videtur potiùs data o-
ptio, vel eleƈtio ipſi legatario vtra ex
forma, malit conſequi legatum. ea ra-
tione videlicèt, quia licèt formæ ſint
diuerſæ,

Attẽ.ꝺ diſpoſitionibus diuerſarũ formarum, inuicem non oĩo repugnãtiũ.



diuerſæ, ac differẽtis qualitatis, vt q̃a
vna ſit pura, altera conditionalis, vel
modalis, tñ ex quo inter ſe non ſunt
omnino cõtrariæ, neq; inuicem in to
tum repugnẽt, eſſentialiter inquam, 102
poſterior nõ derogat priori. Si autẽ
in eadem etiam ſcriptura, vel plurali-
bus ſcripturis continuatis, aut cõiun-
ƈtis vt eſt diƈtũ, inter tales diſpoſitio-
nes eſſet repugnantia intollerabilis,
& ſimultanea incompatibilitas. itaq;
non poſſent ad cõcordiã reduci, tũc
talis voluntas poſterior, indubiè tolle
ret & abſorberet priorem, ipſo iure, 103
etiã immediatè, præcedẽtem vt dixi,
l.ſi quis eũ.in prin.s̃.de vulg.& pu.& l.
ſi idẽ ſuus ſumpto ex illius.l.ſecũdo re
ſpõ.arg.ab ſpeciali.s̃.ti.1.de leg.2. & l.
100 q̃ teſtamẽto.eod.tit. Illud vero † admo
nendum ducimus. & quidem ſatis ad
rem qua de agimus pertinẽter, ꝗ dũ
prædiximus & loquuti ſumus de dua
bus diſpoſitionibus incõpatibilibus,
& omnifariã repugnantibus, intellexi
mus de his quæ non recipiunt inter ſe
concordiã, neq; conciliationem, nam
in his ſecunda diſpo.in effeƈtu eſt pri-
mæ correƈtoria, ac ſi in ſecunda pone-
retur diƈtio. imò, Quæ ſuapte proprie
tate, & natura ingenita eſt correƈto-
ria in auth.imò.cum alijs. C. de aƈtio.
& obli. quo caſu.ſ.incõpatibilitatis, &
omnimodè repugnãtiæ, etiam ſi incõ
tinenti, poſt primam diſpoſitionem
etiam vniuerſalem alia ponatur, corri
git præcedentem.l.ſi ita ſcriptum fue
rit, in prin.ff.de hære.inſti. ſecundum
communem gloſ. & Doƈtorum ibi,
101 ſenſum, & aduertatur diligenter, † ꝗ
hic non loquimur de repugnãtia, quę
ſubeſt vel poteſt inſurgere inter duas
diſpoſitiones ratione perplexitatis de
qua loquitur.l.ſi Titius. s̃. de condiƈt.
inſtit.& l.ſi titius.ſecunda Char. ff.de
verbo obliga.ab ſpirituali, vel à ceſſan
te ratione.& l.vbi repugnantia. ff. de

De diſpoſitionibus inuicem omnino repugnãtibus, & conciliationẽ inter ſe nõ admittentibus.

De diſpoſitionibus perplexis. & vi. infra.nu. 110.

regul. iuris. Tales enim diſpoſitiones
quæ ita repugnarent ratione ſimulta
neæ. ſeu mutuę perplexitatis, ſeſe in-
uicem colliderent, & neutra valeret,
† quam l.vbi repugnantia, glo. in l.ſcri
pturæ. C.de fide inſtrumentorum gl.
magna ante ſi.intelligit vt dixi, de re-
pugnantia inſurgente ratione perple
xitatis, vnà cum alijs iuribus ibi per
eam adduƈtis, vt poſtea in. 4. conclu-
ſione dicam, quanquam in caſu ſingu
lari, & vnico diƈtæ l.ſi Titius. ff.de ver
borum oblig. Iuriſconſultus diſſoluit
† eam perplexitatem, per quam.l. Glo
ſantur omnia iura de perplexitate lo-
quentia, & decidentia aƈtus perple-
xos ſimul collidi, & corruere vt intelli
gantur niſi talis perplexitas diſſolua-
tur per legem, vt ibi. I. Conſultus. mi-
rabiliter diſſoluit. & ob id allegaui
paulò ſuperius illam.l.ab ſpeciali, ſiue
à ratiõe perplexitatis ceſſante, ad idẽ
facit caſus ille difficilimus in. l. qui
quadringẽta, in princ.j̃.ad.l.Falci. ſin-
autem (vt ſemel) aƈtus inter ſe oppo-
nantur, & contrarientur ſimplici con
trarietate, inſolubili inquã (quia quan
diu ſolui poteſt, non poteſt dici realis
contrarietas, niſi tantùm apparens
l.ſi pater, & l.duobus. ff.de libe.cauſa.
cum ſi.) tunc habẽt locum ea quæ im
preſentiarum traduntur, & traƈtan-
tur in hoc articulo, præualẽtiæ vnius
aƈtus contra alium contrarium. Re-
deundo nunc ad eandem l.non ad ea.
verſic. quod ſi purè, prout ibi declarat
Paul.de Caſtr. poſt glo.ſecundã, idem
eſt relinquere per varias, ac differen-
tes formas (vt prædixi) in diuerſis ſcri-
pturis ex interuallo confeƈtis, & relin
quere in eadem ſcriptura, quando ex
interuallo, ideſt, aliquo intercedente
ſeu interueniente medio inter clauſu
las continentes prẹfatas diſpoſitiones
diuerſarũ formarum. Aliud relinque-
retur, itaque tales clauſulæ tam præ-

Ad.l.vbi repugnãtia.vi. infra.n.109.

Declarantur multa iura ꝺ perplexitate loquentia, p l.ſi Titius.ff. de ver.obl. 2 Char. ad eas que per illã datur not.ab. temperies.

Ad verſi. ꝗ ſi purè. l. nõ ad ea, ſupra citatæ.

 cedens,

cedens, quàm ſubſequẽs non ſint con
tiguæ, neque vicinæ, neque imme-
diatè cohærentes, ſed remote, aut in-
termixtis alijs clauſulis, de alia vel alijs
rebus tractantibus, vel loquentibus,
quibus ambobus caſibus, Paul. de Ca
ſtro, ibi poſt prædictam gloſſ. 2. tenet,
quòd per ſecũdam formam, etiã non
contrariam, ſed duntaxat diſtantem,
& differentem à prima, cenſetur ab
eadem prima receſſum, & ita dicit de
bere intelligi leges dicentes, quòd in
vltimis volũtatibus, poſterior ſcriptu-
ra præualet priori, ſcilicet, quando vl-
tima, ſiue ex interuallo facta poſt pri-
mam, eſſet contraria primæ, vel diuer
ſæ formæ à prima, & ambæ continen
tur in diuerſis ſcripturis, vel ſi in vna,
tamen in ea continentur ambæ di-
ſpoſitiones inuicem quoad effectum
(licet non apparenter) contrariæ, vt
quia ſunt diuerſarum formarũ, (quæ
licèt ſit quædam contrarietas in effe-
ctu, tamen quia ſunt compatibiles in
ſubſtantia, vt potè eædem, quoad qui-
ditatem, licèt quoad qualitatem di-
uerſæ, vel oppoſite non poſſunt dici,
abſolutè & ſimpliciter contrarię,) fuit
tamen (vt eſt dictum) quoddam in-
ter mediũ, actus extranei, inter vnam
clauſulam diſpoſitiuam & aliam ſimi-
liter diſpoſitiuã, his enim duobus caſi
bus poſterior tollit primã. Si verò am-
bæ diſpoſitiones diuerſarũ formarum
fierent incontinẽti vna poſt aliam, id
eſt, abſque aliquo intermedio extra-
neo. Siue in eadẽ ſcriptura, ſiue in di-
uerſis, cõnexis tamen vel coniunctis,
ſiue cohærentibus, & (vt modo dixi)
abſque alicuius actus medij interuen
tu, vel interpoſitione. Et his caſibus
ſecundùm Paul. de Caſt. poſterior for
ma non tolleret priorem, vel præce-
dentem, ſed per tex. in dict. verſiculo:
Quòd ſi purè, prædictę l. non ad ea. in-
ter has diſpoſitiones, eſſet legatarij

optio ex qua illarum malit legatum,
vel fideicommiſ. cõſequi. Sed reperiò
Rapha. Cuma. ibi; (cuius commenta-
rij nondum venerãt ad manus quan-
do iſta cœpi in ſcriptis tradere) aliter
tenentem, & reſoluentem iſtum in-
uoluolũ, ſeu implicitum articulum.

Opinio reſolutoria Rapha. Cuma. in intellect. prędicti verſiculi, quod ſi purè.

Videlicet quòd, cum (ſecũdum ipſum)
in vna eadẽq; diſpoſitione, non ſit da-
re. (propriè inquam loquendo) quid
priùs, vel quid poſterius, quia ex quo
vterque actus cõtinetur ſub vna atq;
eadem diſpoſitione, non eſt dabilis v-
nius actus ad alium prioritas neq; in-
teruallũ, ſiue vnius clauſulæ ad aliam.
vt in l. hæredes palàm. §. fin. ſ. de teſta.
l. quidam. ff. de præcl. legatario. quam
Barto. ibi eò modò ſummat. & tradit
idem Barto. in l. ſi ita quis ſubſtitutus,
poſt glo. ibi, & ibidem etiam Alberi. ſ.
de hæred. inſtit. Ad idem facit text. in
§. ante hæredis, inſti. de lega. cuius ra-
tio vltra eundem Rapha. eſt, quia to-
ta ſcriptura teſtamenti, vel codicillo-
rum abſoluitur. & cõcluditur, ſeu per-
ficiatur vno eodemq; momento, Imò
eodem inſtanti temporis punctuali.
104 † Quæ abſolutio, ſeu cõcluſio, vel per-
fectio, Hiſpanè vocitatur [otorgamiẽ
to.] De qua abſolutione tractat l. con-
tractus. cum materia. C. de fide inſtru
ment. & tangitur in text. & glo. vbi
Barto. & Alberic. poſt antiquiores, in
l. fideicommiſſ. §. 1. ſ. iſto tit. qui ſolet
allegari pro vndecima, in ordine. &
depromitur ex l. vnum teſtamẽtum.
& l. ſi is qui teſtamentum. ſ. de teſta-
ment. & vtrobiq; Bald. dicit, & notat
105 † quòd concluſio, perfectio, vel abſo
lutio teſtamẽti ſtat in puncto indiui-
ſibili, & ex eadem l. vnum, notat Aret.
primo notab. quòd teſtamẽtum non
dicitur eſſe quid corporeum, ſed po-
tiùs aliquid mentale, & intellectuale,
& inquiunt ijdem Bald. & Are. in dict.
l. ſi is, qui teſtamentum. primo notab.

Abſolutio actus inter viuos, vel vltimæ voluntatis Hiſpanè vocãt el otorgamiẽto.



quod teſtamentum eſt actus indiui-
duus, & dicitur perfici in vltima litera
ipſius concluſiua, & in vltimo verbo,
quando habetur pro completo, (vo-
lunt dicere poſt lectionẽ quæ de ſcri-
ptura teſtamenti debet fieri vno con
textu coram teſtatore, & teſtibus, vt
per glo. cum text. vbi Barto. in dict. l.
106 fideicommiſſ. §. 1.) † Sicut & omnia
pacta, & capitula contractus dicũtur
perfici in ipſa cõcluſione, hoc eſt quã-
do partes habent cõtractum pro ab-
ſoluto, & perfecto, vt in dict. l. contra-
ctus. (vulgo dicit. Otorgado, ò el otor
gamiento) vt modò dixi, & tradit Bar
to. in l. iuriſgentium. §. quinimo. col.
fi. ff. de pact. propè fin. Cum itaque (vt
redeam ad opi. Rapha.) capitulorum
ſub eadem diſpoſitione contẽtorum,
non poſsit inter ſe ipſa dari prioritas,
neque poſterioritas, poteſt dici ſecun
dum eum, quòd prædicta l. non ad ea.
in princi. intelligatur, dum dicit. [Ex
interuallo,] id eſt, ex duabus diſpoſi-
tionibus, putà ex teſtamento, & codi-
cillis ſeparatim factis, vel ex duob9 co-
dicillis eodem modo, id eſt, ſeparatim,
vel ex interuallo factis, ſed in quãtum
j. proximè, in verſic. quòd ſi purè, di-
cit, [in continenti.] intelligatur, quòd
duæ vel plures diſpoſitiones diuerſa-
rum formarum, ſiue duæ formæ cen-
ſeantur fieri incontinenti, quando fie
rent in eadem voluntate teſtamenta
ria, vel codicillari, id eſt, intra eandem,
& ſic ſecundùm eundem Rapha. nul-
la ſecunda diſpoſitio particularis, ſub
diuerſa forma concepta, ab alia diſpo-
ſitione particulari priori, tollit illam ſi
ambę fiant intra idem teſtamentum,
vel intra eoſdem codicillos, ſiue incõ-
tinẽti vna illarum diſpoſitionum par-
ticularium, diuerſarũ formarum fiat
poſt aliam, abſq; aliquo intermedio,
ſiue ex interuallo, id eſt interpoſita,
vel interpoſitis, alia clauſula, vel alijs

clauſulis de alijs rebus tractantibus, id
eſt omnino diuerſis, ab illis propoſitis
de quibus diſponunt præfatæ formæ,
vt per Bart. in l. fi. ad fin. de rebus dub.
& profecto in hac opin. fui ſemper, tũ
quando interpretabar. l. non ad ea.
ſ. citatam, tum etiam quãdo interpre-
tatus ſum ſemel, bis, atque iterum. l. ſi
quis eum. in princ. ſ. de vulga. in ſede
mea primaria, matut. priùs q̃ viderẽ
commentarium, Rapha. Cuma. ſuper
infortiato. quod multis poſtea annis
fuit impreſſum, & poſtea etiam repe-
rij eandẽ opi. ſiue declarationem Ra-
pha. citatam (licèt ad aliam rem) per
Claud. in l. Marcellus. §. quidam libe-
ris. aliàs libertis. col. 1. ad fi. verſic. & ad
rationem. j. ad Treb. quam ipſe Clau.
ſic intelligit, videlicet, quòd id quod
ibi dixerat idẽ Rapha. (quod eſt idem
effectu, & re ipſa, cum eo quod. ſ. retu-
li eũ dicere, in dict. l. non ad ea.) vide
licet, quòd teſtamentum fit, ſeu fieri
debet vno contextu, & ſic intra illud
teſtamentum non attenditur, neque
conſideratur quid ſit priùs, quid item
poſterius, intelligi debet quoad vali-
ditatẽ, vel inualiditatẽ contentorũ in
eodẽ teſtamẽto. ſed quoad effectũ (in-
quit ipſe) aliquãdo eſt differẽtia, vt pa
tet (ſcđm eum) ex notatis in. l. filium. j.
Quando dies legati cædit. & per Bar.
in l. 2. §. priùs. ſ. de vulga. & pupi. ſic igi
tur Claudius ponit pro regula opinio
nem Rapha. & tamen eius ſub decla- De eadẽ. re.
ratio reſtrictiua, obſtat aliquatenus
Raphaeli, quia videtur loqui reſpectu
ordinis, & ſic vult ipſe Claudius, quòd
attendatur ordo verborum, intra ean
dem diſpoſitionem. Sed certè non eſt
ad eũdem ſcopum, in quem tendit ſer
mo noſter, videlicet, quòd ſecunda di
ſpoſitio particularis, quę poſt primam
itidem particularem ſequitur, ſub ea-
dem diſpoſitione vniuerſali, vel gene
rali ſeſe, compatiatur cum prima, vel

minimè, quando ambæ ſunt diuerſa-
rum formarum, & ſic an inter eas de-
tur electio, nec ne, prout in dict. verſi.
quòd ſi purè. & an vnà, ideſt, ſecunda
abſorbeat primam, necne. Sed loqui-
tur eo reſpectu, an fiat repetitio eiuſ-
dem qualitatis, de ſecũda ad primam,
vel econtrà nam & glo. quam clau. al-
legat in dict. l. filium, facit vim in ordi
ne, vt qualitas in prima diſpoſitione
adiecta, repetatur in ſecunda, & non
econtrà, non autem text. vel glo. ibi
tractant de ſublatione primæ per ſe-
cundam, neq; de electione inter eas
facienda, vt vna earum ſola remaneat
valida, necne. & ita allegat & intelli-
git eam glo. Barto. in l. fi. verſic. ſecun-
da ratio. j̃. de reb. dub. & in l. quiſquis.
j̃. iſto titulo, & Paul. de Caſtr. in l. auia.
in princ. j̃. de condit. & demonſtra. &
illam declarationem Bart. in dict. l. fi.
commendat, & ſubdeclarat Paul. de
Caſtr. in l. interdum. in princ. s̃. de hæ-
red. inſtituen. & notat vt ſingul. Iaſ. in
l. 1. col. 2. eademq́; vlti. C. de libe. præ-
teri. & ſic termini noſtri, ab illis ſunt
De eodem. prorſus diuerſi. Præſertim, quia ſi pœ-
nitus rem ipſam intueamur, glo. iun-
cto tex. in dict. l. filium, loquitur quan
do inter legatum poſt conditionem
appoſitum, fuit facta interpoſitio refe
rens qualitatem, ideſt, ipſam conditio
nem ad ſolam inſtitutionem, ſed iſti
non ſunt termini noſtri, Imò (vt eſt in
prouerbio) diſtant ex diametro vt pa-
tet ex prædictis. Præterea ſi ordo lite-
ræ attendatur, verborum inquam Bar
to. in his quę tradit in dict. §. prius. l. 2.
ſimiliter, nõ ſunt ad effectum de quo
diximus loqui, verſic. quòd ſi purè, de
cuius intellect. hucuſq; eſt actum, ſed
quoad prælationẽ inter perſonas, vel
inter diſpoſitiones præcedentes, & ſe
quentes reſpectu qualitatis, non au-
tem reſpectu excluſionis totalis vnius
vel alterius, perſonæ, vel diſpoſitionis,
ſeu ex perſonis, vel ex diſpoſitionibus,
prout etiam. s̃. dixi, & de ordine inter
perſonas, vel reſpectu perſonarum, eſt
bonus text. in l. quoties. in princ. ff. de
vſufr. & de ordine inter diſpoſitiones
vt inſtitutionẽ, & ſubſtitutionem, eſt
tex. in l. fi. ad medium. C. de hær. inſti.
dũ dicit de conſequentia, vel ordine
verborũ. miſſa facio đ induſtria plura
quę circa iſtũ articulũ, poſsẽ tradere,
in præſentiarũ, ſed hucuſq; inſteti, ne
obeſſet prædicta cõſideratio, ſeu pun-
ctuatio Claudij prout verè non obſt.
intelligẽtiæ Raphaelis, qui proculdu
bio optimè, & expeditè loquitur in eo
ad qđ eum. s̃. retuli, circa intelligentiã
107 præfatam & † ideò in puncto iuris ve- Declaratio Pau. de Caſ. ad verſi. qđ ſi purè, eſt cõmunis. Sed Raph. eſt verior.
rior, & tutior, videtur intellect⁹, & de
claratio ipſius quàm Paul. de Caſtr. &
communis. qui tamen ſeruaretur in
practica, & quod ſit communis atte-
ſtatur idem Raph. Cum. in dict. l. non
ad ea, poſt glo. 2. Ibi, quæ illum voluit,
vt. s̃. eſt dictum. Qua intelligẽtia com
muni retenta, reſolutio in hoc pũcto
aſſiduo, & frequentiſſimo, nec minus
ancipiti, vltra doctorum ſcripta vbili-
bet, de hac re tractantium (licèt ſatis
ieiunè, & imperfectè) poteſt deſumi
per concluſiones ſequentes.

Prima concluſio, Si intra eandem Reſolutio memorabilis in hoc articulo cotidiano voluntatum vlti.
ſcripturam. i. in eodem teſtamẽto, vel
ijſdem codicillis, & ſic in eadẽ volun-
tate, vltima, perfecta in q̃ in ſua ſpecie
prout ſunt codicilli, reſpectiuè ad te-
ſtamentum, ponuntur variæ diſpoſi-
tiones, ſiue vniuerſales, ſiue particula-
res, referendo ſingula ſingulis, ideſt
vniuerſales, ad teſtamentũ, particula-
res ad codicillos, diſpoſitiones inquã
diuerſarum formarũ reſpectu vnius,
& eiuſdem perſonę, hoc eſt in illius fa
uorem, & ſecunda illarum diſpoſitio-
num quæ eſt diuerſæ formæ à prima,
ponitur, interiecto medio poſt primã
& ſic ex interuallo, talis ſecũda diſpo-
ſitio,



ſitio, etiam ſi primę non contrarietur,
ſed ſint ſolummodo diuerſarum for-
marum, tollit primam, & eam abſor-
bet, & hoc probatur ex dict. l. non ad
ea, in princ. 1. reſpon.

Secunda, quando prædictæ diuerſæ
formę, reſpiciunt eandem perſonam,
& itidem ponuntur in eadem diſpoſi
tione, prout eſt in caſu præcedentis
cõcluſionis, tamen vna ponitur incon
tinenti poſt aliam, & ſic abſque inter
medio extraneo, & abſque vllo inter-
uallo, tunc ſecunda diſpoſitio non re
uocat primam, quia non eſt veriſimi-
le, teſtatorem ſeſe voluiſſe incõtinen-
ti corrigere, ſed legatario cui eo mo-
do legatum eſt factũ ſub diuerſis for-
mis, optio ex vtra illarũ formarum ma
lit conſequi legatum. vt in ſæpe allega
to verſi. quod ſi purè. l. nõ ad ea, ſecun
dum intellect. glo. Pau. de Caſt. & cõ-
munem, ſed ideſt ſubintelligendum,
vbi præcedit forma purè concepta, &
ſequitur forma ſub conditione conce
pta, ſecus autem eſſet in caſu econtra
108 rio, † ideſt quando ſequens eſſet pura,
Conciliatur ver. quod ſi purè, cũ vltimis verbi. eiuſdem leg. nõ ad ea qui text. prima fronte videbatur inuicẽ repugnare.
& præcedens cõditionalis, quia ſecun
da pura vtpotè plena, tolleret primã,
vt minimè plenam, vt in dict. l. nõ ad
ea, in finalibus verbis principij, qui ſe-
cundum cõmunem intell. s̃. relatum
ita debet conciliari, cum dict. verſicu.
quòd ſi purè, ſæpius allegato, cui vide
tur aduerſari, ad qđ eſt text. optimus
in l. ſi ita ſcriptum fuerit. 2. s̃. de hære.
inſtit. & vtrobiq́;, ideſt, tam ibi, quàm
in dict. l. non ad ea, refert ſe de vna. l.
ad aliam, licet ſecũdum præfatum in-
tell. Rapha. id non procedat, ſed com
munis vt eſt prædictũ, ſequendus eſt.
Quid autẽ ſi illę formæ reſpicerent
fauorem diuerſarum perſonarum, vi.
Paul. de Caſt. poſt Barto. in dict. l. non
ad ea. verſi. ad iſtam legem.

Tertia, quando ſecunda diſpoſitio
eſt contraria primæ, & ſic cum illa in-
cõpatibilis, reuocat proculdubio pri-
mam ſiue præcedentem, modò pona
tur poſt primam illico, aut incõtinen-
ti, modò ex interuallo, & ſiuè in eadẽ
ſcriptura, ſiuè in diuerſis, vt in prædi-
ctis. ll. ſi ita ſcriptũ fuerit, de hære. inſti
tuend. & ſi quis eum. in prin. de vulg.
& pupi. & l. ſi idem ſeruus. 2. reſpon. s̃.
titu. 1. & l. qui teſtamento, eodem tit.
in quarũ. ll. prima. text. loquitur, quan
do ſecunda diſpoſitio incontinenti fa
cta poſt primam: fuit cõtraria primæ,
per modum correctionis, ſeu correcti
uè, quæ eſt contrarietas irreconcilia-
bilis, atq́; euidens incompatibilitas. in
reliquis autem legibus. s̃. proximè ci-
tatis. in ipſarum generalitate probať
de alia cõtrarietate quæ reſultat pro-
pter incõpatibilitatem, ſecundæ cum
prima, ſiue incontinenti, ſiue ex inter
uallo, vna poſt aliam ſequatur.

Quarta, quando prædictæ duæ di-
ſpoſitiones, præcedẽs, & ſequens, ſunt
inter ſe omninò incompatibiles, alia
ratione, ſcilicet, indiſſolubilis perple-
xitatis, ſicq́; inter eas non poteſt con-
ſiderari, quòd reuocatio fiat vnius per
aliam, neq́; alterius per alteram, cum
inter eas non poſsit dari prioritas, ne-
q́; poſterioritas, & iſto caſu ambæ di-
ſpoſitiones ſeſe inuicem collidũt, fran
gunt & impediunt, ita vt neutra poſ-
ſit habere aliquid validitatis, per l. vbi
repugnantia. ff. de regu. iuris, vbi glo.
eam exemplificat in caſu l. ſi Titius. s̃.
de cõdi. inſti. s̃. etiam citatę, & ibi De-
cius exẽplificat etiam alijs modis, qui
per eum videri poterunt, quæ lex vbi
repugnãtia procedit propriè, vbi ſub-
eſt talis repugnantia, quæ omnino &
præciſè tollit, & ſubmergit, conſen-
ſum diſponentis, ita Bald. in l. 1. ad fin.
109 ff. de acquirend. hære. cuius † non me Intell. l. vbi repugnantia đ reg. iur. ex Bal. alibi depromptus.
minit Decius, in dict. l. vbi repugnan
tia, neq́; alibi vidi Bald. vbi. s̃. relatum,
& tamẽ illa ipſius declaratio eſt ad mo

Ceneralis ratio, quare perplexitas regulariter viciet oẽm aƈtũ, & diſpoſitionem.

110 dum eſt notanda, † colligi poteſt generalis ratio, quid cauſæ eſt, q; omnes ac quaſcũq; diſpoſitiones regulariter perplexitas viciat, ac proſternit? ea enim eſt, quia omnino impedit agẽtis, ſeu diſponentis conſenſum, & cũ conſenſus abſit ab eiuſmodi aƈtu perplexo, nullo paƈto poteſt conſiſtere, nam

Maxima Phi. tolle voluntatem de medio, &c.

aliàs philoſohus inquit, tolle volũtatẽ de medio, & omnis aƈtus manet indifferens. quod retulit Bal. in epithome. l. fœdiſſimã. C. de adulte. facit. c. cum

Ad eãdem l. vbi repugnãtia alius intell. ex gl. & alibi.

111 ſuper. de offi. deleg. † Et ad eandem l. vbi repugnantia, inquit oportunè idẽ Bal. in l. 1. 3. col. repetitiõis. C. de ſacr. ſanƈt. eccl. q; lex illa procedit quando repugnãtia ſubeſt reſpeƈtu eiuſdem aƈtus in ſeipſo, & ſic aƈtus quoad ſeipſum, vel in ſeipſo eſt repugnãs, vel ſecundum Dyaleƈticos cõtradiƈtorius, intra idem teſtamẽtum, vel intra eoſdem codicillos, aut intra eandemmet diſpoſitionem in ſemetipſa. i. inter Capitula, vel clauſulas ipſius, & hoc eſt quod vult tex. ibi dum dicit, loquẽdo in numero ſingulari [in teſtamento.] Nam ſi eſſet repugnãtia de vno teſtamento ad aliud, vel de vnis codicillis ad alios, vel de teſtamento ad codicillos, aut econtrà, vel de quacũq; diſpoſitione ad aliam, aut de quouis aƈtu ad alium, in vltimis inquã voluntatibus, his caſibus, aƈtus potentior (qui præſumitur ille qui eſt vltimus) præualeret, per ea quæ pleniſſimè tradita ſunt in primo euidentiali, & ampliationibus eiuſdem, iunƈtis traditis. s. in hoc. 2. euidentiali. & ante Bald. ita intellexit glo. illam l. in l. ſcripturæ. C. de fide inſt. glo. vna poſt mediũ, ſed obſeruandum eſt, q; licet per glo. illam & per id qđ Bal. vbi. s. dicit illa. l. vbi repugnantia, non poſſit trahi, ad terminos diƈt. l. ſcripturę, neq; econtrà, quia illa l. ſcripturæ, loquitur de diuerſis diſpoſitionibus, ſed l. vbi repugnantia, vt. s. dixi, loquitur de vna tãtum, ſi tamen duæ ſcripturæ omnino repugnãtes, producerentur ad vnum, & eundem finem, eũdemq; effeƈtum, & faƈta relatione vuius ad aliam, reſultaret ſimultanea, & incompatibilis repugnantia, vnius ad aliam, & alterius ad alteram, ideſt, diſpoſitionnm in eis contentarum, & ſic ſeſe mutuo, & reciprocè impedirẽt, neutra earũ probaret, ſi eſſent æqualiter munitę, extrinſeca & apparẽti ſollẽnitate, etiam ſi producerentur à diuerſis partibus, (quando inquam eſſet repugnantia irreconciliabilis) & induceret perplexitatẽ, & ſic licet per glo. in eadem l. ſcripturæ. & per Bal. in d. l. 1. fiat differentia inter illas duas. ll. quam prædixi, quòd l. ſcripturæ loqui

Ad eaſdẽ. ll. declaratio altera, earũdẽ conciliatrix.

112 tur in diuerſis aƈtibus, † & l. vbi repugnantia, reſpeƈtu vnius & eiuſdem aƈtus, tamen quoad iuris effeƈtum cõcordant, quando repugnãtia inter tales ſcripturas, ideſt, aƈtus in his cõtentos, eſſet indiſſolubilis, irreconciliabilis, & perplexa, & ambæ ſcripturæ (vt dixi) eſſent pares quoad extrinſecã, & apparentem ſolẽnitatem, & tenderent in eundem finem & effeƈtum, vt s. etiam eſt diƈtum, neque video, ſtantibus inquam præfatis terminis, quid referat, an tales ſcripturæ producantur ab vna, vel à diuerſis partibus, vel an repugnãtia ſit intra eũdem aƈtum, vel inter diuerſos, & hoc eſt verum, licet glo. in eadem l. ſcripturæ, videatur conſtituere diſcrimen inter illas. ll. & etiam velle, q; lex eadem, nõ loquitur in perplexitate, ſed eſto q; ita ſit, ſi tamen caſus (vt dixi) eueniat, à fortiori habebit locum l. illa, quia arguitur de

Inter perplexitatẽ, & cõtrarietatẽ indiſſolubilem quo ad iuris effeƈtũ vel efficatiam, nõ datur diſſidium.

113 minori ad maius. Præſertim † quia inter contrarietatem indiſſolubilem, & perplexitatem, perexigua, aut propè nulla eſt differentia, quoad iuris effeƈtum, & cõſiderationem quæ eſt, q; aƈtus perplexi ſeſe inuicem collidunt, & ſic



& ſic ſunt prorſus inualidi ab ipſorũ produƈtiõe in eſſe, ſiue in inicio, ſuntq; ipſo iure irriti, & inanes. Et circa

Remiſſiones ad varia loca quibus tradũtur nõnulla exẽpla perplexorum.

114 † ſophiſmata perplexa, quæ ad ius noſtrũ attinent, vi. Aul. Gell. lib. 5. c. 10. ſuarũ noƈtium Atticarũ, ponentem vnum quod refert Stepha. Fede. de. ll. interpreta. col. 53. & Barba. in proœ. Clemen. & Iaſo. in l. ita ſtipulatus. col. 15. ff. de verbo. obliga. ponentem de illa perplexitate, poſt Barto. ibi. 2. oppo. 5. part. vbi de ea tangit. & dicit Iaſ. q; illa poteſt diſſolui, & decidi per regulam cùm nõ ſtat, de reg. iur. lib. 6. Sed ante eum idem dicit Io. Bapt. de Cacialup. in traƈt. de trãſaƈt. q. 9. ſed Bal. in compendioſa, (alij dicũt eſſe Tãcreti, ) fol. 91. in paruis. tit. de ſignifi. diƈtionum, autem iſtos dicit illud ſophiſma apparenter perplexum poſitum à Gel. vbi s. ſolui per l. iure ciuili, & l. in omnibus cauſis. ff. de reg. iur. & ibidem Bal. ponit aliud ſophiſma ſimiliter præ ſe ferẽs perplexitatem, de l. qui quadringenta. ad l. fal. & aliud de l. Claudius. ff. qui po. in pig. hab. quæ duo, Bald. dicit indiſſolubilia, & relinquit ea in ſu-

Duo inſolubilia.

ſpenſo indiſſoluta. Aliud etiam ẽ Gellio ſophiſma referunt Iaſ. & Lance. in l. 3. C. de eden. Aliud ponit Petr. Iaco. in praƈtica poſt arborem regum Franciæ. col. 4. vid. Alt. in libr. 1. Parergo. 1. primi volu. cap. 8. Deinde in. c. 19. vbi loquit' de illa l. Claudius & ponit exemplum ad illam, nihil tamẽ reſoluit. vi. etiam aliud perplexum, per eũdem Gell. c. vlt. libr. 9. Et hæc de iſto ſecundo euidẽtiali. ſatis ac ſuper. Quamobrem operæpretium erit, tempeſtiumque ad iſtius l. interpretationem accedere.

Diuiſio legis nſæ, trimembris.

Diuiditur hæc l. in tres particulas, in quarum prima locatur thema, cum ipſius deciſione, In ſecũda ponitur ratio decidendi, In tertia limitatio deciſionis, vel primi reſpõ. Prima in prin. Secunda ibi [nemo enim] Tertia ibi, [ſed hoc ita,] ſummatur vt per Barto. cuius ſumma fuit Dy. Alber. teſtante.

Epithome, duplex.

dum refert Dy. ſummam, quæ eſt eadem cum ſumma Barto. videlicet, ſi prima volũtas eſt derogatoria vltimę, præualet ei, niſi per eam vltimam reuocetur, ſpecialiter. Quæ eſt competens, & apta ſumma. vel aliter ſummatur ſecundum Ange. de Peri. hoc modo. Vltima voluntas, derogatoria ſpecialiter primæ, præualet eidẽ primæ, quæ fuit eiuſdẽ vltimę, primò derogatoria. Sed præcedẽs epitome eſt apertior, quãquam ambæ in eundem tendunt Scopum.

Et quia noſtratium doƈtorum commentarij verſantur potiſsimũ in hoc, q; poſt euidencialia præſupoſita à quibus interpretandi exordium ſumunt. progrediuntur ad elicienda ex text. quem interpretantur, & ornant, pronuntiata, quæ paſſim vulgus notabilia appellat, ne illorum morẽ iamdiu à multis retro tẽporibus cuſtoditum tranſgrediar, ad id expediendum, con-

Præmiſſa ad textualiũ, introitum.

deſcendo, Præhibito prius ad intelligentiam textualium, inquãtum in primis legis verbis dicitur, ſi quis in principio teſtamenti, Quòd teſtamẽtum

Duplex acceptio termini teſtamentũ.

ſumitur dupliciter. Primo pro ipſa mẽtis teſtatione, ideſt, teſtimonio vel declaratione, de qua in princ. inſti. de teſta. ordi. Seu pro noſtræ voluntatis iuſta ſententia, de qua in l. 1. s. de teſta. quod in idem recidit, & hoc modò ſumendo teſtamentum, eſt quid intellectuale, & in iure conſiſtens. vt in l. vnum teſtamentum, & in l. ſi is qui. s. de teſtamen. s. non ſemel citatis. vbi Bald. & reliqui doƈtores poſt eum, ex eis notant, quòd teſtamentum ſtat in vltimo punƈto indiuiſibili, perfeƈtionis & in eo ſtat ipſius forma ſubſtantialis, ſiue eſſentialis. Vnde ſecundum eos in vltima litera concluſi

ua teſtamẽti, ſtat illius eſſentialitas, &
formalitas, vti latius. ſ. tradidi in. 11.
ampliatione, & iſto modo non capi-
tur hic teſtamẽtum, cum lex iſta con-
ſideret, in prędictis primis verbis prin
cipium teſtamenti, & ſic primã ipſius
partem materialem, & viſibilem, ſeu
legibilem, & poſt modum deſignet
aliam partem poſteriorem teſtamẽti
eiuſdẽ, quarũ partiũ diſtinctio, ſeu de-
ſignatio, nõ poteſt cadere in prædicta
ſpecie teſtamenti, intellectualiter ac
iuridicè ſumpti, nam cum (vt eſt iam
dictum) ſit res incorporea, & ob id in-
diuiſibilis, vtpotè voluntatis teſtatio,
vel ſententia, non poteſt ſcindi, vt in
l. eum qui. §. pro parte, ad fin. ff. de his
q. b. vt indig. & l. nã abſurdũ. ff. de bo.
libert. iuncta l. neminem. ſ. titu. 1. vbi
Raph. eam citat ad rationem illius, &
coniũcta generali iuris regula dictan
115 te, † omnia illa quæ in iure conſiſtunt
eſſe indiuiſibilia, vtpotè incorporea,
& intellectualia. l. 1. §. fin. ff. de rerum
diuiſ. & l. ſtipulationes non diuidunt,
in prin. ff. de verbo. obli. & inſti. de re-
bus corpo. & incorp. per totũ. & cõſe-
quenter in talibus rebus incorporeis,
& indiuiſibilibus non poteſt conſide
rari prioritas ac poſterioritas in ſeipſis
inquàm l. quidã. vbi Barto. j. de pecul.
lega. Sicque non eſt ordo conſidera-
bilis, eo quia neque anterioritas, neq;
poſterioritas & conſequenter, neque
præpoſteratio hîc poteſt cadere, vt in
§. ante hæredis, inſtit. de legat. ex quo
in tali teſtamento intellectuali, non
poſſunt conſiderari partes quas lex
iſta cõſiderat. Quare neceſſe eſt hũc
text. intelligere in teſtamento mate-
rialiter ſumpto, ideſt, in ſcriptura te-
ſtamenti, quæ eſt probatio quædam
teſtationis, vel teſtimonij voluntatis
defuncti, quod patet, quia de vno, &
eodem teſtamento intellectuali, poſ-
ſunt fieri plures ſcripturæ originales,

Quæ in iure conſiſtũt, vt potè incorporea, & intellectualia, ſunt (facto inquam hominis) indiuiſibilia. Quæ eſt regula infallibilis.

Intell. literæ textualis.

& ſic duo teſtamenta, vel plura, mate
rialia, vt in ſæpè allegata. l. vnum teſta
mentum. ſ. de teſtament. in dict. l. 1. §.
ſi quis in duobus. j. de bono. poſſeſ. ſe-
cundum tabu. & in l. fin. ff. de his quæ
in teſtamento delen. & l. antepe. pri-
mo reſpon. ſ. quemadmodum, teſta-
menta ape. & non eſt omittendum,
quòd ſicut de vno teſtamento, ideſt,
de vna diſpoſitiõe vltima, poſſunt fie-
ri plures ſcripturæ, vel teſtamenta, vt
116 modò eſt dictum, Ita ecõtrariò, † duo
pluresuè, poſſunt eadem charta teſta-
ri, ſecundum Bald. Paul. de Caſtr. &
Salice. & moder. in l. licet inter priua-
tos. C. de pactis. per illum text. in ver-
bo, ſpiritum. Quorum meminit Iaſ. in
l. patris & filij in vlti. verbis. ſ. de vul-
ga. & pupilla. ſunt tamen, ſecundùm
iuris poteſtatem plura teſtamenta, &
tot quot ſunt perſonæ teſtantes, ideo
q; altero ipſorum præcedente, ſuper-
ſtes poteſt reuocare ſuam propriam
diſpoſitionem, vtpotè iuris intellectu
& poteſtate ab altera diſtinctam ac ſe
paratam, cum ſint duo teſtamenta in
tellectu, vt eſt dictum. Et ita eam rem
decidit Old. conſi. 174. & in rub. C. de
lega. prout Alber. ibi eum refert, nam
illum commentarium Old. ſuper. C.
nũquam vidi. Et hæc in modum præ-
uiæ cuiuſdam inſpectionis, ad literam
huius legis tradidiſſe ſufficiat.

Duo pluresuè poſſunt ſimul ac ſemel, eadem charta teſtari.

Præcedentis dicti declaratio.

¶ Legis verba ſunt.

Verba legis

SIquis, in principio teſta-
menti adſcripſerit, cui
bis legauero ſemel de-
beri volo, poſtea eodem teſta-
mento, vel codicillis, ſciens, ſæ-
pè eidẽ legauerit, ſuprema vo-
luntas potior habetur. Nemo
enim ſibi eam legem poteſt di-
cere vt à priore recedere non li
ceat.



ceat. Sed hoc ita locum habe-
bit, ſi ſpecialiter dixerit prioris
volũtatis pœnituiſſe, & voluiſ
ſe vt legatarius plura legata ac-
cipiat.

EX hac l. vltra ipſius deciſionem
ſummariam, quam in princi. pa-
gi. præceden. ex Dy. Barto. Alberic. &
Ange. de Perigl. deſignaui, nonnulla
alia memoratu digna colligi poſſunt
Primùm videlicet, Quòd ille cui
bis, vel ſæpè teſtamento eodem, vel
eiſdem codicillis legatur, totiens, quo
tiens, ei legatur, debet conſequi quod
ſibi eſt relictũ, ſecundùm Bart. Quod
deducitur apertè ex hoc text, nam ſi
teſtator hîc primo loco non expreſſiſ
ſet, quòd cui bis legaſſet, ſemel debe-
retur. præſuponitur hîc quòd debere-
tur pluries: nihil enim impedit, quen-
quàm poſſe capere pluries ex eodem
teſtamento, ex diuerſis inquam diſpo
ſitionibus particularibus in eo cõten-
tis. Idemque pari ratione, imò fortiori
dicendum, in pluribus ſimilibus diſpo
ſitionibus in teſtamento, & codicillis
cõprehẽſis, & ſic in diuerſis ſpeciebus
vltimarum voluntatum, prout ſunt te
ſtamentum, & codicilli. l. ſi idem. C.
de codicil. l. non codicillum. C. de te-
ſtamentis. Ac ſi relinqueretur ſimili-
ter, & ſemel in eadem vltima volun-
tate, teſtamentaria, ſiuè eodem teſta-
mento ſolo. vt in. l. quinquaginta. ff.
de proba. j. etiam alleganda. Ad idem
l. cum centum. j. de adimen. legat. vbi
tamen videtur inſuper requiri, quòd
appareat fuiſſe de voluntate teſtato-
ris, vt voluerit legatum duplicare, ſed
nihilominus idem iuris eſt in caſu du
bio de quo prædixi, quia talis volun-
tas duplicandi, præſumitur ex talibus
legãdi actibus repetitis, ſiuè in eadem
voluntate vltima, ſiuè in diuerſis. Vt

Primùm pronunciatũ, qđ noſtrates notabile vulgo appellant.

deducitur ex hoc text. ſuprà proximè
inducto. Niſi aliud in contractum ap-
pareret ex verbis per eum expreſſis, q̃
noluerit duplicare legatum. vel ſal-
tẽ colligatur talis volũtas ex aliqua di
ctione taxatiua, in primo legato appo
ſita. l. ſi ita ſit adſcriptum. ſ. tit. 2. de le-
gat. 1. & in. l. 3. §. cum Titio. j. de adim.
legat. & ita tenet Barto. in dict. l. cum
centum, propè finem. verſi. aut ſecun-
117 dum leg. † & iſtud de dictione taxati-
ua, vltra ipſum Barto. ſuadetur nam
eiuſmodi dictionum taxatiuarum na-
tura eſt, includere virtualiter negati-
uam, vt ſi teſtator dicat ſe legare Titio
ſola. 10. vel. 10. ſolùm, vel ſolummodo,
vel tantum, aut tantummodo, nam
eſt idem ac ſi diceret, & non habeat
plus, aut amplius, vel vltra id quod ei
lego text. eſt, vnde iſta communis al-
legatio depromi ſolet, & ad varias iu-
ris materias adduci, in. c. cũ Eccleſia
Sutrina. poſt prin. ibi, [Ad eos tantum
ſpectaret electio,] iunctis verbis ſeq.
ibi. [Et quòd negatiuam quodammo-
do aſtruere ſatagerent.] De cauſa poſ-
ſeſ. & propriæ. quem text. in id expen
dũt ibi Inno. & Panor. ad materiam
teſtium. & Barto. in l. vna. ff. ſi quis ius
dicen. non obtempe. vbi Alexan. Iaſ.
Soci. de hac re tradunt, & nouiſſimè
in eodem cap. cum Eccleſia, tradit Io.
Franciſc. à Ripa. 8. notabili. & rurſus.
nu. 70. ſic igitur (vt præmiſſa repetã.)
ex dictis Barto. in dict. l. cum centum,
liquet, quòd quando ſecundum le-
gatum fuit ſimpliciter factum eidem
legatario, cui met primum legatum
fuerat factum, in dubio præſumitur te
ſtatorem voluiſſe duplicare legatum,
ſiue talia legata fuerint relicta in di-
uerſis vltimis voluntatibus, ſiue in
vna & eadem, de duabus ſiue diuer-
ſis, eſt text quem Barto. ibi adducit in
membro ſecũdo diſtinctionis, in præ-
dicta l. quinquaginta. ff. de probatio.

Diſtinctionũ taxatiuarum natura ingenita & genuina eſt, includere, ſeu cõprændere negatiuam.

de eadem

de eadem voluntate eſt text.in prædictis.ll. ſi ita ſit adſcriptũ.& l. 3. §. cum Titio. quas inibi Barto. etiam affert, & de vtriuſque eſt text.in hac l.in illis verbis. [Poſtea in eodem teſtamẽto, vel codicillis.] De quo Barto. ibi non meminit, Et iſtum primum pronuntiatum, ſeu notabile ex iſto text. elicitum (vt ad eius diſcuſſionem redeã) intelligi debet, quando diuerſæ ſpecies, vel ſummæ relinquerẽtur per teſtatorẽ eidem legatario, pluries in vna vel diuerſis diſpoſitionibus vt eſt dictum, Quid autem quãdo eadem res, vel ſumma, relinqueretur pluries ab eodem, & eidẽ tradam. ĵ. ſuper prima oppo. Bart. ad prædicta, etiam confert tex. optimus, quem doctores hic non afferunt, in l. ſi is qui.cc.in princ. ff. de rebus dub. vbi iuncta glo. 2. probatur ſecundùm Rapha. Cuma. ꝗ ſi in eodẽ teſtamento relinquerẽtur alicui per teſtarorẽ diuerſæ quãtitates, vel ſummæ, vnà earum maior, altera minor, ſeparatim inquam, ideſt, in diuerſis oratiõibus aut clauſulis, vnà diſpoſitio non abſorbetur per aliã, ideſt, minor per maiorem, ſed vtraque ſumma, vel quantitas debetur legatario, imò fortius, tex. ille probat, quòd iſte caſus ſit indubius. Dum dicit, [Singulæ ſummæ ſeparatę quidem, certam habent demõſtrationem;] & protinus ſubdit, [coniunctione verò tali] (Nam is erat alius caſus circa quem ibi, ſecundario dubitabatur) [incidunt in ambiguitatem] vult itaq; litera illa, quòd primus caſus de quo. ſ. proximè eſt dictum, nullam, aut exiguam præ ſe ferat dubitationem, quem text. poſt Rapha. Cuma. notat etiam Soci. ibi ad fi. principij illius l. remittens ſe ad Bart. in d. l. cum. c. Vbi Bart. poſt principium, in verſic. quare, dicit Iacobum, idem vel le, per eandem. l. cum centum, & per ſæpè allegatam l. ſi ita ſit ad ſcriptum. ſ. titu. 2. de lega. 1. & tamen Bar. (vt dixi) non meminit ibi, dict. l. ſi is qui.cc. in prin. ſed eam etiam allegat ipſemet Rapha. Cuma. in l. Quid ergo la. 1. in prin. ſ. de legat. 2. ad idem quod prædiximus eundem illam ibidem notare, ideſt, in eadem l. ſi is qui.cc.in prin.

De eodem.

Ad idem.

Secundum pronuntiatũ

Secundò, colligitur ex hoc text. id in quo ſiſtit eius deciſio principalis, Quòd prima voluntas derogatoria ſecundæ debet econtrà per ſecundam, contra derogari, vel reuocari & quidẽ ſpecialiter, vt primę pręualeat talis voluntas. 2. aliàs primam non tolleret, ratio primi eſt, quia proteſtatio quæ in prima uoluntate poſita eſt, præuentiuæ, in ſequentis voluntatis derogationem, ex tunc oſtẽdit in ſecũda deeſſe animũ, ſeu volũtatem teſtatoris eam apponentis, abſolutè inquã vbi proteſtatio præceſſiſſet generalis, ſimplex, & abſoluta, vt ſi teſtator prædixiſſet, ſe velle teſtamentũ, quod faciebat valere, & ſi ad ſecundum teſtamentum faciendum proceſſiſſet, ex tũc prout ex nunc, & econtrà, nolebat illud valere, aut declarabat illud futurũ eſſe, vel forè, inualidum, inutile, nullum, vel irritum, tanquam factum per obliuionẽ primi, vel alicuius perſonæ importunitatẽ. Et idem ſi proteſtaretur limitatiuè (vt prædixi) hoc eſt ſi derogatio, vel limitatio, in primo teſtamẽto præpoſita, fuiſſet limitata, vt. quia prædixiſſet, ſe nolle ſecundum teſtamentum ſi quod fortè feciſſet valere, niſi in tali ſecũdo fuiſſet appoſita certa clauſula, vel aliqua verba, &c.

118 † quũ proteſtationis ea ſit natura, vt oſtendat in futurũ deeſſe vel de futurum proteſtanti animum, ſeu volũtatem, in actu ſequẽte. in præiudicium actus præcedentis, vbi præmittit eiuſmodi proteſtationẽ præãbulam. l. & ſi ꝗs. §. pleriq;. ff. de relig. & ſump. fun. l. cũ in plures. §. locator horrei. ff. loca. l. ꝗ in aliena.

Generalis ſimplex, & abſoluta, proteſtatio.

Proteſtatio ſpecialis, ſeu limitata.

Ea eſt natura ingenita ꝑambulæ ꝓteſtationis, vt oſtendat, ſeu inſinuet, ĩ futurũ deſuturã volũtatẽ, ſeu aĩm ꝓteſtãtis in præiudicium actus quem primo loco facit, vbi proteſtat. vi. ſtatim infrà.



aliena. §. fin. ſ. de acquir. hęre. ſecunda igitur voluntas non valet, niſi facta in ea prioris voluntatis derogatione, ſeu reuocatione ꝗ̃ præſuppoſita præãbula voluntate per clauſulam derogatoriam, in ea contẽtam munita,

119 † ſecunda volũtas ſubſequẽs non eſt voluntas diſpoſitiua, ſed potiùs nuda ab effectu, manet in ſola forma exterioris locutiõis, ſeu verborũ, quæ verba abſq; animo nihil pœnitꝰ operãtur l. in ambiguo. ĵ. de rebus dub. l. nõ figura. ff. de acti. & oblig. l. non ſolùm. eod. tit. l. Labeo. §. idem tubero. ĵ. de ſuppellect. lega. c. cum ſuper. de offi. de lega. vbi docto. notant, & ſpeciatim Detius. Imo verò, ſecunda volũtas quam talia verba, videntur apparenter ſignificare, vel deſignare, eſt imaginaria, & ſimulata, cum in quiditate, & eſſentia non ſit voluntas, vt in rubro, & nigro. C. plus valere quod agitur, &c. & in l. nuda. ff. de contrahend. empt. & in l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. vbi Bart. & alij docto. tradũt de actibus fictis imaginarijs, ac ſimulatis, ad idem l. & qui ſub imagine. C. de diſtract. pig. & tradit etiam Barto. in l. poſt contractum. 3. col. ff. de donat. & in conſil. 65. incipiente. Petrus Nicole, ad quod in hac materia ſimulationis paſsim recurritur, cum alijs concordan. traditis per Det. & eius addi. in l. imaginaria. nu. 3. ff. de reg. iur. vſq; ad fin. illius numeri. & plenè per Bertho. Cœpol. Veronẽ. per diſcurſum operis peculiaris de ſimula. cõtract. per totum. Et in noſtris terminis notat impreſentiatum Rapha. Cuma. 3. notabili. Et quòd talis voluntas apparens extrinſecus, ſit nuda, vacua; & inanis, declarat eruditè Barto. prout pleraque alia, in alijs tamen terminis, in l. omnes populi. colũ. 11. ad medium. ff. de inſtitu. &

120 iu. † videlicet in ſtatuto præcedente, aliud ſequens ſtatutum, & habente clauſulam derogatoriam ad illud, inquit enim Bart. ibi, non valere tale ſtatutum, vel talem reformationem. ſequens vel ſequentem, non facta mentione de præcedente, ſiue præãbula, neq; de eius clauſula derogatoria, ex ſupraſcripta ratione, quia ſequens ſtatutum vel reformatio non habet voluntatem ſtatuentium, propter clauſulam derogatoriã præpoſitam in ſtatuto præcedente, quæ facit voluntatẽ ceſſare in ſequente, per iura. ſ. citata, cum itaque in ſequente diſpoſitione, vel ſtatuto, deſit animus, vel voluntas ſtatuentium, ergo non eſt; neque dici poteſt ſtatutum, cõprobantur hæc, nam voluntas apparens, aut contractus vel conſenſus ſimulati, non habent aliquid veri, ſeu veritatis medullam, ſecũdùm Bald. in. ſ. allega. l. & qui ſub imagine, Quinimo, ſunt depicti duntaxat, & apparentes extrinſecus, intus autẽ nihil habent, ſecũdum Bal. in l. ab Anaſtaſio. 4. notab. C. mandati. & ſunt tanquam corpus ſine ſpiritu ſecundùm Bald. met. in l. 1. C. Plus valere, quod agitur, &c. & non dicuntur volũtas, neq; cõtractus, neq; cõſenſus ſimpliciter & abſolutè, ſed ſcdm quid, quia ſcdm adiacẽs deſtruit, & obruit, vel abſorbet primum. vt in l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig. & in l. cum ea, C. de tranſact. dicitur. [His quæ ſimulatè geruntur pro infectis habitis fruſtra ficti pretij poſtulatur numeratio.] Hæc tradit Franciſ. à Ripa, in l. nemo poteſt. num. 65. de lega. primo. Quem, non bene percipio, quatenus citat. l. ſi homo mortuus, & in propoſito quo de agitur, allegatio quam de illa l. facit, non quadrat, quia dum dicit, quòd ſecundum adiacens deſtruit primum, debuiſſet potiùs dicere, quia deſtructo antecedẽte, deſtruitur conſequẽs, prout notat Bal. ex eadem l. ſi homo mortuus, cuius memi-
nit

Secundus actus geſtus per proteſtãtem cõtra ꝓteſtationem præãbulam ab eo primũ emiſſam, eſt nudus, informis, & imaginarius ſeu fictus & ſimulatus, & hic numerus eſt præcedentis ſequela.

Signandum ad ſtatuta, item & ad. ll. iſtius reg. habentes clauſulas derogatorias ad. ll. poſtea condendas, ſeu poſteriores.

Actus ſimulati.

Taxatur Io. Fran. à Ripa in allega. ꝗ facit de l. ſi homo mortuus. ff. de verb. oblig.

nit Iaſon ibi,quod appoſitæ,ac cõcin-
nè congruit,rei de qua agimus.Verbi
gratia,propter derogatoriam præam-
bulam deſtruitur antecedẽs,ideſt,vo-
luntas,quæ in ſecũdo teſtamẽto, non
põt intelligi adeſſe vel ineſſe,niſi ſolũ
modo apparẽter,& cum illa ceſſet, &
deſit in eo ſecũdo teſtamento,ita etiã
ceſſat validitas ipſiuſmet ſecũdi teſta
menti,cuius validitas eſt quoddã con
ſequens,ad voluntatem,nam ad valo-
rem actus debet procedere exiſtẽtia,
& validitas cõſenſus & voluntatis, vt
121 s̃.nõ ſemel eſt dictũ, † ſiquidem teſta-
menti actus abſq; diſponentis volun-
tate eſt actus informis, & indifferens,
nulliuſq; efficatiæ, & velut corpus in-
animatum, à volũtate quippè omnis
actus humanus, haurit robur,exiſten
tiam,& efficatiam, vt eſt ſępè dictum,
maximè in teſtamẽto, nam illa eſt de
quiditate, & diffinitiõe illius cum ſit
volũtatis noſtræ iuſta ſentẽtia, prout
illud definit Iuriſconſultus in l.1.s̃. de
teſta. ergo per contractum (vt eſt di-
ctum) volũtate ceſſante, ceſſat etiam
validitas teſtamẽti,quæ eſt ipſius con
ſequẽtia, & fluit ab illa, velut à quod-
dam ſui principio productiuo,& origi
nario.Ex qua ratione,cum alijs funda-
mentis,in eundem ſcopum tendenti-
bus,conſuluit eleganter Pau.de Caſt.
conſi.243.incipiẽte videt̃ ſine dubio,
per totum,ſecunda parte cuius.s̃.me-
mini, num.non valere ſtatutum, Pa-
duanum diſpoſitiones,vltimum teſta
mentum debere valere, licèt de præ-
cedẽte non faciat mentionem etiam
habentẽ clauſulã derogatoriam prẹã-
bulam,ad vltimum, vel aliam quam-
cunq; cõditionem, vel clauſulam im-
portantem derogationem quoad il-
lud ſecundum,& ſic ꝙ tale teſtamen-
tum eſt inualidũ, vtpotè cõtra omne
ius diuinũ,& humanũ,conditũ, ſicq;
tantum cõtra ius ciuile,ſed etiam con

Teſtamentũ abſq; volun tate, eſt vt corpus ſine forma ſubſtã tiali,i.aĩa.

tra ius naturale. i. gentium generalę,
quod fundatur ſolo cõſenſu, & volun
tate,vnde oritur ſimplex obligatio na
turalis.l.cum amplius.§.is natura de-
bet.ff.de regu.iur.quam in id Bar.alle
gat in l.Stichũ,§.naturalis.ff.de ſolut.
& inter alia pulchra quæ Paul.de Ca.
ibi adducit,poſt fundamenta ſubijcit,
vnum valde notab.videlicet,ꝙ ſi tale
ſtatutum valeret,ſequeret̃ vnum ſatis
abſonũ,ꝙ ſi teſtator qui pręſenſiſſet,
ſe fore compellendum ad faciendum
teſtamentũ,non poſſet ſeipſum præ-
uidere neq; pręmunire,per aliud te-
ſtamentũ pręcedens quod ab eo ſpõ-
te conderet̃,in quo apponeret clauſu
lam derogatoriam pręambulã, ad ſe-
cundũ teſtamentũ,pro cuius cõfectio
ne crederet vel ſuſpicaret̃ ſeſe fore vi,
vel metu,vel importunis precibus cõ
pellendum,ꝙ eſſet iniquũ,& ſatis in-
humanum,quia pręberet̃ occaſio ma
122 lignandi,ſecundũ eum.Itaq; † Pau.de
Caſt.vult,ꝙ clauſula derogatoria quę
in priori teſtamento apponit̃,eſt cau-
tela quædam præſeruatiua volunta-
tis teſtatoris ad euadendũ, tutandũq;
ſeipſum,ne forte poſtea conſtringat̃
ad teſtandum in fauorẽ captantis, bo
na ſua per phas & nephas,cõtra ipſius
volũtatẽ liberã,quod etiam, & adhuc
apertius,ante ipſum Paul.de Caſtr.te
nuit Bar.in extrauagãte ad reprimen
dum in parte nõ obſtan.& Doct. tam
antiqui q̃ moderni. de hac materia
tractantes hic,& in d.§.in legatis,& in
d.l.pacta nouiſsima.quẽadmodum in
ſimili videmus,ꝙ ſi aliquis nullo mo-
do vult rem ſuã vendere ſed propter
tyrãni metum fortè ſibi imminẽtem
vel ob aliam ſimilem ſuſpicionem an-
te vẽditionẽ facit proteſtationẽ pam-
bulã,nã vendicio vel donatio q̃ fieret
per cũ poſtea cenſent̃ ficta, vel ſimu-
lata,prout tradit plenè Bar. poſtq; eũ
Io.de Imo.Rom.Pau.de Caſ. in vtraq;
lectura,

Ad quem finẽ principaliter cauſa derogatotia ponitur in teſtamento præãbulo.vi.ſup. nu.118.&ſequen.poſt illum.



lectura,Raph.Cu.in l.poſt contractũ.
ff.de dona.& in.d.l.q. in aliena.§.Cel-
ſus.ff.de acqui.hær. vbi etiã ijdẽ doct.
& vltra eos Alex. Aret.& Iaſ.idẽq; Iaſ.
in l.interpoſitas, vbi etiam Iacobi.&
Clau.C.de tranſact.tradunt de conſi-
123 libus proteſtationibus,† Adhæc,vide
mus etiam in matrimonio cõtrahen-
do, ꝙ ſi quis veriſimiliter vereatur ſe
forè cogendũ,per metum,vel impreſ-
ſionem cadẽtem in virũ conſtantem,
proteſtatur priùs,ꝙ ſi contingat eum
contrahere poſtea matrimoniũ, cum
tali fœmina,non faciet animo cõſen-
tiendi,neq; contrahẽdi, vel nubendi,
ſed ob euitãdum aliquod periculum
ſibi imminens,ob cauſã aliquã ex præ
dictis,aut ſimilẽ,nam cum (vt eſt iam
dictum) per talẽ proteſtationẽ præam
bulam, cõſenſus remoueatur ab actu
ſubſequẽti, tale matrimonium,ſi fue-
rit ſubſequutum erit inualidũ.Vt tra-
dunt Cardi.Anto.& Abb.in.c.cum lo
cum.de ſponſa.& ibi moder. poſt eos.
& tradit Iaſ.poſt auctores iuris Cano.
& ciuilis,in eadem l. interpoſitas. pri-
mo not. C. de tranſact. & in eadem l.
pacta nouiſſima.col.pen. & poſt eum,
in hiſdem locis,tradunt Riminal. Fer
ra.Iacobi.& Clau.vt.s̃.dixi.& idem Ia
ſo.in l.Titia.col.3.ff.de verb.obli. Ale-
xan.conſi.108.& ſeq.lib.3.Soci.conſi.
267.volu.2.Andr.Sicu.conſi.54.Illud
afferam,col.13.in fi.1.lib.& ante iſtos
Ioan.de Imo.in rep.c.tue. col.13.& ſe
quent.de ſponſa. iuxta quod non abs
re erit,ſubijcere vnum memoratu di-
124 gnum,† quod nõ refertur,ſi bene me
mini,ab aliquo doctorum.s̃.memora-
torũ,videlicèt,ꝙ & ſi talis proteſtatio
præãbula, quæ fuit ad finem effugien
di periculum metus, quem veriſimili
ter ſuſpicatur proteſtãs, ſibi eſſe incu-
tiẽdum,non probet metum quem pu
tat ſibi imminere cum proteſtatur, o-
peratur tamen, ꝙ conuertit onus pro

Atten.ſingu. ad proteſtatiões,quæ ſæpè fiunt, per eos verentur ſe forè cogẽdos ad contrahẽda matrimonia me ticuloſa.

Memorabile in hac materia proteſtationis pręãbulæ ad actũ ſeqẽtem, ꝙ veriſimiliter ſperatur eſſe per metũ, vt operet̃ trãſlationẽ one-

bandi,voluntatem liberam, eiuſdem
proteſtandis in aduerſam partẽ, à qua
vel per quam talis proteſtans ſuſpica-
batur, metum ſibi forè incutiendum,
& ſic ſi pars aduerſa non probet eam
voluntatẽ liberam, (cuius tamen pro
batio nõ eſt facilis, ſecũdum Inno. in
cap.ſuper hoc,in gl.2.de renun.) non
tenetur proteſtans probare, metum
fuiſſe ſibi ab aduerſa parte incuſſum,
aut cõminatum,nam imò cõtra eam
præſumetur,ꝙ metum incuſſerit, aut
cõminatus eſt,aliàs teneretur metum
probare niſi ꝓteſtatio præceſsiſſet cũ
ſit fundamentum intẽtionis ipſius al-
legantis actum eidem præiuditialem
factum ab eo per metum, Hoc repe-
rio tenere Vitalem de Lamb. in ope
cognomento clauſulario, in rubr. de
metu vxoris ad fi. referens ſolum Pe-
trum de Peru.in.c.1. Quod met.cauſ.
id tenentem, quem tamen non vidi,
quia eius lectura,his temporibus,non
circunfertur per officinas librarias.
Quam deciſionem non legi alibi, &
eſt ſatis memorabilis non tantũ in ma
teria matrimoniali in qua illi loquit̃,
ſed etiã in alijs in quibus verſatur pro
miſcuè eadẽ ratio. Quæ deciſio quan-
uis procedat (prout verè procedit, &
operatur) in caſu dubio prorſus. i. qñ
de metu non conſtat plenè, nihilomi
nùs tñ debet aliquatenus de eo con-
ſtare,ſaltẽ per aliqua indicia, vel præ-
ſumptiões quales quales, & ſic, adhoc
vt illa ꝓteſtatio,cõtra futurũ metũ,de
præſenti veriſimiliter ſperatũ, conuer
tat in aduerſam partem (vt eſt dictũ)
onus probãdi volũtatem liberã ipſius
proteſtãtis,debet habere aliquod fun
damentũ, præſumptiuũ alicuius me-
tus Iuſti. veriſimiliter imminẽtis, vel
ſperati ex nunc in futurũ. Ad quod a-
ſtruẽdum moueor, ex eo quod Bald.
notanter dicit, Saluans Dy. reprehen
ſum per Bar.ibi,in dict.l.qui in aliena.
§.fi,

ris probandi volũtatem liberã ipſius ꝓteſtãtis in aduerſam partem,cum moderamine tñ de quo traditur inferius.

Temperamẽtum pręfatæ deciſ.

§.fi.de acqui.hære.vbi in fi.Bal.tradit,
quæ indicia ſubeſſe debeant, de me-
tu futu. veriſimiliter inſtante de præ-
ſenti incutiendo ipſi proteſtanti, tem
pore proteſtationis etiam clandeſti-
nę, quando non auderet palàm prote
ſtari, & conſequenter non audeat a-
ɛtum facere, in cuius confeſſione ſu-
ſpicietur metum interuentorũ prout
ibi, ſubintelligit illam ſaluationẽ Bal.
ad di. Iaſ.col.pen.poſt Pau. de Caſt.in
fina.verbis.vel qui ſimiliter inſtet tẽ-
pore proteſtationis publicę, ſi prote-
ſtans inquam audeat publicè, prote-
ſtari & inter alia indicia, exempli cau-
ſa poteſt illud in mediũ afferri, quod
tradit Petr. de Ancha.in eodem ca.1.
prima oppo. Quòd met. cauſa (aliud
tamen agens) videlicet, quando talis
actus eſſet celebrandus, cum tyran-
no aliquo, vel cum prædito poteſtate,
vel potentatu, homine inquam ſeuo,
aut terribili. & ſolito metũ incutere,
minaci feruore, (vt vtar verbis. l. vni-
cæ.C.ſi quacunq; prædi.partit.) & mi-
nas exequi aſſueto, vt ibi habetur cũ
glo.& per glo.Barto.& doɛt.in. l. me-
tum.C.quod met.cauſa. Idemq; eſſet
ſi cum aliquo tertio, mandato talium
perſonarũ minantium, talis proteſtãs
intendebat actum gerere, & ita etiam
ſaluat ibi Petrus de Ancha.illud dictũ
Dy.quod dixi reprehendi per Bart.in
dict.§. fin. & ſaluari per Bald. ibidem.
& ſic Anchar.eſt eiuſdem intentionis
cùm Paulo & Iaſone, in eo quod.s̃.ꝓ-
ximè, retuli eos dicere.in ſæpè notato.
§.fi.poſt.Bal.in ſaluatiõe Dy.& iſta eſt
optima declaratio, & apprime neceſ-
ſaria ad illam deciſionem.Petr.de Pe-
ruſio, licèt Vitalis qui ſolus eam retu-
lit, nullum de hac re, verbum faciat.

Not. in tota materia huius.l

Et huic ſecũdo notab. (vt ad illud re
deam) adijci operæprecium erit, ꝙ ex
quibuſuis cõiecturis poſſet iudici con
ſtare, teſtatorem voluiſſe, ſecundum
teſtamẽtum præualere primo præam
bulo, præualeret ei.etiam ſi haberet
clauſulam derogatoriã ad illud ſecun
dum quamuis in iſto ſecundo non
eſſet aliqua clauſula derogatoria ge-
125 neralis neq; ſpecialis ad primũ † hanc
regulam in huius.l. materia ponit Bar
tholomæus Socin.in ſæpè citato. §. in
legatis.fi.col.ex communi (vt ipſe in-
quit) Docto.intentione. Ex qua gene-
rali traditione, vel regula infert non-
nulla ſatis ac ſuper notanda, quæ ſecũ-
dùm eum tradit Ioan. Baptiſta.de ſta-
tuto ſeue.in.l.ſancimus.C.de teſtam.
cuius commẽtarij ſuper. C. nuſquam
peruenerunt ad manus meas. ex qui-
bus poteſt ornari iſtud memorabile
de quo agimus, ideſt, ſecundùm not.
quod ex hac litera elicuimus, loco li-
mitationum ad regulã quæ ex eo de-
ſumitur, ſcilicet, primam volũtatem,
ſequentis derogatoriam, debere per
ſequentem retro derogari, vt præce-
dens per eam ſequentem reuocetur.
Ibi petendum erit qđ hîc deeſt. Quo-
ad ſecundam autem huius notabilis
partem. de ſpecialitate derogationis,
vel derogatione ſpeciali remitto ad.j.
dicenda. 4. notab.item ſuper.4.q.Bar.

Regula notãda, ac memorabilis & velutaſsignã na, in iſta materia ꝙ vndecunq; ꝑ coniecturas poteſt apparere, teſtatorẽ ſecũdũ teſtm̃ abſq; clauſula derogatoria prȩualere voluiſſe primo eã habenti, præualet, illi.

Tertiò ſignanter, commendandus
eſt iſte text.in illis verbis. [Nemo enĩ
ſibi eam legem imponere (aliàs dice-
re) poteſt.vt à priori recedere non li-
ceat] quẽ tex.vnico verbo iubet Bart.
hîc notare, vult ergo iſte text. & ad id
ſæpiſſimè allegatur, ꝙ nullo modò,
aut ingenio, poteſt teſtator ſeipſum
aſtringere, ad non teſtandum, vel ad
non codicillandum, & ſic non poteſt
à ſeipſo excutere facultatem teſtan-
di, vel aliter diſponendi, per vltimam
voluntatem, ex eo quia talis libertas,
ſeu facultas competit ſibi naturaliter,
ideſt iure gentium, item etiam ciuili
poſitiuo. Ad idem, & ſi non ita clarè,
facit.l. Diuus.§.licèt. ff. de iure codi. q̃
eodem



eodem modo ſũmat Bar.ibi, ratio eſt,
quia cũ teſtator, contra iura nequeat
diſponere l.nemo poteſt.s̃ . de legat.
1.per quæ iura, naturalis facultatis cõ
probatoria datur poteſtas de iure pu-
blico, quam vocãt, vt quiſq; valeat de
rebus ſuis liberè teſtari.l.teſtamẽti fa-
ctio, quæ eſt.3.ff.đ teſta.l.prima.C. de
ſacroſan.eccle. Conſequit͛ ergo eidẽ
iuri aut facultati diſponendi liberę, ꝑ
vltimam voluntatem eum non poſ-
ſe, renunciare, vt in futurum diſpone
re nequeat. Et iſtud reſpicit id quod
126 vulgo traditur † voluntatem defun-
cti eſſe ambulatoriam vſque in vlti-
mũ vitæ ſpiritũ, id eſt eſſe mutabilẽ,
ſeu variabilem vſque illuc, l, cum duo
bus, §.idem reſpondet ſocietatem. ff.
ꝓ ſo.& l.cũ hic ſtat⁹.§.ait oratio. ff.de
dona.inter vi.& vxo.cũ al.ſi.s̃.in prin.
adductis, vbi præfata verba vulgaria
formaliter ponuntur, ad idem l. om-
nium, ad fi.cum glo.C. de teſta.vbi di
citur, primam teſtamenti cõfirmatio
tionem fieri per mortem diſponẽtis,
& ante illum teſtamentum non con
firmari, prout & D.Paul⁹ inquit.capi.
127 9.epiſtolæ ad Hebr. † Teſtamentũ in
vita teſtatoris nullum ius hæredi in
eo ſcripto, tribuere, neque ad aliquid
ex contentis in eo teſtatorem obliga
ri. Quæ verba Apoſtoli affabrè conci
nunt, & quadrat ad id quod Bart. tra-
dit in quæſt.not.in l.cũ quis decedẽs.
§.codicillis.verſicu.& hæc faciunt ad
quæſti.j.tit.iſto poſt Iaco. de Bello.vi
ſo.per eum ibi citatum, de quo etiam
vide ibi Angel de Perig. qui tamen ali
ter loquit͛ in vno pũcto poſt Bal.alibi,
per eum ibi relatum. Ad prædicta e-
tiam faciunt iura canonic.vulga.quæ
in idem paſſim citantur.ſ.c.cum Mar
thę, de celebra.miſſa.&.c. vltima vo-
128 luntas.13.q.2.† . Ad idem facit quod
vice regulæ, tradit Bart.in l.cum præ-
ca.ff.de præca.ponens exemplum in

Quid ſit dicere (vt vulg. traditur) ambulatoriam etiam voluntatem. &c.

Prima cõfirmatio teſtamenti fit ꝑ mortẽ teſtatoris, nã inuita ipſius tale teſtamentũ nõ habet eſſe, neq; producit aliquẽ effectũ, neq; tribuit aliquit iuris hæredi, neq; legatarijs vel fideicommiſſarijs.

Regul. Bar. notanda, ꝙ ĩ his quæ ex

caſu iſtius l.& ſic in teſtamento, dicẽſ-
que generaliter, ꝙ in omnib⁹ quæ ex
ſola voluntate pendent, non poſſit q̃s
facere ne eam poſſit exercere. Ex qua
regula generali, infert, ꝙ ſi conſtitui
procuratorem vt illum reuocare, nõ
poſſem, talis adiectio non valet, etiam
(vltra Bart.ſi fuiſſet iurata, ſecundum
glo.ſingul.in capi.vlti.§.item vltimo,
de procu.lib.6.quã poſt alios Docto-
res cõmendat Iaſ.in l.ſi mihi & tibi, §.
in legatis.2.lect.s̃.titu.2.de legat.1. &
continenter Bar.in eadem l.cum prę
cario, ſubdit, ponens vt dixi, exemplũ
in caſu iſtius l.quod non poſſum face
re, aut diſponere ne liceat mihi reuo-
care teſtamentum à me factum, & vo
luntatem meam cohercere, aut repri
mere, prout inquit litera iſta in prædi
ctis verbis. [Nemo enim.&c.] ex qui-
bus fuit elicitum iſtud. 3. nota quod
verſamus. Et ex verbis Bar.s̃. relatis iũ
cto eo quod prædixerat, de procura-
tore conſtituto, cum adiectiõe, quod
non poſſet à conſtituente reuocari,
ſcilicet quod non teneat adiectio, li-
cet valeat ipſa procuratoris conſtitu-
tio (prout Bar. Ang.de Peru. ibi decla
rat, licet verba ipſius Bart. ſint ambi-
gua, dum dicit, non tenet, quia poſſet
intelligi, vel ipſa principalis conſtitu-
tio, vel ſola adiectio) patet, quod cum
quis non poſsit ſe ipſum coarctare, ad
non reuocandum teſtamentum per
iſtum tex.in præfatis verbis. [Nemo
enim.] ꝙ etiã ſi dicat ſe teſtari irreuo-
cabiliter, vel etiam magis præciſè di-
cat, ſe non aliter, neq; alio modo teſta
ri, niſi vt non poſsit tale teſtamentũ
reuocare, & proffiteretur millies, ſe il-
lud non reuocaturũ, nihilomin⁹ tale
teſtamentũ quod poſtea faceret, vale
ret, & non obeſt ei talis obiectio pro-
teſtatoria, de non reuocando illud ꝓ-
cedens teſtamentum, vt potè contra
ſubſtantiã teſtamẽti, quæ eſt, vt ſit re-

ſola & libera voluntate pendent alicuius, nõ poteſt ille facere neq; cõſtituere, ne illam poſsit exercere.

De eadẽ re.

Declaratur verba Bart. in ea.l. cum precario.

Appendix ex prȩmiſsis & ex hoc textu.

uocabile,per iura ſuperius adducta,&
iſtud eſt quod ꝓprie voluit Bar.in ſæ-
pe allegata l.cum precario, qnatenus
ibi fuit primo locutus,de clauſula cõ-
ſtitutionis procuratoris ſub prædicta
forma de non reuocando,& continẽ
ter,ſiue incontinenti,poſuit prędictã
regulam generalem. Rurſus ſubiecit
exemplum de iſto tex. inferẽdo vnũ
ex alio,& aliud ex alio, & ſit p̄dicta de
claratio Ang. ad v̄ba Bar. ꝓculdubio
eſt veriſſima,quę habet(vt ſupra retu
li)ꝙ adiectio concernens ſubſtantia-
lia actus,in illius derogatione, vitiet,
& nõ vitiet talem actum,vt probatur
ſatis apertè ex dicta l.cũ precario, ibi,
[Sed nulla vis eſt, eius conuentiõis,]
& ſic vult,ꝙ non obſtante conuẽtio-
ne,eademque adiectione, facta cõtra
ſubſtantiam ipſius precarij, videlicet
vt non poſſit reuocari adhuc duret,
& ſubſiſtat ipſum pręcarium, & poſ-
ſit ad libitum concedentis reuocari.

De eadẽ re.

His conſonant, atq; ea declarãt appri
me,verba Bal.notandiſsima,in repe.
l.primę,ad fi. poſt Odofre.ab eo cita-
tum.C.de ſa.ſanct.eccl.ex quibus ap-
paret alia ratio præmiſſorum natura-
lis,habens quandam concomitantiã
cum moralitate,dum inquit teſtamẽ
tum nõ poſſe eo modo confici, vt de-
roget poteſtati teſtandi in futurũ,q̃a
liberum arbitrium non poteſt quis
à ſeipſo excutere,vel abijcere, cum il
lud non habeat à ſe,ſed à iure natura
li ſecundario,ſiue gen, necnon ciuili,
per approbationem,argumento l.le-
gatus,ff.de offi.præſi.tamen bene po-
teſt(ſecundum eum)ita fieri teſtamẽ
tum, vt per illud derogetur abſolu-
te,vel etiam limitatiue, ſubſequenti
voluntati.ſ.per appoſitionem clauſu
lę derogatorię in primo teſtamento,
vt.ſ.in præceden.not. textuali expli-
caui,vt eſt caſus in hac l.cum authẽt.
hoc inter liberos.C.de teſta.facit in ſi
mili,lex humanũ,cũ glo.C.de ll. rur-
ſus idem Bal.vbi ſupra ſubdit hæc ver
ba. Et hęc opinio eſt vera,quia ſi teſta
mentum,ita poſſet fieri,vt teſtator il
lud faciens,poſſet amittere factionẽ
alterius teſtamenti, in poſterum ſe ip
ſum(vt eius verbo vtar)irritaret,nam
(vt ipſe etiã inquit)teſtamentũ effici
tur irritũ,ſi teſtator ſuo facto,perdit fa
cultatem teſtandi l. 1.§.exigit,cũ glo.
in parte vtroq; tempore, ff. de bono.
poſſe.ſecundũ tab.quã idem Bal. cõ-
men.in eadẽ l. 1.in lectura.col. 2.de ſa
croſan.eccle.& in l.fi.col.pe.in verſi.
ſed hic dubitatur.C. vnde legi. & Al-
be.1.parte ſtatuto.quæſtio. 151.ad fi-
nem. Sed certe iſta ratio Bal. non po-
teſt iure ſubſiſtere,quia id quod pro
ximè retuli eum,in ea præſupponere
debet intelligi in caſu, vbi is qui te-
ſtamentum iam condiderat, propter
ipſius factũ punibile incurriſſet, ma-
ximam,vel mediam capitis diminu-
tionem,in caſu autem de quo agimꝰ,
id eſt,quando attentaret ſeipſum pri-
uare factione teſtamenti in poſterũ,
non delinquit,& ex conſequenti nõ
poteſt minui aliqua diminutione ca
pitis,& ſic patet doctrinam illius glo.
nihilominus facere ad rẽ de qua agi-
mus,inſuper Bal.in verbis.ſ. memora
tis,præſupponit ꝙ teſtamentum prio
ri loco factum,ſit irritũ, vel fiat inuali
dum: ſi teſtator attentet excutere à ſe
facultatem teſtandi,quod ſi Bal.ita in
tellexit præterquam ꝙ eſt extra rem
de qua agimus,vbi tractatur de teſta-
mento in futurum conficiendo,& ip
ſius inualiditate,non autẽ de iam fa-
cto: eſt cõtra id quod ſupra retuli Bar.
tenere in l.cùm pręcario,vt ibi indu-
xi,& cum illud ſit verum Bal.ſi cõtra-
rium voluit,non rectè loquitur, ſi ve-
ro intellexit de teſtamẽto ĩ futurũ cõ
ficiendo(quod eſt magis credẽdũ) q̃a
in illis terminis reddiderat rationẽ p̄
fatam

Verba Badl.

Contra rationẽ Bal.

De eadẽ re contra Bal.



fatam, & neq; tunc poteſt Bald. bene
loqui,quia eo attento,& præſuppoſi-
to,per viam quandã inflexam, quam
indirectã vocãt,taſtator facto ſuo vo-
lũtario excuſsiſſet,abieciſſetq; à ſe fa-
cultatem teſtandi,& reſultaret quæ-
dam perplexitas,& duplicitas illuſo-
ria,ſeu nugatoria, explodẽda eſt igiť
prædicta ratio Bal.ab hoc propoſito.

Reſidet contra rationẽ Bald.

Redit ad p̄miſſa,

Ad præmiſſa etiam(vt ad illa redeã,)
facit bonus tex. in ratione ſui (quem
in præſentiarum afferunt Rap. Cu.&
Ange.de Perigl.)in l.pe.ff.de arbi.vbi
habetur ꝙ non poteſt quis ſeipſum ꝓ
hibere,vel ſibi ipſi imperare, quæ eſt
etiam ratio præmiſſorum,ex quo illæ
tex.vult ꝙ inter prohibentem & pro
hibitũ,&inter iubentẽ & eum cui iu
betur,debet eſſe diſtinctio perſonarũ
quemadmodũ nullus poteſt eſſe ſibi
obligatus l.cum filio fa.ante fin.ſ. de-
legat.1.qua etiã ratione non poteſt
teſtator legare,ab hærede vnico eidẽ
met hęredi.l.legatum,ſecunda.§.1.&
l.et quidem,eo.titu.in quo propoſito
nonnulla congerit Iaſ.in ea.l.cum fi-
lio fa.ultimo not. horum eſt ratio prõ
pta & naturalis, qua multarum legũ
deciſiones fundantur.ſ.quia in eodẽ-
129 met ſubiecto † actio,& paſsio nõ poſ-
ſunt inſimul,eodẽ conſiderato reſpe-
ctu,concurrere vel coire cũ ſint inui-
cem directo,vt alias dici ſolet, ex dia-
metro repugnantes & cõtrarię.l.vra-
nius.§.ſed cũ duo.ff.de fideiuſ.l. duo-
bus,verſi.& ſanè,& l.ſi pariter,in fine,
ff.de lib.cã.vi.etiã Iaſ.alia đ hac re cu
mulantem,in.l.1.col.1.C.de ſer.fugi.
Et ſecundũ iſtud pronuntiatũ,ex hac
litera,tertio loco elicitum: & ea quæ
circa illud fuerunt.ſ,proximè tradita
apparet ex hoc tex.&iuribus.ſ citatis
probari,ꝙ teſtamẽtũ,neq; alia vltima
voluntas non poteſt fieri irreuocabi-
litèr vt dixi in prin.iſtius not.poſt Bar.
& Docto.neq; eſſet poſsibile ita fieri,

Actio & paſſio eodẽ reſpectu conſideratæ, non poſſunt in vno & eodẽ cõcurrere ſubiecto.

Illatio ex.3. hoc no.fluens.

cũ eſſet contra ſubſtantiã eiuſdẽ actꝰ:
ſi ſic fieri attentaret per.ſ.dicta,an au
tẽ ſit reparabilis aliqua cautela, vt ſal-
tẽ aliquo vel aliquibus caſibus eo mo
do.ſ.irreuocabili fiat, tradetur inferiꝰ
pagi.pe.& vlti.ad ibi dicenda me ip-
ſum refero.

Et circa iſtud not. ſeu ꝓnũtiatũ eſt
adnotandũ. Aliud eſſe,quẽ,nolle face
re teſtamentũ,ſicq; velle ſe decedere
inteſtatũ,vt in.§.pręterea inſti. de fi-
deico.hęre.& id ſolent facere plures
130 viri cordati,prout contigit aliàs in p̄-
ſona.Io.de Imo.de quo † inter profeſ
ſores vtriuſq; iuris,ſæpè manat ſermo
& miranť de homine,qui cùm in ma
teria teſtamentaria fuerit admodũ e-
ruditus,voluerit decedere inteſtatus
& paſsim videmus idẽ facere alios vi
ros prudẽtes,& de hoc caſu in pręſẽ-
tiarũ non loquimur,nã illa voluntas,
ſeu potius noluntas, ſic enuntiata ab
eo qui poterat facere teſtamentũ &
dixit ſe nolle id facere, poteſt ad ipſiꝰ
voluntatẽ,ſeu libitũ, per pœnitentiã
reuocari & mutari,& aliud eſt ( vt ad
ſupius redeã)quẽ dicere ſe nolle poſ-
ſe teſtari: quia iſtud facere vel profite
ri,cũ efficacia nõ poteſt quia liberũ ar
bitriũ & genuinũ(vt ſi dicã)ꝙ q̃s ha-
bet ad teſtãdũ,non poteſt(vt eſt præ-
dictũ)à ſeipo tollere,vel excutere,aut
ꝓpellere,ad libitum ſuũ ꝓcedẽte tp̄e
poſsit eo liberè vti.per d.l.1.C. de ſa-
131 cro,eccl.ibi[liber ſit ſtilꝰ]id eſt, † liber
ſit ordo,hoc eſt ordinatio,compoſitio
vel factio teſtamẽti,ſecundũ Bart. ibi
col.16.ante fi.& eodẽmodo quo ad ef
fectũ exponit illũ tex.Bal. ibi poſt prĩ.
lectu.hoc eſt diſpoſitio in ſcriptis. Et
q̃q̃ idẽ Bal.dixerit in rub.C.de emẽd.
C.de iuſti.in fi. ꝙ de hac voce ſtilꝰ nõ
reperiť alibi in iure,niſi in d.l.1.tñ pu
to eũ intellexiſſe,ꝙ nõ reperiť in hac
ſignificatione.i. pro ordinatione, vel
factione teſtamenti, vel diſpoſitione

Prudentiæ quorundam iuriſpitorũ tribuitur eos nolle vel nõ luiſſe teſtari

Liber ſtilus in teſtando quid ſit declaratur ex Bar.

 vltima

vltima in ſcriptis, prout dixiſſe retuli
eundẽ poſt Bar.nã aliter.i.in alia ſigni
ficatione.i.pro ipſius ſcripturæ teno-
re,cõpoſitione,& ſtructura,in alijs e-
tiã locis fit mentio de hac voce (ſtill⁹)
prout inquit Bar.vbi.ſ̃.vt eſt videre in
l.ſi quando.2.de bo.vaccã.libro.10.v-
bi Lucas de Pe.not. & in l.ſi quis poſt
hac.C.de bonis proſcriptorũ,& in.c.
quã graui,de cri.fal. Et (vt ad præmiſ-
ſa redeã) optimè facit quod alias ſolet
dici nũquã imperabis libero arbitrio
Tollit obex
ſiue animo,vt inquit Boet.2.lib. con-
ſola.phiſi.ꝓſa.6.& hoc vult tex.in ea-
dem l.pe.de arbi.ibi[neq; ſibi impera
re]ſic itaq; his non obſtat tex.in.§.prę
terea,inſti.de fideico. hæredita. & in
l.cõficiunt,in prin.vbi gloſ.cũ alijs ll.
ff.de iure codi. vbi quis poteſt renun
tiare factione teſtamenti,vt potè libe
rę,dicens ſe velle decedere inteſtatũ,
quia talis renũtiatio(vt.ſ̃.proximè te-
tigi) cõcernit ipſum actũ teſtandi ex-
teriorẽ,& illa fieri põt ad libitũ quem
admodũ,per contrariũ poteſt, ſi vult
eligere actũ ipſum.i. teſtamenti cõfe-
ctionem vt nõ decedat inteſtatus,ſed
non poteſt fieri talis renũtiatio de ip-
ſa potentia vel poſſibilitate teſtãdi,vt
q̃s à ſeipſo eã excutere,reijcere,& ab-
legare poſſit,quia non poteſt ſibi ipſi
ligare liberũ ac ꝓpriũ arbitriũ, decla
rando ſe velle inpoſterũ non poſſe te
ſtari,iſtud.n.iure prohibet̃, quia eſſet
velle ligare voluntatẽ, ſeu liberũ arbi
triũ,ſecũ naturaliter innatũ,quod eſt
inter animi potentias,potiſsimum ac
principale,& iſtud notius eſt in vtra-
q; philoſopia,q̃ vt amplius probari ex
pediat.Et vltra prꝙmiſſa,ad idẽ offero
in ſimili tex.opti.in l.ꝙ autẽ.§. pen.ff.
de dona.inter vi.& vxo.in illis verbis.
[Quia neq; vẽditor ſeu donator nõ ſi
bi legẽ voluit ĩponere,q̃a neq; poſſet]
vbi Bal.allegat alios duos tex. vnũ,in
l.Luti⁹.la.2.§.luti⁹,in fi. ff.de fideico.

libe.qui tex.indiget ſupletione, dũ di
cit,[Quia non ſibi legẽ dixiſſet.ſ.quia
Ad quæſtio nẽ canonicã
neq; potuiſſet.]vt in d.§.pe.inci.ſi tibi
maritus.l.quod aũt.ſ̃.proximè allega-
to aliũ tex.adducit in l.ſi peculiũ.§.ſi-
cut.ff.de pecul.lega.qui ad hanc rem
minus nihilo facit,& ex horũ iuriũ &
ſ̃.allegatorũ theorica,vna cũ generali
tate iſtius tex.in ver.nemo enim,etiã
prænotato,infert Bar.in eo.§. Lutius
ad quæſt. an coſtitutio epi dictans,ꝙ
q̃libet ita faciẽs,vel nõ faciens ſit ex-
cõicatus liget eundem epm ſtatuen
tẽ,& eãdẽ quæſtionẽ retulit ibi Bene-
di.de Plũ.& Bal.in eo.§.pe.Sed ne ma
teriã noſtrã egrediamur ſufficit remit
tere ad add. Alex.poſt Bar.in eo.§. Lu
ti⁹,vbi de hac re tradit remiſſiones co
pioſas, in q̃b⁹ etiã poſt eũ moder. ſcri
bentes,in vtroq; iure dilatãt fimbrias
in hoc articulo, & hac forſan ratione
Redit ad ꝓcedentia.
(vt præmiſſa rurſus repetã) lex tutat̃
liberã teſtandi facultatẽ, in illis tit.C.
&.ff.ſi quis aliq.teſta prohi.vel coeg.
& vt magis ſolicitè in hoc prouideat,
monet iudicẽ,vt curet,& animaduer
tat,ꝙ ſi quis vult condere teſtamẽtũ,
& metu propinquorũ quibus hæredi
tas eius deferẽda eſſet,ſi inteſtat⁹ de-
cederet,nõ audet teſtari, vt quia for-
tè impediũt eũ indirectè,vt putà cir-
cunueniendo ipsũ,vel prohibẽdo no
tariũ,vel teſtes, ne ad ipſum accedãt
iudex ex officio ſuo nemine poſtulan
te,ſiue petẽte adeat ægrotũ & afferat
ſecũ tabellionẽ,& teſtes quibuscũ li-
berè valeat teſtari. Tex.eſt de hoc cæ
Text. cælebris ſecũdũ veriorem,& notabiliorẽ intell.
leber,ac ſingularis,ſecũdũ lecturã O-
dofre.& Bal.ibidẽ in l. curet magiſtra
tus.ff.de teſti. quẽ etiã in idẽ valde cõ
mendat Bal.à barto. vulgari cogno-
mẽto nouellus,in tracta.de dote, par
te.6.priuill.18.vbi tenuit eundem in
tellectũ,ad l. illã referens Bart. ibidẽ,
vbi Bart.in.fine intelligit eodem mo-
do l.illam referens Iaco.Butr.non au-
tem



tẽ Odofre.& idem Bart.in l. fi.ff. ſi q̃s
aliq.teſta.prohi. vel coege. & eũdem
intell.vt potè Iaco.But.originariũ &
neminẽ,prętet cũ citans vti ſolẽnem,
in eadẽ l.ſequitur Flo.à S. Petro,& eũ
dem tenet etiã inibi Raph. Fulgo.di-
cens eum eſſe intell.Iaco. But. & ſibi
ſatis placere,dicitq; eũ ſequi etiã Gui
do.de Suza.Sed cuiuſq; ſit origine,q̃a
in hoc non eſt vis, neq; pondus,eſt ſa
tis notandus,quia multotièsille caſus
accidere poteſt,in practica ꝓ qua in-
telligentia facit etiã tex.in authen.vt
nulli iu.§. & hoc peruenit,colla. 9. in
verſi.[Omnem vero, eſt enim,](vt di
xi)legum latoribus ſollicitudini & cu
ræ,liberũ in teſtãdo arbitriũ, cuiq; ad
ſeruare,aſſerere ac ꝓtegere,&hoc eſt,
propriè ꝙ vult ſæpe alleg.lat.1. in illo
verbo[liber ſit ſtil⁹]C.de ſacro.eccle.
132 † de qua teſtandi libertate eleganter
Verba leg. Theodoſianẽ,quũ pulchra,tũ adrẽ maximè apta,concinnaq;.
diſſerit lex Theodoſiana,vlti.lib.illi⁹,
C.tit.7.de teſta.poſt prin.in hũc mo-
dum.Ideo diuinis ſenſibus,die,noctu
q;,res humani generis pertractantes,
gratũ duximus deficientiũ voluntati
bus ſubuenire[vt pro ſuo quiſq; teſte
tur arbitrio,vt in voluntate ſua,ſuã ha
beant voluntatem,]vt inuitus nemo
nec taceat neq; loquatur.Illud eſt ꝓ-
priè teſtamentũ,quod teſtantis obti-
net merã voluntatem,& quę ſequun
tur. Vbi fauet teſtamentis inſcriptis,
q̃uia ꝑ ea magis ꝓſpicitur libertati in
teſtando, & ibi ſubijcit l.hac cõſultiſ-
ſima,quæ poſtea fuit in Codicẽ Iuſti.
trãſlata & inſerta in eo ti.de teſta. Cũ
enim in vltima volũtate cõdenda:ple
na requirat̃ libertas,nimirũ ſi q̃n fit ꝑ
metũ eſt nulla,& tenet gloſ. in l.1.ff.
de teſta.& alia clarior in l.1.ad fi. ff. đ
133 autho.tuto.† vel ſaltem veniat reſcin
Vlti. voluntas condita ꝑ metũ teſtatori incuſsũ,
denda per actionem, quod met⁹ cau-
ſa,ꝓtout tenent in primo loco Io. de
Imo.& Are.contra.gl.Sed ad rẽ nr̃am
ſatis eſt,ꝙ vtrobiq; leditur plus vel mi

nus libertas voluntatis, idẽ ſi per do-
vel eſt nulla vel ꝑ actionem ꝙ metus cauſa reſcindenda.
lũ vltima voluntas conſideret̃,vt in ꝓ
fatis titu.ſi quis aliq.teſtam.proh.&c.
134 C.&.ff.† & inter alias coniecturas,ex
quibus poteſt colligi dolũ vel metũ
Cuiuſdã coniecturæ no. ex qua colligitur metũ vel dolũ teſtori fuiſſe ĩcuſſum ĩ cõdendo teſt. ponũtur hic notande remiſſiones.
fuiſſe illatum teſtatori,ad condendũ
teſtamentũ,eſt vna notanda quã po-
nit Ange.de Peru. vbi etiam Pau. de
Caſt.ſequit̃ ac approbat in l.nõ enim
ff.de inoffi teſta.& in l.fi.C.ſi q̃s aliq.
teſta.prohibue. vel coege. vbi Iaſ. cõ-
mendat,& idem Iaſ.in l.3.§. vlti.ff. de
condi.ob cauſ.& conſi. 141.incip.cir-
ca principium.col̃.2.vol̃.4.& Bartho.
Cepo.caute.62.incipien.licet cũ ver
bis blandis,& Mathe. de Affli. deciſi.
Neap.69.vbi đ hac re ſingulariter diſ
ſerit,vide ibi eũ oĩno.Et per ſupradi-
cta in articulo principali, videlicet ꝙ
Illatio exprĩcipali pronũtiatio ſupra ex hac litera 3.loco elicito,manans.
quis non poteſt voluntate propria, ꝑ
dere teſtandi libertatem,quæ fuit no
tab.huius literæ,patet deciſionem cõ
munem Doctorum eſſe veram quæ
aſtruit,ꝙ etiã ſi teſtator dicat ſi iſtud
teſtamẽtũ nõ valuerit iure teſtamẽti,
vt q̃a illđ irreuocauero ex nũc ꝓut ex
tunc,&econtra,volo iã valere iure do
nationis inter viuos, nihilominus ta-
men teſtator poterit tale teſtamentũ
reuocare ad libitum,vt tradit Bart.in
l.ſtipulatio hoc modo concepta poſt
prin.verſi.per hanc l.ff.de vebor.obl.
quia ſecundum eum talis donatio vi-
detur ſurrogari quaſi ĩ pœnam muta
tionis teſtamenti & effectu tendit ad
auferendam teſtatori liberam alteri⁹,
id eſt ſequentis teſtamẽti factio nem,
& ſic prioris mutationẽ, cõtra caſum
eiuſdem l.ſtipulatio hoc modo cõce-
pta,& dictam l.cum duobus.§.idem
rñ.ff.pro ſo.vbi iſtud etiam tenẽt Bar.
Bal.& Rapha.Ful.prout eos cùm alijs
multis Docto.citat Alex. in dicta l.ſti
pulatio hoc modo cõcepta. poſt prĩ.
Cõis Doct. ſententia.
aſtruens hanc eſſe cõmunẽ Doctor.
concluſionem,quam ipſemet ſequi-

 tur

tur ſubdens cõtinenter ſecus eſſe in
legato, veluti ſi poſtquam teſtator fe
ciſſet legata, hoc modo dixiſſet. Et ſi
contigerit me reuocare prædicta le-
gata,quę hoc teſtamento feci,ex nũc
dono eidem legatario eaſdem res ſibi
ꝑ me in taſtamento iſto relictas. Hoc
etenim caſu reuocatis legatis nihilo-
minus talis diſpoſitio ſecundum eun-
dem,valet in vim donationis inter vi
uos.Ita concludit Alexan. hac potiſſi
mum ratione motus, quia eo caſu nõ
aufertur ipſi teſtanti,libera teſtamen
ti factio,in totum quamuis quoad q̃d
& ſic particulariter, reſpectu legato-
rum auferatur & ex conſequenti mi-
nus principaliter quod ſecũdum eũ,
non inconuenit,& in hac perſiſtit cõ
cluſione poſt Roman. vt dixi contra
Pau.de Caſtr. & alios Doctores, inibi
& contra eundem Pau. in prædicta
l. ſancimus. C. de teſta. dubitantem
(vt Alex.inquit) de hac re & ꝓculdu
bio ex hac litera probatur contra Ro.

135 & Alex.† quod tanta libertas requiri
tur in diſponendo per vltimam volũ
tatem quoad legatum & fideicõmiſ-
ſum particulare, quãta exigitur in cõ
dendo teſtamentum quoad inſtitu-
tionem vniuerſalem, & certe Bal.qui
tetigit iſtum articulum in eadem l.
ſancimus nõ fitmat opinionem quã
prædixi tenere Rom.& Alexan. imo
vero inclinat in opinionem contra-
riam,quam ſequitur Pau. de Caſtr.&
rectè in dicta l. ſtipulatio hoc modo
concepta, quamobrem non proſpi-
cio quare Alex. poſt Rom.referat Bal.
& Pau.ad idem in eadem l.ſancimus,
cum imo Bal.ibi potius inclinet,vt di
xi in opin.contrariam, & Pau.in ea.l.
ſancimus nihil de hac re tãgat, ſed in
dicta l. ſtipulatio,tenet oppoſitum e-
ius,quod tenent Roma.& Alex.Con
ſimiliter adhuc magis miror de Ale-
xand.met eum aſtruxiſſe prefatã con

Parilitas libertatis debet eſſe in diſpoſitione vltima particulari, & vniuerſali,vt ex lr̃a depromit idẽ infra nume.116.

Lapſ9 Alex, in alleg.Bal. & pau. in d. l. ſancimus.

Alius lapſus eiuſdẽ Alex.

cluſionem, cum per eam conſtituit
differentiam, inter inſtitutionem &
legatum in hoc propoſito, quum tali
differentiæ irrefragabiliter repugnet
hic text.(vt dixi)in eodem verſic.[ne
mo enim ] necnon quia quantum ad
potentiam & plenam diſponendi, in
volũtate vltima,libertatem ſiue poſſi
bilitatem,nulla prorſus eſt differẽtia
inter diſpoſitionem vniuerſalẽ & par
ticularem, nam iſti caſus ſunt à iure
conuertibiliter parificati, qui poteſt
teſtari, poteſt codicilllari & econtrà,
tam affirmatiuè quàm negatiuè l. 2.
titu.s̃. proximo de lega. 1. vbi per hoc
Barto. decidit vnum notabile ad. ll.
iſtius regni videatur ibi per eum. Ad
idem facit l.diuus.§.licet.verſic.codi-
cillos.s̃.de iure codi. ſic itaq; eadem
habilitas & potẽtia actiua requiritur
in diſponendo particulariter & ſic fa-
ciendo, ſeu relinquendo legata & fi-
deicommiſſa particularia, quæ requi-
ritur in diſponendo vniuerſaliter, id
eſt, faciendo diſpoſitionem vniuerſa
lẽ de tota hæreditate, vel de cota par
te ipſius, & conſequenter quemad-
modum quis non poteſt ſibi auferre,
vel à ſe propellere facultatem ſiue po
tentiam,ſiue habilitatẽ teſtandi acti-
uè quoad inſtitutionem vniuerſalem
vt eſt. s̃. in hoc eodem textuali tradi-
tum,ita pariformiter neque quoad di
ſpoſitionem circa legata & fideicom
miſſa particularia faciẽdam quod e-
nim iuris eſt de toto quoad totum de
bet etiã eſſe de parte, quoad partem
ſubſiſtente inquam,in vtroq; caſuum
paritate rationis prout hic ſubſiſtit l.
quæ de tota in princi.ff.de rei vendi.
& l.ſi quis cum totum in princ. ff. de
exceptione rei iudi. cap. Paſtoralis. §.
item cum totum de officio delegat.

136 †quę eſt regula penè infallibilis,nam
in noſtris terminis in omni volunta-
te ſeu diſpoſitione vltima,vſq; à prin-
cipio

Ad idem,

DeciſioBar. conferẽs ad intel legum reg. diſponẽtiũ circa ſolẽnitatẽ teſtium in cõfectione codicillorum requiſitam.

Regula pene infallibis ꝙ ſubſiſtenta paritate rationis in vtroq; caſu, idem iuris eſt de toto quo ad totum, & de parte quo ad partem.



cipio ſubſiſtit paritas rationis,quia v-
trobique,id eſt tam in vniuerſali, q̃ in
particulari,debet ſubeſſe libertas vo-
luntatis diſpoſitiuæ quæ eſt baſis &
fundamẽtum(ita dicam) cardinale &
angulare actuũ omnium humanorũ,
& præſertim vltimarũ voluntatũ, vt
eſt noti9,q̃ vt probari expediat, & pa-
tet ex proceſſu titulorum, quod me-
tus cauſa.C.&.ff.& de dolo, & ſi quis
aliquis teſta.prohi.vel coege. Præte-
rea ſi dicerem9 prædictam opi. Ludo.
Ro.& Alex.eſſe veram, videlicet,ꝙ te
ſtator poſſet ſibimet adimere liberã
facultatem, ſeu poteſtatẽ quoad non
poſſe diſponere circa legata & fidei-
commiſſa,poſt eorum reuocationem
ſequeretur idem(quod in legatis)dici
poſſe,ſi diceret teſtator,aut profitere
tur,ſe nolle poſſe exigua,aut minima
hæreditatis cotta parte diſponere, ꝙ
eſſet abſonum,quia ſecũdum id quis
poſſet pro parte teſtari,& ꝓ parte nõ,
cõtra iuris regulam,de qua in l.ius nõ
ſtrum.ff.de regu.iuris,& l. 1. §.ſi ex fũ-
do.ff.de hære.inſtitu.cum al.&per cõ
trarium ſequeretur aliud æquè abſur
dum,ſcilicet ꝙ idem eſſet dicendum
ſi teſtator dicendo,ſi teſtamẽtum nõ
valuerit.&c. declaraſſet vel profeſſus
eſſet velle ſe non diſponere relinquẽ
do,& diſtribuẽdo,per legata,& fidei-
commiſſa, totum patrimonium quã-
do vult decedere inteſtatus contra.§.
præterea,inſtitu.de fideicom. hæred.

137 †quia quẽadmodũ non poteſt ſe ipſũ
cohercere, ad nõ teſtandum,ita neq;
ad nõ codicillandũ alterum ſiuè alte-
rutrum eorum ad libitũ poſſit toties
quoties voluerit facere, ideſt teſtari,
& codicillari,ſemel,bis,iterum,& mil
lies,idque omittere facere ſi libuerit
abſque eo quod à ſe excutiat faculta-
tem illud faciendi,quia id eſt ſibi à iu
re interdictum,vt ſudra. Ex quibus in
trepidè concludendum arbitror, in

De eadẽ re.

Quẽadmodũ non pot quis ſeipm priuare poteſtate libera teſtandi, ita nec codicillãdi. vide in ſimili qđ dicit ſupra, nu. 3.

Cõcludit cõtra Roma.& Alex.

hoc articulo contra Roma.& Alexã.
vbi ſupra,& profecto perperam & in
deliberatè loquutus eſt de hac re. Ca-
thelianus Cotta(quod non raro eracl
cidit) in ſuis memo. pagin. 514. ſuper
parte,teſtatorem inducere, 2. colum.
verſi accedit,ſequutus ſimpliciter A-
lex.in eadem l. ſtipulatio hoc modo
concepta,ſed vt eſt dictum ſupra, am
bo in hoc hallucinati ſunt, vnà cum
Ludouic.Roma.miſſam de induſtria
facio,quandam cõcordiam inter has
opiniones aduerſantes poſitam per
Claud.de Seyſe.in eadem l.ſtipulatio
col.1.quia (pace illius dixero) inaduer
tenter loquitur,quum per eam vide
tur ſimpliciter approbare opi. Roma.
& Alex.& ſic rectius, ac conſultius,fe
ciſſet eam non ponere cum primo di
xerat,quod contraria opinio. i. cõtra
eoſdem Rom. Alex.eſt verior & com

138 munior. Et † ex prædictis videtur de-
claranda l.22.in ll. Taur.in quantum
dicit,quod ſi pater promiſit non me-
liorare vel meliorare aliquem ex filijs
ſuis ꝙ vtrumque pactum eſt ſeruan-
dum,vt intelligatur per diſpoſitionẽ
inter viuos: nam ſi id facere vel nõ fa-
cere per vltimam voluntatem ꝓmit-
teret tale pactum de non meliorãdo
eſſet inualidum, quia auferret (cõtra
ea quæ ſuprascripta ſunt) facultatem
diſponendi per vltimam voluntatem
necnon econtra pactum de meliorã-
do per viam inquam vltimæ volunta
tis eſſet inualidum,vt potè contra eã-
dem l.ſtipulatio hoc modo,& ea quæ
ſupraſcripta ſunt de libera facultate
diſponendi ꝑ vltimam voluntatem,
quia libera voluntate per illum pactũ
lędderetur & redderet non libera, pil
lud enim paciſcens ſeſe aſtringeret,
coerceret,& coarctaret ad diſponen-
dum certo & limitato modo,& ſic nõ
libere,& certe præfatæ legi Taur. be-
ne quadrat hic intellectus quamquã

Taxat Cathel.cotta.

Taxat itidẽ Clau.de Seyſelo.

Aduertẽtia haud ſpernẽda ad declarationem l. 22. Tau.

vulgo generaliter intelligatur, & per
peram.

4. pronũciatum ſeu no.

Rurſus & quarto Angel. de Perig.
hic expendit iſtum textum probare,
quod clauſula derogatoria ſeu prote
ſtatoria poſita in priori teſtaméto ad
derogationem poſterioris vltimæ vo
luntatis extenditur, quo ad vim & ef
ficatiam ad codicillos, & ſic ad aliam
ſcripturam diſtinctam & ſeparatam
à teſtamento dum textum hic com-
memorat codicillos, ibi [in codicillis]
Sed hoc notabile dicit Ange. eſſe cõ-
tra text. & gloſ. in l. ſi ita ſit adſcriptũ.
§. fin. ſ. tit. 2. de legat. 1. & nõ ſoluit cõ-

Verificatio præfati pronuntiati.

trarietatem. Ego tamen non video
in quo ille text. neque glo. ibi contra
dicant prædictæ ponderationi ſeu no
tabili. Et tamen quoad illud eſt adrio
randum vltra Ang. quod procederet
in alijs terminis, videlicet quando ta
lis clauſula derogatoria in teſtamen-
to poſita, referretur ad diſpoſitionem
particularem quæ ſperabatur poſtea
139 ſubſequi, † prout eſt in caſu iſtius le-
gis, vbi dicitur ſi cui bis legauero, ſe-
mel deberi volo, iſto enim caſu nimi-
rum ſi extenditur ad codicillos qui
ſuapte natura nõ continent, niſi par-
ticulares legatoris diſpoſitiones; non
autem ad vniuerſales; directas inquã,
vt in l. ſi idem. C. de codi. §. fin. inſtit.
eodem l. ſceuola, cum alijs. ff. ad Tre-
be. idẽ ſi ex generalitate clauſulę de-
rogatoriæ vtraque diſpoſitio, tam vni
uerſalis quam particularis includere-
140 tur, vt puta † ſi teſtator dixiſſet, volo
hoc meum teſtamentum valere, non
obſtante quouis alio teſtamento, & a
alia quauis vltima voluntate, quod
vel quam in poſterum fecero, hoc er-
enim caſu opus eſſet clauſulam con-
tra derogatoriam in ſecunda vltima
voluntate, ſiue vniuerſali, ſiue parti-
culari taliter apponere, vt reddantur
ſingula ſingulis, vel etiam vt compre

Clauſula derogatoria ſpecialis in teſtamento pręambulo appoſita, cõcernés legata poſtea relinquéda cõprehendunt codicillos poſtea faciédos, & legata quæ ĩ eis continerẽt.

Clauſula derogatoria generalis reſpiciens vltimã voluntatẽ ſequenté, comprehendit' etiã codicillos futuros, vt ad eorum validitaté ſit opus apponere clauſulã derogatoriam priori cõtractatam.

hendat vtramque diſpoſitionem prę
ambulam, tam vniuerſalem quã par-
ticularem . Si autem clauſula præ-
cedens contineret ſolummodo dero
gationem, ad ſequens teſtamentum,
& illud in futurum reſpiceret, vt in
exemplis extra caſum huius l. in diſ-
cuſſione & examinatione iſtius ma-
teriæ, per Bar. & Doctores hic traditis
argumento iſtius l. inter quæ eſt vnũ
quod ſupra proximè poſui verſiculo,
idẽ ſi ex generalitate, detracta inquã
ſecunda ipſius parte, ideſt illa genera-
li mentione cuiuſlibet vltimæ volun
tatis, ſed habita ſolummodo mentio-
ne derogatoria teſtamenti poſtea fa-
141 ciendi hoc † eſt, non obſtante quo-
cunq; alio teſtamento per me in po-
ſterum faciẽdo, in hoc enim caſu nõ
cenſetur futuris codicillis derogatũ,
ſi quos inquam poſtea teſtator ſepa-
ratim feciſſet cum teſtamentum, &
codicilli inuicem eſſentialiter diffe-
rant, ideſt non in ſolo nomine, dicta
l. ſi idẽ. C. de codi. oportet ergo clau-
ſulam derogatoriam, in pręcedenti te
teſtaméto appoſitam eſſe generalio-
rem illa quæ exprimitur nominando
ſolummodo teſtamẽtum, ſcilicet nõ
obſtante quocunque teſtamento, vt
ſupra etiam dixi, ad hoc vt cenſeat' de
rogatum codicillis, poſtea ſeparatim
faciendis ab eodem teſtante, tunc e-
nim, ideſt quãdo talis clauſula eſt ge-
neralis ad derogationem, tã teſtamẽ-
ti, quam codicillorũ ex poſt facto cõ-
ficiendorũ, vt quando dixiſſet in prio
re derogatoria, vt ſupra exemplifica-
ui, non obſtante quocunque teſtamẽ
to, & alia quauis vltima voluntate, de
quo planè cenſeretur derogatum co
dicillis futuris, ita q́ ſi qui fierent im-
poſterũ non valerent niſi in eis appo
neret' clauſula contraderogatoria ad
primã clauſulã quoad primũ teſtamẽ
tũ, & contẽta in eodẽ vbi fuit poſita
clau-

Clauſula derogatoria relate ſpecialiter ad futurũ teſtamentum dũtaxat, nõ porrigitur ad codicillos poſtea faciendos, vnde ad eorũ validitatem nõ eſt opus in eis adponere aliquam derogatoriam priori cõtrastutam.



clauſula derogatoria ad hoc ſequẽs te
ſtamẽtũ, & ad q̃uis vltimã volũtatem
ſubſequẽtẽ ſecũdũ quę nõ eſt tenẽdũ
quoddã nota. elicitũ p̄ Rapha. ex hoc
tex. dum not. iſtã derogationẽ vel ꝓ-
teſtationem ſimplicẽ non trahi ad co
dicillos, dixi ſimpliciter, quia deroga-
toria in iſto tex. nõ fuit reſtricta ad te-
ſtamentum poſtea cõdendũ, ſed fuit
generalis & ſimplex, ſi cui bis legaue-
ro. &c. Sed non loquitur recte, quia il
la verba referunt'. ſ. ad teſtamentũ, &
ad codicillos reſpectu duntaxat lega-
torum in eis cõtinendorũ. Nã in vtra-
que voluntate, tã teſtamentaria q̃ co-
dicillari poteſt iterũ legari, nõ enim di
xit legauero in teſtamẽto tãtũ vel in
codicillis tantũ, quia non eſſet dubiũ
ſed locutus eſt indefinitè ſi cui lega-
uero bis. &c. & ſic incluſit etiã diſpo-
ſitionẽ codicillarẽ in poſterũ faciẽdã
cum ex vi quadã propria & cõprehẽ-
ſiua talia verba cõplectãtur vtrãq; vo
luntatẽ & vniuerſalẽ & particularẽ. i.
teſtamẽtariã & codicillarẽ quoad le
gata in ea contenta. Quibus attẽtis
non poſſum nõ mirari de perſpicatia
Raph. Cu. q́ euicerit ex hoc tex. not.
cõtra eundẽ met text. ſed dubio ꝓcul
putò, quandã negatiuã, non, abũdare
in litera cõmẽtari Raph. & ſic q́ locu
tus fuerit affirmatiue & dixerat, non
iſtã ſimplicem proteſtationẽ trahi ad
codicillos, ſed ex vitio impreſsiõis ad-
dita fuit dictio, non, aliàs (vt dixi) eſſet
quod ille notat cõtra iſtũ tex. ineuita
biliter q́ nõ eſt credẽdũ eũ feciſſe.
142 Quinto no. † q́ vltima ſeu ſuprema
volũtas regulariter p̄ualet priori, & in
quit verbũ nota. Raph. Cu. hic q́ hæc
regula nunq̃ fallit, licet aliqñ ob ſpe-
ciales & reſpectiuas quaſdã rationes,
loquutio & ſcriptura quę ſunt vltimę
in ordine nõ p̄ualent priori ſcripturę
vel loquutioni, tñ vltima voluntas in
ſe ipſa ſẽp & ĩdiſtincte (vt modo dixi)

Texatur Rapha. Cum.

Emendatur litera Raph.

Regula ĩfallibil. authore Rapha.

Attẽ. aduertenter.

preualet priori volũtati, intelligendo
hanc regulã varijs reſpectibus cõſide
ratis circa voluntatẽ vniuerſalẽ & par
ticularem, vt. ſ. fuit traditũ, tã in fallẽ.
q̃ in amplia. eiuſdem, & profecto hoc
verbũ Rapha. eſt memorabile q̄a ra-
ræ ſunt in iure noſtro regulæ infalli-
biles ꝓut teſtat' Iurecõſul. in l. omnis
deffinitio. ff. de regu. iu. in ver. rarum,
ſecũdũ emendationẽ Bude. licet cõis
litera, ſit litera Pandectarũ. ſ. parũ, quã
etiã tenet ibi Io. Mõtanus, defendens
eam nouiſſimè poſt glo. & Docto. ſed
quãcũq; literã teneamus, ſiue rarũ, ſi-
ue parũ, ſiue vix, prout alij, habent &
bene (ne dicã melius) non variat' ſen-
ſus l. cũ oẽs tendãt in eũdẽ ſcopũ. i. ad
reddendas propè oẽs iur. ciui. regulas
fallibiles, & aſs recolo me nõnullas re
gulas ĩfallibiles agregaſſe ex varijs iu-
ris locis ĩ meis collectaneis rerũ ac ſẽ
tentiarũ memorabiliũ. &c. Vtrũ autẽ
regula iſta ꝓcedat, & quomodo in cõ
tractibus ponit glo. in l. pacta nouiſſi-
ma. C. de pactis, vbi Iaſ. poſt Doct. ibi,
& alibi in hãc rẽ multa congerit etiã
quoad alios actus, & poſt eũ Riminal.
Ferra. & Det. & Frã. Cur. vterq; col. 1.
& ſup glo. necnõ Clau. de Seyſ. inde
cũ opus fuerit petendũ eſt, quia nõ at
tinet ad materiã iſtius l. quæ verſatur
dumtaxat circa vltimas voluntates.
Sexto poſt gloſ. colligitur ex hac l.
† q́ ſola teſtatoris ſentẽtia nõ eſt ſuffi 143
ciens ad inducẽdã diſpoſitionem ne-
que vltra glo. iſta de hac re tractat ſed
ſolum adducit duarum legũ argumẽ
tum in oppoſitũ & nõ ſoluit, & certe
hic tex. bene ꝓbat hoc not. nã quãuis
hic teſtator ſciebat ſe dixiſſe pri⁹. i. in
principio teſtamẽti, q́ ſi cui bis poſtea
legaſſet ei ſemel dũtaxat deberet' &
poſtea legauit ſępi⁹ ĩ codicil'. tñ nõ vi-
det' p̄ ſolã illam ſentẽtiam receſsiſſe à
priori diſpoſitione ſeu volũtate diſpo
ſitiua quę fuit illa volũtas pręambula

Sola teſtatoris ſentẽcia non eſt idonea, neq; efficax, ad producendũ aliquẽ effectũ diſpoſitiue, niſi vltra teſtator ꝓceſſiſſet ad diſpoſitionem faciendam.

proteſtatoria vel derogatoria, ſcilicet ꝙ non deberetur niſi ſemel niſi reuocauerit eãdem & vlterius ꝓfeſſus fuerit ſe velle pręſtari pluries legatũ poſtea ſæpius relictũ in codicillis nõ obſtãte illa prima clauſula derogatoria, ſic ergo concluſio deducta ex hac l. per glo. ſatis hic probatur. Eidẽ cõcluſioni ſiue pronuntiato ex profeſſo cõfert quod vulgo per manus ſcriptorũ ordinariorum in iure, necnon conſulentiũ traditur, ſcilicet non ſufficere teſtatorẽ q̃d velle niſi illđ diſponat l. quidã cum filiũ. ſ. de hære. inſti. vbi ex ea id notant Bal. & Io. de Imo. nam ſola illa voluntas teſtatoris quę eſt eadẽ cũ ſententia ipſius, vel minimũ ab ea diſtans vt potè in mente retenta non eſt alicuius fructus vel effectus diſpoſitiua l. ſi repetẽdi. C. đ condi. ob cau.

144 †Hinc ſuborta concluſione incidit in præſentiarum inſpectio ſiue inueſtigatio, tã oportũa q̃ admodũ neceſſaria circa iſtum articulũ crebro ac ꝑpe quotidie & in ſcholis, & in iuditijs & apud conſulentes verſatum, ſcilicet vtrum, & quãdo, & quomodo ſufficiat alicui nominato per teſtatorem in teſtamento, ad fideicõmiſſum, vel ad aliud cõmodum perſequendũ, ꝓbare teſtatorem voluiſſe, quando nõ proceſsit ad actum diſpoſitiuum, ſiue ad diſponendum vt ad talem nominatum legatum vel fideicommiſſum pertinet & prętextu eiuſmodi, nude ac ſimpliciter voluntatis, id eſt nõ diſpoſitiuæ illud poſſet conſequi. Et quamuis iſte articulus ſit valde aſſiduus, vt potè ex facto ſæpiſſime eueniens, & non mediocre faciat conſulẽtibus negociũ, toties quoties accidit, quia in materia vltimarum voluntatum maximè importans reputatur & re vera eſt, vix, tamen (quod ego ſciam) reperietur in eo competens reſolutio ac certa doctrina tradita per Doctores, & præſertim per antiquos.

Sequentia ſunt maxime cõmẽdanda ad intelligentiam allegationis q̃ ſit aſsidue de. l. quidam cum filiũ, ſupra de here. inſti, videlicet non ſufficit teſtatorem quid velle niſi diſponat. Et quę hic tradunt de hac re ſũt optime frugi, & quotidie verſant in practica.

145 †Quamobrem operepretium mihi viſum eſt, circa illum hic inſiſtere, & quidem difficultatem in eo videtur ingerere diſpoſitio omnium iurium dicentium quod fideicõmiſſum inducitur ex ſola defuncti voluntate, etiam tacita ſiue ex coniecturis elicita l. Titia Seyo. §. Seya libertis. ſ. titul. 1. de leg. 2. vbi id not. Pau. de Caſt. & l. cũ proponeret, eo. tit. & in deciſione pulchrę quæſtionis tradit idem Pau. in l. pe. 3. textuali. C. de impub. & alijs ſubſti. & eſt etiã tex. in. l. nutu. in princi. j. titu. iſto, & in l. hæredes mei. §. cũ ita. j. ad treb. & in l. cum quæſtio, in fi. C. de legatis, & in l. in conditionibus primum locum, in princi. j. de condi. & demonſt. & l. quiſquis, de verbo. ſigni. & l. cum virum. C. de fideicõmiſ. Ex quibus iuribus & alijs quæ hic ad eamdem rem poſſent adduci, probatur quod in vltimis voluntatibus quoad legata & fideicõmiſſa particularia & vniuerſalia quouis modo deprehendatur quid teſtator voluerit illud, ſequi debemus ſecundum Iaſo. allegantem in id iura illa in l. licet Imperator. nu. 19. ſ. titu. 2. de lega. 1. contra quoddam notab. ex eadem l. elicitum per Petrum de Beſu. Quod eſt, ꝙ licet iudex præſumat ex aliquibus cõiecturis teſtatorem aliquid voluiſſe, non tamẽ poteſt illam ſequi pręſumptionem ex proprio capite, quod notabile ſecundum Iaſ. videtur deſtruere totã materiã vltimarũ voluntatũ, & in contrarium allegat & expendit iura prædicta & non procedit vlterius ad reſpondendum illli legi, licet Imperator, neque aliud verbum facit in propoſito, ſed more ſuo manet irreſolutus. Sed certe vt tranſeunter de illa concluſione elicita, ex eadem l. per Petrum de Beſu. dicam quid ſentio; non poteſt aliud conſiderari ad

Legatum & fideicõmiſſum inducũtur per volũtatem defũcti tacitã ex coniecturis elicitam.

Mos Iaſonis in pũctis difficilibus eſt, ſeſe non reſoluere.



ad eam palliandam, vel colorandam, niſi ꝙ forte ille habuit reſpectũ ad pręſumptionem priuatam & capitoſam ipſius iudicis non collectam ex legitimis, id eſt à iure approbatis inditijs. ſ. quę eliciuntur ex ſcriptura diſpoſitionis ipſius defuncti, vel ex depoſitionibus teſtium vel aliunde, ſed ex ꝓprio celebro, vt verba illius ſupra proximè relata ſonãt, & inſinuant, aliàs niſi id quod retulit Iaſ. Petrum de Beſu. dicere, ita intelligatur loqueretur contra l. illam licet Imperator, vbi apertè probatur contrarium eius quod ille dicit, imo vero probatur ibi, ꝙ ex coniecturis legitimis ibi poſitis ſatis probatur quod teſtator voluerit relicta ab inſtituto non cenſeri à ſubſtituto repetita, ſicque iudex eas tenetur ſequi, & ſic, licet Beſutius ita intellexerit, vt dixi, de præſumptionibus capitoſis ſeu cerebroſis ipſius iudicis, nihilomagis illud deducitur ex l. illa quæ non loquitur de talibus præſumptionibus fantaſticis & capitoſis, ſed de legitimis, vt prædixi vtrumcunq; ergo ſit, illud dictum Beſutij neq; probatur ex illo tex. neq; eſt alicuius pretij vel effectus, vnde Iaſ. non debuit tantum circa illud muſſare neq; ab eo deterreri. De ſubſtitutione autem directa (vt ad inchoata proſequenda redeã) quẽadmodũ neq; de ipſa ſubſtitutione ambigi non opportet. ſ. ꝙ regulariter non poteſt ſubintelligi tacitè niſi de vtraq; fuerit expreſſè cautum ſiue diſpoſitum l. hæredes palam, in prin. & l. iubemus, in prin. ff. &. C. de teſta. (niſi in caſibus in iure expreſſis quorum aliqui in proceſſu materiæ tangentur, & eos plenius tradidi in releƈtione. §. qui fideicommiſſariam l. 3. ſ. de hæred. inſtituen. in pręfationibus) Redeundo itaque ad primum articulũ,

146 †ommiſis alijs videtur in eo reſolute concludendum quod etiã ceſſantibus verbis teſtatoris diſpoſitiuis nihilominus, voluntas ipſius operatur circa inducenda legata & fideicommiſſa tam particularia, quam vniuerſalia, & attendenda eſt poteſt colligi, & operatur effectus in caſibus exemplorum ſequentium.

Adnotatio petri de Beſu. exploditur.

Reſolutio, q

exemplificatur ꝑ caſus non paucos hic relatos, ex quibus & ex eorũ quolibet elicitur quonammodo defuncti voluntas cõiecturata, euincatur ex coniecturis, vel præſumptiõibus, ad inducẽdũ legatum vel fideicom. particulare, vel vniuerſale. 1. caſus vel exemplum.

Primus eſt quando de voluntate coniecturata poteſt conſtare ſiue ex propria ſiue ex impropria verborum ſignificatione quæ tamen menti congruenter reſpondeat. l. non aliter. j. iſto titu. l. quoniam indignum. C. de teſta. l. & puto. §. 1. cũ glo. not. ff. fami. her. & ad hoc exemplum facit, quod Bald. inquit in dicta l. cum virũ. C. de fideicom. col. fi. in verſi. deinde not. in hac l. & in verſi. item not. conſiderari, quod eſt idem dicere, ac ſi di-

147 ceremus † quod ſufficit conſtare de mente etiam ex larga verborum ſignificatiõe, aliàs autem ſi neq; propriè neq; impropriè conſtare poſſet de teſtatoris voluntate ſtaretur proprietati verborum expreſſorum, & eorum vero ac proprio ſignificato prout iacent & voluntatis inueſtigatio eſſet ſuperuacanea, vt potè Chymerica & Phãtaſtica, ꝑut Bar. vult in l. in ambiguo. j. de reb. dub. in reſponſione ad l. non aliter. ſ. allegatam, quę iſtud vult in prin. dum dicit. [Non aliter à ſignificatione verborum recipi oportet q̃ cum manifeſtũ eſt teſtatorem aliud ſentire alias ſenſiſſe.]

Sufficit ad colligendã defuncti voluntatẽ coniecturatã relinquendi legatum vel fideicõmiſſũ de ea cõſtare ex larga vel im ꝓpria verborũ ab eo prolatorum ſignificatione.

Verba. l. nõ aliter, infra eo.

148 †Et tamen manifeſtum in hac materia dicitur quod ex coniecturis colligitur dicta l. licet Imperator, in princi, vbi Bar. & alij poſt eum id notant, quæ quidem coniecturæ rectè & apptè colliguntur ex verbis teſtamente, etiam improprijs vel impropriatis per largam ſignificationem, vt ſupra eſt dictum, & infra videbimus, ſi ergo, vt proximè eſt dictum, nõ poteſt de mente defuncti conſtare per aliquam

Manifeſtum vel euidens dicitur ĩ hac materia, q̃đ ex coniecturis vel ꝓſumptiõibus euincitur.

quam veriſsimilẽ conieƈturam ex q̃-
buſcunq; verbis teſtatoris elicitã,vel
quomodolibet ex eius teſtamẽto vel
alia diſpoſitione decerptam,vel reſul
tantem non recedendum(vt illa l.nõ
aliter,inquit)à propria verborum ꝓ-
latorum ſignificatione de quo pũƈto
tradit Alex.conſi.55.incipiente,viſis,
lib.3.quem etiam vi.ad d.l.non aliter
in l.3.C.de libe.præte. Et tradit anti-
quior Curtius,conſi.43.col.10. & cõ-
ſil.46.col.11.nam illa cẽſetur aut præ
149 ſumitur mens loquentis, quæ † ver-
ba præſeferunt & indicant etiã q̧ for-
taſsis alia fuerit mens ipſius de qua nõ
eſt noſtrum diuinare,vt ĩ cap.vno vt
eccclíaſti.benefi.& l.ſi putator. ff. ad
l.acqui. verba quippe † deſeruiunt in
tentioni & illam demonſtrãt. cap.in-
telligentia,de verbo.ſignifi.l.2.in fin.

Verba teſtatoris apta & clara indicant præſuptiue volũtatem ipſius,talem fuiſſe qualẽ illa ſonãt, & ſi forſan in vero alia fuerit,

C.communia,de legat.ad idem text.
150 optimus in l.Labeo.§. idem tubero.j̃.
de ſuppellẽ.lega.ibi[nam quorſum no
mina,inquit,niſi vt demonſtrarẽt vo
luntatem dicẽtis.&c.] cum verbis ſe-
quen,quæ notanda ſunt & ſæpe alle-
gabilia,& ea ſignanter expendit Baľ.
in l.vna,col.9. C.de cõfeſ.ad id quod

Intentioni verba ſubſeruiunt, eãq; demõſtrant.

151 philoſ.primo Periermc.ĩquit,[† ſunt
autem ea quæ ſunt in voce carũ quæ
in animo ſunt paſſionum notæ,ideſt
ſigna,]& de hac re nonnulla cumu-
lat Iaſ.in l.neq; profeſsio. C. de teſta.
in idem facit l.ſi alij.j̃.de vſufru. legat.
quam ad id dicũt Pau.d̃ Caſt.adduce
re conſi.247.cui initium, egregi⁹ do-
minus conſultor, ſed non inuenio in
aliquo ex duobus volu. quæ circunſe
runť,vbi quædam ad hanc rem expe-
ƈtantia fertur cõgerere.

Quæ in voce ſunt, paſſionũ animi ſunt notæ.i. ſigna.

Secundus caſus vel exemplum pro
ſequendo pręmiſſa,eſt quando volun
tas reſultaret ex verborum ĩdefinito
rum aliàs indefinitè prolatorũ in am
bigua ſignificatione,text.eſt not.in l.
ſi ſeruitus, verſi.q̧ ſi ita.ff.de ſerui. vr-
ba.præd.ibi,[Humani⁹ eſt.&c.]& ſic
de æquitate & humanitate talia ver-
ba deſignant volũtatem proferentis
per ea ſignificari,tã reſpeƈtu præteri-
torum q̃ futurorum. Idem ſi reſulta-
ret ex diƈtione colleƈtiua, vterque ſi-
milľr ambigua, exemplum deſumi po
teſt ex.l.cũ quidam eademq;pe.C.de
impu.& alijs ſubſ.vbi not. Baľ. 1. not.
textuali & alij ſcriptores poſt eum.

2.caſus vel exemplum.

Tertius caſus vnde voluntas præ-
ſumpta colligitur ac reſultat,eſt ex ve
riſsimili conſideratione,relationis ca
ſus expreſsi ad caſum tacitum ſiue ſu
bintelleƈtũ,vt quia teſtator expreſsit
vnũ caſum,& omiſit aliũ poſsibiliter
ſeu veriſsimiľr d̃ nouo euẽtũrũ, ĩ quo
per conieƈturã veriſsimilem creden-
dũ eſt eũ idẽ ĩ tali caſu, reſpõdiſſe vel
reſponſurũ eſſe, ſi de eo meminiſſet,
vel interrogat⁹ fuiſſet tempore quo
alium caſum expreſsit,nã voluntas di
ſponentis cenſetur ineſſe caſui omiſ-
ſo tali veriſsimilitudine ſubſiſtente,
tex.eſt in l.tale paƈtum. §. fi. vbi gľ.fi.
ad fi.allegatur in id paſsim ab omnib⁹
ff.de paƈtis,ad idem l. Barbarius Phi-
lippus,vbi Bal.not. primo nota. ff.de
officio præto.in ver.[ſed & ſi ſciſſet,]
& eſt bonus tex. qui nõ ſolet allegari,
ſed eum ibi ad id ponderat Claudius
id l.mulier,in prin.verſi. decreuiſſe.j̃.
ad treb.ad idem bonus tex. ſecundũ
intel. Bar. Alex.& ſequatium,ibi in l.
fi.C.de poſth.hære.inſti.& in.l. Titi⁹,
§.Lutius.ff.de libe.& poſthu. idemq;
probatur ex l.generaliter. §. cum au-
tem.C.de inſti.& ſubſti.& ſunt text.
notab.in l.in confirmando.& l. vtili-
tatem.s̃.de confirma.tuto.& bona gľ.
in l.cum acutiſsimi. C. de fideicom-
miſ.& miror quod Doƈtores ſemper
citent illam gloſſam,in l.tale paƈtum
§.finaľ.& dicant eam eſſe ſingularem
vt vbi Iaſ.& in d l. Barbarus, ſecundo
nota.& Ro.conſilio.55.inci. viſo the-
mate,

3.caſus vel exemplum.

Attẽ.ad glo. aſsidue allegabilem, in l.tale paƈtũ §.fi.



mate & alij Doƈtor.paſſim in pleriſq;
locis cum ſit text.apertione q̃ gloſ.in
eo.§.vltimo,vbi eſt eadem glo.& ſunt
152 alia iura ſatis clara.s̃. citata, † & gloſ.
non ſunt allegandæ (ne dicam com-
mendandæ)vbi ſunt tex.vt inquit gľ.
in l.ſed licet.ff.de offi.præſi.gloſ. vna,
in fi.& ad pręfatam gloſam in d.l. tale
paƈtum.§.fi.cum iuribus eam aperrè
probantibus.s̃.citatis,vi. Tiraque.in.l
ſi vnquam.C.de reuoca.do.in princi.
nu.55.per totum,vbi redundantes de
hac re tradit remiſsiones,non tamen
omitto q̧ illam cõmunem allegatio-
nem innixam illo tex.cum glo. in d.l.
tale paƈtum. §. vlti. cum alijs iuribus
in idem s̃.adduƈtis limitat dupliciter
Iaſ.vbi eſt videndus conſi.171.col; fi.
volum.4.eſt ſiquidem illa theorica ni
mis generalis & vaga(ne dicam æqui
uoca ſeu amphibologica)& ĩgerit nõ
paruam confuſionem volentibus eã
adaptare caſibus quibus nõ apte qua-
drat prout frequenter ab ſcriptorib⁹
attentatur aptari, quamobrem par-
cè & cũ aduertentia ac temperamen
to vtendum eſt præfata generali do-
ƈtrina aut(vt vocant)regula Doƈtorũ
magiſtra,& miror q̧ ĩter tam multas
Doƈtorum auƈtoritates ad hanc rem
adduƈtas per And. Tira.ommiſerit ci
tare prædiƈtum conſi.Iaſ. quanquam
eiuſdem alia tria conſilia alleget pri-
mi & ſecundi voluminis, & iſte terti⁹
caſus eſt reſtringendus & declarand⁹
vt.j̃.dicam.8.caſu.

Glo.allegãdæ ſunt, qñ text.deſunt illis vero ſtãtibus,nõ debet fieri earum alleg.

Attẽn.

4 Quartus caſus vbi de voluntate te
ſtatoris poteſt apparere,colligitur ex
ipſius erronea diſpoſitione,tollerabi-
li tamen,tunc enim ſtatur ipſius men
ti,ſiue ſit error faƈti,ſiue iuris, de hoc
ſecundo eſt tex.in l.qui fruƈtus prædi
orum vbi Bart.j̃.de vſufruƈt.legat. &
eſt bona glo.vbi idem Bar.in l.ſi libra
rius.j̃.de reguľ.iuris,de illo primo eſt
tex.in diƈto.§. Lutius.l.Titius.s̃. de li-
be.& poſthum.& l.fin.C.eo. titu.ad a
liud ſupra citatis.

Quintus caſus eſt, quando volun- 5
tas diſponentis quæ non poteſt pro-
bari per verba teſtamenti vel codicil
lorum,probatur ex alijs aƈtibus,& cõ
ieƈturis extrinſecis,talib⁹ inquam ex
quibus veriſsimiliter poſsit præſumi
ita teſtatorem ſenſiſſe diſpoſitiue vel
per eum fuiſſe diſpoſitum. l. quoties.
§.1.s̃.de hæred.inſti.vbi glo.Bar.& alij
& l.cum proponeretur alias cum pro
ponebať.s̃. tit.proximo,de lega. 2.ſe
cundum vnam leƈturam quam po-
nit.gľ.1.ibidem in caſus poſitione,ad
idem facit l.cvm auus.j̃. de cõdi.& de
monſt.ibi,[plus diƈtum minus ſcrip-
tum,] & iſte caſus procedit propriè
quando talis voluntas tacita vel con-
ieƈturata fuiſſet elicita ex inditijs vel
conieƈturis pręceden.inſurgentibus
q́ue ex verbis ipſius teſtamenti vel co
dicillorum tex.eſt cum gľ.vbi Bart.&
Alberi.tranſeunt quo ad hoc cum il-
la,in l.3‘§.fi.j̃.de adimen.legat. Vel e-
tiam ex conſequutiuis ad eaſdem cõ-
ieƈturas procedente(vt dixi) ex teſta-
mento vel codicillis,& ſic opportet q̧
quęlibet conieƈtura ſiue proxima ſi
ue remota,id eſt conſequutiua ad il-
lam ducat originem ex eodem fonte
id eſt à voluntate defunƈti, vel teſta-
mentaria vel codicillari vel alia inno
minata,vt j̃.tradetur in verſi. 8.caſus,
el primero,& ex ibi diƈtis declarat iſtũ
caſum,per modum ſuppletiõis: nam
illum, vt ibi dicam, confundo cum
iſto,vt potè declaratorium ſolummo
do iſtius.

Aduerte.

Sextus caſus eſt, quando idem te- 6
ſtator affirmauit ſe aliquid omiſiſſe di
ſponere quod tamen diſponere vole
bat,nam per talem aſſertionem,iun-
ƈtis verbis preãbulis q b⁹ pri⁹ ſignifica
uerat talẽ diſponẽdi volũtatẽ ſe habe
re,videť ipſius intentio circa omiſſa
egi-

legitimè probata,vt deducitur ex prędicta l.cum proponeretur, ſecũdum aliam lecturam poſitam ad fi. vltimæ glo.ibi quam etiam Doctores approbant vnà cum alia.1.lectura.ſ.relata.

proteſtatio præcedens, ac præſeruatoria declarat ſequentẽ diſpoſitionẽ emiſſam p verba inepta,& eã iuuat ad eliciẽdam, cognoſcendamq; defuncti voluntatem.

153 Septimus,† præcedente proteſtatione præſeruatoria ſequens dipoſitio enũciatur ſeu exprimitur per verba inepta,quæ alias niſi talis proteſtatio præcederet vitiarent eandem diſpoſitionem,tunc enim attendit̃ mẽs declarata per eiuſmodi proteſtationem præambulam factam ab ipſo diſponẽte glo.eſt not.ac communiter p Doctores approbata,vbi iſtud ſubijcitur exemplo in l.ſi quis in fundi vocabulo,in parte vocabula.ſ. ſupra titu.2. de lega.1.[ibi niſi hac actione] quam vltra commẽdationes Doctorum ordinariè legentium, commendãt etiã plures alij Doctores varijs in locis per Iaſ.relatis,necnon per Soci. Lancelo. Decium.Io.Fran.Ripa.inibi exempli declaratio expedita eſt hæc, veluti ſi teſtator proteſtatus eſt primo quod legando ęquum volebat ſeu erat eius intentionis legare veſtem,nam per talem proteſtationem declaratoriam quæ cenſetur repetita in legato poſtea facto de æquo,vt in prædicta l.quoties.§.1.ſ.de hære.inſtitu.ex verbis legati per quę legat poſtea ęquum videtur legare veſtem,& ſic ex verbis proteſtationis declaratoriæ præambulæ quæ cenſentur tacitè(vt dixi)fuiſſe repetita in ſequente legato,vbi æquus fuit demonſtratus vnà cum eiuſmodi demõſtratione in eodem factæ de æquo, nihilominus inducitur legatũ de veſte,quia tali proteſtatione habita pro repetita in legato ſequenti,per verba talis legati videtur teſtator proferre quoddam ſignum vel demonſtrationem,qua mediante videtur voluiſſe ſe veſtẽ legare,ac ſi ſub alio ſigno probabili legaſſet, prout in ſimili habetur in l.nutu,in prin.ſ.eo. quam illa glo.allegat,&hoc modo quem ſupra explicui eandem glo. intelligit & declarat Soci.in l.in ambiguo.9. concluſione.j.de reb.dub.ſi attentè legatur, iungendo ipſius dicta præcedentia cum ſequentibus inuicem, ſed aptius,vt modo retuli declarat eandem glo.idem Soci.ſuper ipſamet glo.

Exemplũ & declaratio p̃ dictę glo.

154 Octauus caſus† quando de voluntate diſponentis non conſtat, per verba ipſius,ſed talis volũtas ſequitur ex alio expreſſo, id eſt ex eo quod principaliter eſt diſpoſitum ab eo per verba expreſſa ſecũdum Bal.in l.vna,ante fi.C.de his qui ante.aper.tab. ſic intelligentem text.in l.iam hoc iure,in fi.ſ.de vulga.& pupil. in ſæpe citata. l. tale pactum.§.vltimo, & ſic quoad effectum iſte caſus non differt à tertio caſu ſupra poſito, licet per alia verba. Item iſte caſus in ſua generalitate includit ac comprehendit ſub ſe, declarationem quam ſupra ad quintũ caſum prębui,vt ibidem ad finem ipſi⁹ tetigi,& theoricam Bal.de qua ſupra pximè in d.l.vna,in fi.refert ac ſequitur Soci.in ea l.in ambiguo.3.concluſione,& conſi.104.quoniam præſens conſultatio,col.4.verſiculo,ſed prædictis minime obſtanti.lib.3.alias(ſecũdum eundem Soci.)niſi tacita voluntas qua quis innitit̃, conſequatur ad expræſſim diſpoſita per teſtatorẽ, nõ releuat neque prodeſt,volenti ex ea fundari,aut volenti imaginari eũ ita ſenſiſſe & voluiſſe,vt in iuribus ſupra allega.videlicet.§.idem Tubero, & l. quidam cum filium,& l.in ambiguo, & eandem Bal.theoricam.ſ. relatam refert ac cõmẽdat idẽ Io.Frã.à Ripa, ĩ l.hęredes mei.§.cũ ita.nu.34.j. ad Trebe.ſubdens hæc verba. [Et ideo coniecturas, à me ſupra poſitas, oportet eſſe neceſſarias & multum concludentes, & tales quæ poſsent elici ex diſpoſi-

De eadẽ re.

De eodem.



diſpoſito non autem quæ ex phantaſia(quod aiunt) imaginentur.] Hinc dicimus,ꝙ non ſufficit teſtatorem voluiſſe,niſi voluntas ipſius tranſeat in diſpoſitionem,vt in d.l. quidã cum filium,vt notat Bal.& alij Doctor.aliàs dicitur voluntas abortiua.l.ſi repetẽdi.C.de condi.ob cauſam. Hæc illæ, quę verba licet prolata à moderno authore,tamen quia ſunt de intentione Docto.omniũ,de hac materia differẽtiũ,& præſertim Bal.in lecturis & conſilijs libuit in præſentiarum hic adſcribere.Sũt enim veriſſima,& certe tex. in eo.§.cum ita,eſt optimus ad pręmiſſa,& & eum etiam affert Soci. in dicta. l.in ambiguo, in prædicta nona

Ad idem.

9 concluſione. Nonus caſus eſt quãdo ex ordine ſcripturæ, vel locutiõis colligitur diſponentis intentio, exẽpla ſunt in l.quotiẽs,in prin.ff.de vſufruct.

155 † vbi ponitur caſus quotidian⁹ & in l.generaliter.§.quid ergo. el.2.ff de fideico.liber.per quas ll.Bal. decidit not. q.in l.ſi ita ſit ſcriptum,ſ.titu.1.delega.2.cuius deciſionem ſequuntur ibi Ange.Io.de Imo.& moder. & tradit ante eos Bart.in l.qui duos,eod. titu.poſt Dy.ad idem tex.ſing. ponẽs exemplum nota.in d.l. hæredes mei. §.vlti.facit etiam tex.in cano.In Chriſto pater,de conſe.diſt.2.& in authenti.hoc amplius.C.de fideico.& in l.vna.§.in primo.C.de cadu.tollen.cum alijs concordant.adductis per gloſ. in

Nõnulla notanda,& memorabilia in materia ordinis, locutiõis,vel ſcripturæ conſiderãdi, atq; attendendi, necne.

156 eo §.quid ergo,in parte(ſcripturę)† ratio eſt, quia id quod eſt prius vel in ſcriptura, vel in verborũ prolatione, cenſetur fuiſſe prius in intentione vel ſenſu interiori ſcribentis vel proferẽtis,tex.eſt cæleber & quotidie allegabilis,in l.ſi ſeruus communis ita, in fine,ff.de ſtipulat.ſeruo.& eſt bonus tex.in capit.quoniam abbas, cum his quę notant glo.& Docto.ibi, ſcilicet, Panor.& moder.de offi.delega. hinc

Quod præcedit in ordine ſcripturæ vel locutiõis actũ ſequentem, cẽſetur præceciſſe, ĩ ſenſu interiore.vel intentione proferẽtis vel ſcribentis.

157 † eſt ꝙ id quod prius eſt ſcriptum præſumitur prius fuiſſe factum.§.quibus, 1.conſti.C.& ſuprascriptæ rationi,iũgi debet tex.ĩ prędicta l. Labeo, eodẽ §.idem tubero,vbi optimè illa probatur, & hanc coniecturam quæ ex ei⁹modi ordine ſcripturę vel locutionis, deſumitur ad cognoſcendam dubiã teſtatoris mentem,apertè approbant & confirmant Ange.& Io.de Imo. in l.neq; enim.ff.de ſolu.& ante illos Odofre.doctor antiquior Accurſio,in l. vna.C.de nouo codice componend.

Quod prius eſt ſecundũ ordinẽ ſcripturæ præſumitur fuiſſe prius factũ.

158 ideo dixi[dubiam]† nam vbi aliàs cõſtat de intẽtione diſponentis, ſaltem iuris præſumptione,ordo non attendit̃,vt ibi illi Doctores dicũt, & eſt bonus tex.in eadem l.nec enim, & text. optimus in cap.auctoritate Marti. de conceſ.præben.in.6.& in cap. pen.de præben.eodem libro,iſtud intelligerem quãdo expreſſim,vel ex præſumptione fortiori aliud appareret.l.ſi.cũ glo.ff.de in integrum reſtit.l.ſi qui adulterij.C.de adulte.Et non eſt mirãdum ſi ordo ſcripturę vel loquutionis habeat iſtum effectum, cõiecturę volũtatis defũcti dubię,id eſt,vt de ea ex

159 ordine poſſit apparere † cum regulariter talis ordo ſcripturæ non ſit contemnendæ importantiæ: nam vt eleganter inquit Bal.in ſuo celeberrimo cõſi.ſchiſmatis poſito ſub rubrica. C. ſi quis aliq.teſta.poſ. vel coege.col.5. ante medium,dũ ordo omittitur, ordinabile vitiatur,nẽpe ordo eſt figura ſubſtantiæ rei,& nihil conſtat abſque ordinis compoſitione,eſt autem ordo modus cuiuſq; rei agendæ quo prætermiſſo nihil rite gerit̃.&c.Hæc Bal.ad verbum ibi, non minus eruditè quam verè, adijciendus eſt præmiſsis textus cum gloſ.ordinaria,in l. ſi fundum ſub conditione.§. his verbis,ſ. tit.2.de leg.1,vbi tex.ſcd̃m ſũmã Bar.vult ꝙ iſta ỽba,vos,vel alter vr̃m, intelli

De eadẽ re gñaliter.i. d̃ ipſo ordine in genere.

Scripturę ordo nõ ẽ cõtẽnẽdæ conſiderationis, quinimo maximè conſiderabilis.

Verba Bald. not.

intelliguntur, quando alij omnes nõ
ſuperſunt,attento ordine, vt ibi gloſ.
declarat,qui tex.in ſua deciſiõe nõ eſt
alibi,ſecundũ Bal.ibi.vide etiã ad præ
miſſa,text.in l.cum pater.§.pe.ſ.tit.1.
Ratio autem obſeruantię ordinis,ſeu
quare ordo ſit ſeruandus, & attenden
dendus,in diſpoſitionibus teſtatoris,
ac in cæteris actib⁹ colligitur ex.§. in
ordinatum,in authen.de hære.& fal-
ci.colla. 1.videlicet euitatio confuſio
160 nis,† omne enim inordinatum eſt cõ
fuſum, id eſt non poteſt diſtinctim p-
cipi,neq; perfectè intelligi, ſecundũ
glo.ibi ſubdentem nõ eſſe idem ecõ-
trà.Sed non video quid ſibi velit glo.
in hoc,imo verò videntur conuerti-
bilia,id eſt quicquid eſt inordinatum
eſt confuſum. Et econtrario, quicq̃d
eſt confuſum,eſt inordinatum, non
enim aliquid eſt cõfuſum(ſi recte cõ-
ſideremus)quod &idem non ſit abſq;
ordine compoſitionis,&ſic ſine clara
demonſtratione & intelligentia, de
qua ordinis materia,ſufficiat pro nũc
remittere:vltra ea quæ traduntur in
locis ordi. adNicho.Euerardũ ĩ ſua cẽ
turia,locorum legalium,in loco ab or
dine qui eſt omnium locorũ primus
in ordine,& And.Tiraq.in opere pri-
migeniorum,quæſt.19.per totã,&ad
Rober.Maranta,in ſuo opere,de ordi
ne iudi.in prœemio, item & in tertia
parte,nu.106.cum multis ſequen.vbi
eſt vidẽdus omnino,& has tres remiſ-
ſiones habeas in hac materia ordinis
familiares,quia in caſibus occurrenti
bus poterunt vtiliter inſeruire. Non
tamen hic duxi omittendum referre
quod Marianus Soci.cuius illi nõ me
minerunt,conſi.9.col.5. ante fi.tenet
imo regulam eſſe in oppoſitũ, videli-
cet ordinem ſcripturæ non eſſe curã-
dum,niſi in certis ſpecialibus caſibus
quos ipſe ibi tradit, & ſi ita eſt verifi-
cabitur iſte non⁹ caſus, de quo in præ

Effectus ordinis,eſt cõfuſionis euitatio,vnde ẽ q̃ confuſũ& inordinatũ ſunt inuicẽ conuertibilia cõtra gl.

...tten.ſequẽ ...a de eadẽ

ſentiarũ agimus in eiſdem tantũ caſi
bus.Sed ſi nõ procederet quod ille di-
cit,regula generalis ſtaret ex oppoſi-
to.ſ.attendendum eſſe ordinem ſcri-
pturæ:præſertim ad eliciẽdũ ex ea ob
talem ordinem diſponentis intentio
nẽ & voluntatem,& iſtud adhuc ſub
intelligi deberet vbi voluntas eſſet o-
mnino ambigua,vt ſupra diximus,eo
nanq; caſu ad depromendam recurri
mus ad verborum ſeu ſcripturæ ordi-
dinem,ſed quando de ea cõſtitiſſet e-
tiam ſola iuris præſumptione fortio-
re,non eſſet(vt ſupra dixi) de ordine,
curandum,vt in d.c.auctoritate Mar-
ti.de conceſ.præben.lib.6.Et in capi.
pe.de electi.eo.lib.& not. Ange.& Io.
de Imo.per illũ text.in d.l.neq; enim.
ff.de ſolu.ſ.citatis,& fortè ex hoc.2.ca
ſu generali voluit Maria. colligere p̃-
dictam regulam negatiuã, videlicet,
q̇ vbi cõſtat de mẽte diſponẽtis ordo
non attenditur,& hoc eundem Ma-
ria.voluiſſe apparet q̃a ſtatim ibi poſt
prędictos caſus per eum enumeratos
allegat eãdem l.nec enim, vbi dixi id
probari,ſecundum Ange.& Ioan. de
Imo.& ſic effectu vult idem quod ſu-
pra proximè prædixi,q̇ in caſibus in
quibus voluntas eſſet omnino ambi-
gua recurrendum eſſet ad ordinẽ ver
borum,ſeu ſcripturę,& ex eo volun-
tas elicienda,& ea ſic elicita attendi-
tur & conſideratur, & conſequenter
reſultat regula affirmatiua ex qua iſtũ
161 nonum caſum conflaui.vt.ſ.† Regu-
la ĩ quã affirmatiua eſt generalis quo
ad q̃d,id eſt quoad iſtũ caſum genera
lem,in quo agitur de colligenda con
iectura voluntatis præſumptæ ipſius
diſponentis ex ordine verborum, vel
ſcripturę vbi ſubeſt citra voluntatem
ambiguitas,vel obſcuritas,ſic igitur v
bi illa ſubeſt,ordo attenditur & ex eo
voluntas eſt cõiecturaliter depromẽ-
da, ſeu decerpẽda. Et hac ratione cre
derem



Reſolutio circa articulum præfatum.

derem regulam affirmatiuã eſſe ge-
neralem,quoad omnes materias,non
ſolũ quoad iſtã de qua in iſto caſu agi
mus.ſ.quoad quid,videlicet q̇ in volũ
tate vltima, vel inter viuos, omnino
dubia ad colligendam interpretatio-
nem & coniecturam volũtatis ipſius
diſponẽtis ordo ſit attẽdendus. De or
dine autẽ temporis an inducat præla
tionem in iure, quia in præſentiarum
de hoc non eſt ſermo remitto ad Dy.
in regula qui prior.de reg.iur.lib.6.&
ad Bar.Ioã. de Imo.& Alex. poſt eum
in l.ſi finita.§. ſi plures.ff.de damno in
fecto.& in l.2.§.prius;vbi & hoc reſpe
ctu & alijs Bart. & alij poſt eum de eo
tractant.ff.de vulga.& pupi.& nouiſſi
mè ad Frãc.de Ripa.in l.priuillegia.ff.
de priuille.credi.& hęc ſatis de hoc ca
ſu ſeu exemplo. Decimus caſus, vel
modus vnde euincitur defuncti volũ
tas tacita ſeu præſumpta, eſt vbi agi-
tur de vitanda inequalitate inter per
ſonas l.quamuis.C.de impu. & alijs l.
iam hoc iure in prin.ff.eod. Vndeci-
mus caſus ſeu exẽplum deducitur ex
affectione,vel cõſanguinitate, vel v-
traq; ſimul iuncta,diſponẽtis inquam
& eius erga quem diſponit ex quibus
162 vel earum alterutra voluntas † defun
cti dubia probabiliter declaratur vt-
potè ex legitimis inditijs, vt patet ex
multis iuribus ob has cauſas, vel alter
utrã earum diſponentis voluntatem
coniectantibus, quorum aliqua ſubij
ciam,ſcilicet,dictis legibus cum auus,
& cum acutiſſimi, &. §. cum autem.
l.generaliter,quæ.ſ.fuerunt adductæ
& l.Aurelius.§.Titius.2. de libe.legat.
& l.Seyus Saturninus. & dict. l. hære-
des mei.§.cum ita.j.ad Trebellia.l. Fir
mio Eliodoro.j. quando dies lega.ce-
dat.l.vter ex fratribus.j. de condi.in-
ſti.vbi glo.Bart. Bald. & allij de hac re
tradunt,ad idem l. ſi cui legatum.j.de
condi.& demonſt.& l.3. & l.filijs ma-

Iura quæ ad depromẽdã volũtatẽ diſponentis erga eũ cuius gratia diſponitur, fundatur ĩ affectione,vel cõſanguinitate eorum hic affatim citãtur.

trem.C.de inofficioſo teſtamẽto. & l.
quidam teſtamẽto proculum,& l.co-
hæredi.§.fin.ſ.de vulga.& pupil.& l.ſi
quis ita hæres inſtituatur ſi legitimus,
cum glo. & l. Lutius, cum glo. etiam
ordi.ſ.de hæredibus inſtituendis vtra
q; in vltima char.illius tituli. & l.ſi Ti-
tio & Meuio.§.Iulianus.ſ.tit. 1. de le-
gat.2.& l.ſi fundum per fideicommiſ-
ſum.§.vltimo cum l.ſequenti. & prin.
ſequen.ſ.titu.2.de lega.1.& l.etiam.§.
ſi Libertus.j.de bo.liber. &.ſ.allegata.
l.Titius.§.Lutius.ſ.de libe. & poſthu.
item & l.fi.C.de poſt.hære.inſti.& l.ſi
ita ſtipulatio.j.de ope.lib.1. reſpon. &
tradit Barto.in l. Lutius. §. Gayo.j. ad
Trebel.Bal.Paul.Alexan.Corn.& Iaſ.
in l. cũ quidam. C. de impu. & ali.vbi
etiam Iacobi, & Deci. & de his multa
alia notanda exempla reperientur a-
pud Ludouic.Roma.in repe.§. de vi-
ro.l.ſi vero.ſoluto matrimonio.17.18.
26.29.35.36.fallen. vbi omnino vi. ex
quibus & conſimilibus exemplis,col-
ligere facile erit præfatã præſumptio-
nem voluntatis diſponẽtis ex affectio
ne,vel conſanguinitate, vel vtraque
ſimul iuncta reſultãtem. Duodecimo
colligitur voluntas diſponentis † ex
163 contrario verborũ ipſius ſenſu,nam il
la habetur etiam pro l. quẽamodum,
& ipſa voluntas vltima expreſſim &
directo explicata,glo.eſt ordi.in l.qui
teſtamento. §.mulier.ſ.de teſta. in gl.
vlti.quam Bal.negat eſſe alibi in ca.1.
antepe.col.de conſti.pro qua eſt tex.
optimus omniũ qui eam apertè pro-
bat in l. quibus diebus. §. quidam Ti-
tio.j.de condi. & dem. ex quo not. ibi
Raph.Cu.& effectu Soci. idẽ compro
164 bat† q̇ argumentũ à defectu conditio
nis quod eſt propriè argu. à ſenſu con
trario,procedit ex vera & propria mẽ-
te diſponẽtis & eundem text.pro glo.
prędicta valde cõmendat,ibi idem So
ci.de cuius argumẽti virtute & effica

Argu.ab oppoſito ſenſu, quod paſſim ex verbis teſtatorũ põt, ac ſolet elici, habetur pro lege, priuata inquã quem admodum & ipſa diſpoſitio expreſſa.

Argu. à defectu conditionis, quod eſt propriè à cõtrario ſenſu, inſurgit ex vera & propria mẽte diſponentis.

tia videndus eſt Bald.in l.conuenticu
lam.col.1.C.de epiſc.& cler.& vnum
notabile verbum,quod de eodem ar-
gumento ponit idem Bal.ad fin.eiuſ-
dem l.& idē Bald. in l.apud antiquos,
in fi. C. de furtis,& tradit etiam Iaſ.&
alij moder.poſt eum in.l.1.§.huius rei.
ff.de officio.eius cui manda.eſt iuriſd.
& in.l. pecuniam vbi etiā Decius, &
Fran.Cur.de hoc tangūt. ff.ſi certum
peta. neq; interim omittam explicitè
referre quod Bal.s̃.proximè per me re
latus inquit in eadem l. conuenticu-
lam in fi.videlicet quòd tale argumē-
tū conſiſtit in perſpicatia intelleƈtus,
& ſic non eſt extra intell. ideoq; non
poteſt probari per teſtes direƈtè quan
165 quam indireƈtè ſic,vt ibi per eum † &
quia de iſto modo argumentandi plu
ra cōgerit ac diſſerit prædiƈtus Nico-
laus Euerardus eodem libr.Centuriæ
locorum. 4. loco legali ad eum (vltra
præmiſſas allegationes) me refero, nā
ex diƈtis per eum apparet de effeƈti-
bus iſtius argumenti & ibidem tradit
quomodo deſumēdum ſit ex verbis
explicitis vt reƈtè ac concludēter pro
cedat. Decimotertio deſumitur vo-
lūtas defunƈti ex relatione mutua,ſeu
reciproca clauſularum teſtamenti in
uicem, ideſt, vnius ad aliam faƈta hoc
eſt, de præcedente in ſequētem faƈta
relatione & econtrà in l.ſi ſeruus plu-
rium.§.fi.de lega.1.s̃. vbi inter alias cō
ieƈturas voluntatis defunƈti ponitur
iſta,quæ eſt admodum generalis,& il
le tex. quoad hanc conieƈturum vnà
cum alijs eam ibi præceden. ibi diui-
ſim ſeu ſeparatim expenſis & conſide
ratis eſt ſummè notandus, & quoad
iſtam præſertim quæ ſub ſui generali-
tate cōprehēdit & ampleƈtitur innu
meros ferè caſus qui poſſent in ambi-
guitatem vocari, & ſtante omnimo-
dò dubio quādo aliæ conieƈturæ,quę
in eodem.§.fi.iſtam conieƈturam præ

Præfatum argum. non cadit in teſte, vt illud direƈto probet,licet interdiƈtæ ſic.

De relatione & mutua clauſularum repetitione.

cedunt ceſſant,vel deſunt ſæpenume
ro in quibuſcunq; diſpoſitionibus ſcri
ptis recurritur ad iſtā,vel vt ad ſacram
(vt in prouerbio eſt) Anchoram, nem
pè multoties euenit mentē diſponen
tis ex mutua collatione clauſularum
præceden. & ſequen. ipſius ſcripturæ
apertè in ſummari & liquido demon-
ſtrari, & perraro accidit, tam implici-
tam & obſcuram eſſe voluntatem di-
ſponentis,quin ex leƈtione totius ſcri
pturæ & ponderatione ac diſcuſſiōe
clauſularum ipſius ea in lucem erum
166 pat. † Et iuxta hæc non abs re imò ve-
rò ſatis cōmodè adnotandum eſt, ma
ioris importantiæ, operationis & effi-
catiæ eſſe clauſulam pręcedentem ad
ſequen. quam econtrà ſequentem ad
præcedētem, vbi inquam fit de ſequē
te ad præcedentem relatio,vel repeti
tio ſecūdùm Bart.per illum text.cùm
gloſ. in l. quiſquis.j̃.iſto titulo.& in l.
Auia.in princi.3.& vltimo contr.j̃. de
conditio.& demonſtra. pro hoc facit
id quod dici ſolet verba clara præce-
dentia,limitare & declarare verba ſe-
quentia ambigua & obſcura,videriq;
in ſequenti repetita l. ſi ita ſtipulatus
fuero ſi Titius.§.Griſogonus.ff.de ver
bo.oblig.vbi Bart. & alij ſignanter A-
lexan.Areti.& Iaſ.in id notant,ſed re-
petitio clauſulæ ſequentis ad præced.
non idem operatur, Imò verò non ſo-
let fieri hominis auƈtoritate, niſi quan
do lex vltra procedit hoc diſponendo
vt fiat vt in caſu legis talis ſcriptura.s̃.
titulo primo.& l.1.C.de libe.præte.&
l.3.§.filius.s̃.de libe. & poſthum.ratio
nibus quas tradit Barto.in diƈt.l. quiſ-
quis ad fin.& inquit opportunè Bald.
in l.quotiens.2.in fin.C.de fideicom.
167 † quòd antecedēs non ſapit naturam.
vel de natura conſequentis ſed econ-
trà conſequens antecedentis, allegat
l.non iuſtā. C.ad Trebe.& de ſupradi
ƈto punƈto plures remiſsiones agglo-
merat

Præcedens clauſula, fortius influit in ſequētem q̃ econtra ſequens in pręcedentem.

Antecedens non regulariter à conſequente, ſed econtrà conſequēs ab antecedente.



merat nouè Andr. Tiraquell. in ope-
re retraƈtatus fol.124. nu. 25. & in ſe-
quēti conutinēter ponit, quoddā bo-
nū exemplū, & vltra præfatas remiſ-
ſiones in materia relatiōis & collatio-
nis clauſularum adinuicem vid.omni
no Franciſc. Curt. Seniorem. conſil.
64. col.11. à verſic.2.& melius, vſque
in finem, & in materia huic finitima
videlicet, de repetitione qualitatis ap
poſitæ,in vna clauſula ad aliam clau-
ſulam ( de qua in re etiam frequenter
traƈtatur) vid.Bald. vbi tangit de mul
tiplici, repetione in l. Titius. C. de o-
peris libe.& Aret.cōſi.67.Dec.cōſi.14.
168 † Et ex.s̃.deduƈtis inferri pōt ad vnum
valde quotidianū, ac ſæpiſſimè in fa-
ƈto eueniens.Inter doƈt.quippè ſolet
quæſtio frequens agitari, ſi quando in
ſcriptura meliorationis faƈtæ inter vi-
uos,vel in vltima voluntate teſtamen
taria, aut etiam extra teſtamētum, in
nominatione quę fit de ſucceſſore fu
turo in maioratu, vinculo,vel melio-
ratione . ſemel fit mentio de filio ma-
ſculo,& iterum in eadem ſcriptura re
peritur faƈta mentio ſimplex de filio,
an intelligi debeat etiam de maſculo,
vel etiam comprehēdatur filia ſub ea
dem ſimplici filij appellatione. Et qui
dem in hoc aſſiduo, & importantiſſi-
mo articulo, Abb.Panorm.conſil. 36.
incipiēte, videtur primo quòd ſic, vo-
lumine. 1. propè finem conſilij tenet
quòd talis qualitas cenſeatur repetita
ita quòd ſub ſequēti appellatione ſim
plici filij, comprehendatur maſculus
dumtaxat, & filia cenſeatur excluſa.
cum quo tranſit Iaſ. dicens iſtud non
reperiri in multis locis in l. Centurio.
num.59.s̃.de vulgari & pup.ſed idem
Iaſ.in l. qui filiabus,in princi. num. 3.
s̃. de legat. primo. poſt relatam can-
dem Abbātis decißionem, continen-
ter refert Ioann.de Ana.conſil. 22.in-
cipient. ad approbandum tenentem

De repetitione qualitatis

Addaptatio ad caſum cotidiæ occurrētem in materia ſucceſſionis in maioratibus ſuper repetitione facienda necne, qualitatis maſculinitatis, quæ res hodie eſt importantiſſima, & ſæpe numero verſatur in praƈtica.

Opi.Abb.Panorm.

Iaſ. de ea re variusin lec.

Io. de Ana. cont.Panor.

contrarium, ideoque ipſe Iaſ.ſeipſum
ibi non firmat, ſed tantum remittit
ad conſilia per eum ſuper eadem rela-
ta, quamquam ipſe ea non deſignet.
quam opin.ante eundem Ana. (licet
Iaſon non meminit) tenuit Petrus de
Anchar. inſigni vir auƈtoritate, con-
ſil.120. & eand. in effeƈtu & re ipſa ſe
quitur Ludo. Bolog. inter conſilia A-
lexand.conſi.49.num.12.&.20. volu-
mine.4. Sed ſupradiƈtā opinio. Abb.
& ſi eum nuncupatim non referat, ſe
quitur, & comprobat Curtius iunior.
conſil.112.part.2. vbi etiam refert A-
reti. in quodam conſilio de quo ibi.
Eandem etiam opi. Abbatis licet eum
minimè nūcupet in effeƈtu & re ipſa
ſequitur Guido papè, deciſione. 485.
incipiente ſi in aliqua, rationibus de
quibus ſibi per eum, quem Decius ſe-
quitur.conſil.15.col.fin. & conſi.270.
incipient.D.Raynaldus col.2.& con-
ſil.287. incipiente in ciuitate Plaſen-
tiæ, & eand. Abb. opin. ſequitur Ber-
thochus Socin.conſi.37.libr.4. & ean
dem allegans prædiƈtas conſulētium
auƈtoritates, præter duo cōſilia ex tri-
bus Decij.s̃. adduƈtis ( nam de medio
duntaxat meminit ) ſequi Ioan. Fran.
à Ripa. ( qui tamen Iaſonem vllibi in
iſto articulo, nunquam commemo-
rat) in l. ex faƈto.§.ſi quis rogatus,el pri
mero.col.5.in princ.j̃.ad Trebellia.ex
quibus apparet, opin. Abbatis eſſe ma
gis communiter receptam, à noſtrati-
bus doƈt. de hac materia traƈtantibus
licèt reddatur aliquatenus dubia pro
pter auƈtoritates Ancha.Iaſ.& Bolog.
169 s̃.adduƈtas, † Ego tamen in hoc anci
piti articulo ( potiori ſententia ſalua)
ita eas arbitror cum contrarijs conci
liādas (vt ſi in materia maioratus, vel
meliorationis vinculatæ ( quam vo-
cant) tertiæ, vel quintæ partis bono-
rum, vel vtriuſque in qua attenditur
& conſideratur ( prout conſueuit) at-

Petr.de Anchar. contra opin. Abb.licet eo antiquior.

Ludo. Bolog. cont. Panorm.

Pro opin. Abb. Curti. iunior. poſt Areti.glo.Papæ Socin. & Dec. in cōſi. item & Ioā. Fran. à Rip.

Abbatis ſententia magis citer recepta

Noua inter præfatas opiniōes diſcordantes cōciliatio reſolutoria per caſuū deſignationē diuiſiuam.

 tendi

ſcendi, ac conſiderari, conſeruatio nominis, vel, memoriæ, domus, agnationis, aut familiæ illius, qui inſtituit, vel ſtabiliuit maioratum, vel vinculũ, ſit omnino dubium, an talis qualitatis repetitio, ideſt, maſculinitatis ſit facienda, quãdo inquam aduerſus eam non inſurgunt præſumptiones, vel coniecturæ, vel ſi aliquæ ſubſunt, in contrarium, nihilominus aliç ſtant pro ea, ita q́; immineat omnimoda incertitudo, ſit facienda repetitio necne, & hoc caſu ſi mentio maſculi & mẽtio filij ſimplex fierent intra eandem orationem, vel ſi in diuerſis orationibus cõtiguis tãtum, ſeu connexis immediatè, vtputà intra eandem clauſulam, vel in fine ipſius opinio Abb. eſſet tenẽda & obſeruãda etiam in deciſiuis fauore conſeruandæ agnationis, domus, nominis, vel familç ipſius diſponentis, quæ conſeruatio fit per ſucceſſores maſculos, non autem per fœminas imò verò per eas intercidit, & marceſcit. Vt de maſculis tradit Cyn. quem ibi cæteri ſequũtur in l. 1. col. 2. C. quæ ſit longa conſuetudo. Et tradunt Bald. Paul. de Caſtr. Sali. Rapha. Alexand. & recentiores videlicet Curt. iunior poſt Arc. Iaſ. Riminal. Ferra. & Decius in in l. venia. C. de in ius vocan. & tradit pleniſſimè de hac materia diſſerẽs Alber. Bru. aſten. in tracta. de ſtatu. excluden. Fœ. propter maſculos prima parte. de fœminis eſt text. omnium optimus in l. pronunciatio, in fin. verbis. ff. de verborum ſignifi. vbi fœmina dicitur & caput, & finis ſuæ familiç vtpotè carens familia, ſed (vt. s. tetigi) iſta quoad ordinem inq̃ dicuntur ex abundanti & ad clariorem rei expeditionem, nam etiam ſi hoc caſu, ſcilicet quando agitur de conſeruatione domus, vel familiæ in materia maioratus, vel vinculi ſimplex mentio de filio, vel de liberis præcederet, & mentio de maſculinitate reſpectu filij, vel liberorum, vel deſcendẽtium maſculorum, ſequeretur in eadem clauſula, vel immediatè cõtigua idem eſſet dicendum, quòd talis clauſula maſculinitatis referretur etiam ad nominatũ ſimpliciter primo loco.

Saluatur õpinio Abb. iſto primo caſu.

Sin autẽ clauſulç eſſent ſeparatæ & diſtinctæ & nõ incõtinenti poſitæ, in quarum vna fieret mentio de filio maſculo, & in alia de filio ſimpliciter, & hoc caſu, ſi in præcedenti clauſula teſtamẽti, vel codicillorum fieret mentio de maſculis & in ſequenti de filijs ſimpliciter, fieret etiam repetitio in ſequentem, per id quod. s. retuli tenere Bart. in dict. l. quiſquis. & in dict. l. auia. iuncta ratione prædicta agnationis tuẽdæ & conſeruãdæ. Si autem econtrà in caſu ecõuerſo in pręcedente clauſula, ex interuallo fieret ſimpliciter mentio de filio & in ſequẽte de filio maſculo, non fieret repetitio per eãdem decisionẽ Barto. & ea quæ poſt illam ſupra fuerunt adducta, vltra quæ allego in terminis terminantibus, concluſionem huius ſecundi mẽbri primi caſus principalis tenentẽ Fran. Curt. ſeniorẽ in prædicto cõſi. 64. col. 11. verſi. 2. & melius, ꝑ multa iura ibi ꝑ eũ adducta ad comprobationem cuiuſdam egregiæ deciciſionis. Bald. per eum ibi allegatæ in l. 1. C. de legiti. hære. & idem ſtatim vlterius confirmat in verſic. 4. reſpondemus, ex quibus verſiculis in effectu colliguntur alia duo fundamenta huic rei admodum conducentia (videantur ibi quãdo expedierit.

Secundum membrũ prĩmi caſus prĩcipalis.

Secundus caſus principalis reſolutionis (vt ad eam redeam) eſt, vbi agitur de facienda tali repetitione eiuſdem qualitatis maſculinitatis, in materia bonorum liberorum, ſiue diuiſibilium inter ſucceſſores ad ea vocatos, abſq́ue deſignatione vinculi, vel ſi inter aliquas perſonas fortè aliquod vinculũ

Secundus caſus principalis.





fuerit factum non tamen fuit perpetuum, & his caſibus qui in effectu eſt vnus, intrepide tenendum eſt quòd talis repetitio non ſit facienda, quia ſi non eſt factum de talibus bonis liberis vinculum, bona diuidenda erunt inter maſculos & fœminas l. fin. C. de libe. præte. ſiue etiam factum eſt vinculum inter ſolas certas perſonas temporaliter, quamuis, quouſq; illud duret repetitio ſit facienda per id quod. s. fuit dictum tamen cum deſinit, vel expirat bona ſunt vel manent libera l. qui ſolidum. §. pen. cum alijs de legat. 2. & ſimiliter ſunt diuidenda & ſic nõ fit repetitio aliqua, cum in hoc caſu finito vinculo & in proximè præcedente caſu quando nullum ab exordio fuit factum vinculum, ceſſet ratio conſeruationis memoriæ, vel familiæ diſponentis, & hunc ſecundum caſum principalem de bonis liberis, vel diuiſibilibus, includentem ſub ſe hos duos caſus proximè relatos, Subintelligo quãdo clauſulæ eſſent poſitæ ex interuallo, ſiue in eadem vltima voluntate, ſiue in diuerſa, ſecus ſi ambæ diſpoſitiones, ſcilicet, diſpoſitio qualificata per maſculinitatẽ, & alia diſpoſitio non qualificata, ſed ſimplex eſſent poſitæ in eadem vltima voluntate, intra eandem clauſulam vel (quod idem importat) immediatè & incontinenti vna diſpoſitio poneretur ante, vel poſt aliam in clauſulis inquam contiguis & immediatè proximis, primo caſu quando intra eandem clauſulam loquitur Abb. in dict. conſil. & ita in indiuiduo intelligit deciſionẽ Abbatis, Fran. Curtius iunior in ſæpè allegato conſil. 141. col. 12. poſt princ. & Ioann. Anto. Rubeus, Alexan. conſil. 71. incipiente, plura mihi num. 6. ſimiliter in alio caſu, quando in clauſulis cõtiguis ponitur diſpoſitio qualificata & non qualificata, ſiue vna præcedat aliam ſiue ſequatur, loquitur Guido papæ, eadem deciſione. s. allegata in princi. vbi expreſſim dicit de clauſulis contiguis, vna qualificata, altera autem minimè, & ſic his duobus caſibus, ſcilicet, quãdo intra eandem diſpoſitionẽ, vel clauſulam, vel quando in contiguis & connexis clauſulis coniunctim coherentibus, ſit mentio de filio maſculo & de filio abſolutè non eſt differentia inter bona libera, & vinculata, nã reſpectu omnium fit talis repetitio qualitatis, vbi autem mentiones prædictæ, ſcilicet ſimplex, item qualificata fierẽt in diuerſis clauſulis ſeparatis, ſiue in præcedenti, ſiue in ſequenti clauſula vna mentio, vel alia fieret, vel poneretur & hoc caſu indiſtinctè qualiacũq; ſint bona non fieret de vnà ad aliam repetitio qualitatis maſculinitatis, maximè quia diſpoſitiones quç fiunt de bonis liberis, non habent cõſiderationem ad fauorem agnationis vel familiç conſeruandæ, & in hoc caſu, ideſt, quando ſumus in clauſulis ſeparatis, ideſt, non contiguis eſt differentia inter bona vinculata & libera.

Subintelligẽtia ſecũdi caſus principalis.

Illud autem eſt aduertendum quatenus. s. diximus, quòd quando mẽtio ſimplex, & mentio qualificata fiunt intra eandem orationem vel clauſulã, vel connexam non eſt differentia inter vna bona & alia quia ſemper fit repetitio qualitatis. Nam ſi bona ſunt libera nõ fit ob aliam rationem niſi quia omnia quæ ſunt intra eandem clauſulam, vel connexam cẽſentur partes intrinſecæ diſpoſitionis & non poſſunt ſeparari & ideo non eſt ibi propriè repetitio de vna ad aliam, ſed tota eſt vna diſpoſitio. Ideo tam in bonis liberis quàm in vinculatis, illis caſibus, ſcilicet, in eadem clauſula, vel connexa, idem eſt quçſtio autem repetitionis ſtat vbi fit mẽtio ſimplex, item qualificata in di-

De eadẽ re.

Atten.

uerſis & ſeparatis clauſulis, & tunc di-
cendum eſt vt.ſ. fuit ſignata diuerſi-
tas inter bona libera, & vinculata, quę
omnia in hoc articulo cõcluſa viden-
tur eſſe de iuris medull. & ſunt appri-
mè notanda in hac materia admodũ
quotidiana & non reperientur vllibi
(quod ſciam) ita diſcuſſa & reſoluta
prout hic fuerunt, quãquam me non
lateat Ioannem Anto. Rube. conſilio
141. præſuponitur in facto, in vltimo
nu. in terminis ſimilibus ponere con-
cordiam inter has deciſiones contra-
rias, diſtinguẽdo illa duo membra bo
norum vinculatorum & liberorum,
ſed illud non reſoluit hunc nodũ, vt
vnicuique ex his quæ.ſ. tradidi patere
poteſt, tenenda eſt ergo reſolutio.ſ.
poſita vt ſolida & vera per quam oẽs
caſus ad hanc rẽ pertinentes manent
decisi. Et quod dixi quãdo intra ean-
dem clauſulam fit, vtraque mentio de
filio qualificata inquam per maſculi-
nitatem, Item & nõ qualificata, ideſt,
ſimplex & abſoluta, quòd tũc fiat in-
differenter repetitio talis qualitatis,
habeo illud pro comperto & expedi-
to ex doctrina Barto. in l. prætor. 2. §.
eritque differentia. ff. vi. bono. rapto.
poſt prin. quæ indiſcriminatim eſt ab
omnibus comprobata, & pro ea eſt
bonus tex. quem ipſe adducit, in l. Se-
yæ ex pate. §. Gaio. ff. de fundo inſtru.
Item quod eſt dictum de clauſulis co
herentibus & contiguis, ideſt, conti-
nenter & immediatè vnà poſt aliam
poſitis probatur (vltra Guidonẽ quẽ
in id.ſ. in dicta deciſione allegaui) ex
l. ſi quis eum. §. primo. cum glo. ibi.ſ.
de vulgari & pupilla. ad idem l. 2. ff. de
ſtatu. homi. & glo. vbi Barto. & alij no
tant in l. in operis. ff. loca. & in cano.
nihilominus. 3. quæſt. 9. & text. quo-
tidiè allegabilis in l. lecta. verſiculo di
cebam. ff. ſi certum petat. ibi. [Quia
pacta incontinenti facta ſtipulationi

De re ſuperiore.

De eadem.

ineſſe creduntur.] exponit Bald. [id
eſt, cenſentur effici partes intrinſecæ
& ſubſtantiales ipſius ſtipulationis,]
ad idem facit l. Titia. §. idem reſpon-
det. ff. de verborum obligat. & l. item
quia. §. fin. ff. de pactis. qui ſunt text.
optimi ad hanc rem, tamen vt id non
omittam quod etiã ſi tractaretur de
ſucceſſione maioratus, vel vinculi
& etiam ſi in eadem clauſula, vel con
iectura apponeret qualitas prædicta
poſſet eſſe bona coniectura volunta-
tis repetendi eam qualitatem, maſcu-
linitatis, ſi diſponens, ſeu inſtituens
maioratum, vel vinculum, eſſet fœ-
mina, per id quod tenet Petrus de
Anchara. ſignanter conſilio. 339. inci
piente pro clariore. col. 3. num. 12. eo
addito & adiuncto quod in ſequenti
col. Immediatè dicitur. num. 16. verſi.
3. quòd proles fœminea, &c. quæ deci
ſio licèt aliàs ad aliam rem commen-
dari ſoleat non tamen commendari
conſueuit ad propoſitum de quo hic
agitur. Et ſupraſcripta, de repetitione
qualitatis circa verificationem deci-
ſionis Panorm. in præfato conſilio. &
ampliationem ac reſtrictionem illius
170 quæ † ex pręmiſſis colligitur, putò eſſe
ſe vera quicquid Andr. Alti. teneat in
l. Herennius. ff. de verborum ſignific.
vbi inclinat contra Abb. tandem vi-
detur eũ velle excuſare vno caſu, ſed
non eſt opus tam reſtrictiua excuſa-
tione, vel ſaluatione vt patet ex præ-
dictis. Decimoquartò, voluntas diſpo-
nentis deducitur vel declaratur, ex di
ctione diſiunctiua in diſpoſitione am
bigua, quoad alterum extremorum
poſita, nam ſi eiuſmodi alternatiuæ,
171 † vnum extremum ſit obſcurum de-
claratur ab alio extremo claro, & ex
eo colligitur voluntas diſponẽtis ſub
illa alternatiua text. not. in l. 1. ff. de re
bus dub. ſecundum Ludo. Ro. conſil.
251. incipi. præmiſſorũ doctorũ con-
cluſionem

Notanda deciſio Petr. de Ancha.

Explodītur excuſatio q̃ facit. A. alt. deciſionis Panor. in dict. conſil. ſuprà ſæpius memoratę.

Vna pars alternatiuę clara, Declarat alternatiuæ partẽ ambiguã, vel obſcurã, Ideq́; eſt in copulatiua.



cluſionem cuius meminit Iaſ. in. l. 4. §.
Cato. col. 2. ff. de verborum obli. eun-
demq́; Rom. refert Soci. in eadem l. 1.
in princ. ſubdens idem eſſe in oratio-
ne copulatiua, vt illius vnum extre-
mum ambiguũ, vel obſcurum decla-
randum ſit per aliud extremum cla-
rum poſt Roma. vbi.ſ. in conſi. allega-
to ex quo idem Ro. decidit inibi no-
tabilem quæſtionem, ſuper qua con-
ſulit approbando aliorum docto. con
ſultationem, nam iſtud eſt ſecundum
motiuum, ex quatuor per eum ibi ad-
ductis in illud propoſitum. Decimo
quinto, colligitur voluntas diſponen
tis ex idẽtitate familiæ vel domus eiuſ
dem diſponentis & legatarij, vel fidei
cõmiſſarij per quam veriſimiliter præ
ſumimus, & coniectura non improba
bili ducimur talem diſponentem vo-
luiſſe appellatione domus, ſiue fami-
liæ contineri etiam illos qui à teſtato-
re non fuerint nominati, caſus & ex-
emplũ notabile, in l. is qui complures
1. reſponſo. j. titu. iſto, vltimo pro nũc
volũtas teſtatoris deſumitur, & decla
ratur ex productione caſus veri ad fi-
ctum, de quo loquitur l. Gallus. §. &
quid ſi tantum, cum innumeris ſimili
bus, & deciſionibus ad eandem rem
traditis per docto. ibi, ſignanter Alex.
Soci. Iaſ. & moder. reperentes & eun-
dẽ Iaſ. in.ſ. allegata l. Titius. §. Lutius.
eiuſdem tit. de libe. & poſthum. quæ
teſtatoris voluntas hoc generali caſu
aliorumq́; multorum complexiuo, de
ducitur ex tali extenſione, caſus veri,
ad fictum, quam lex facit ob ſimilitu-
dinem vel identitatem rationis vnius
caſus ad alium, vel cum alio. Ex his &
alijs caſibus, quos diligens & curioſus
inueſtigator ex varijs iuris locis pote-
rit inuenire & coaceruare, elicienda
erit mens diſponentis præſumpta, ſi-
ue quoad declarationem quando ta-
lis inquam voluntas, vel non eſt ver-

bis expreſſa, aut valde ambiguè, vel
obſcurè exprimitur, ſed præfatis con-
iecturis aut conſimilibus, legitimis in
quàm & à iure comprobatis & ex di-
ſponentis actu, (vt eſt prædictum) de-
promptis, poteſt volũtas reſultare di-
ſpoſitiue, vel declaratoriè vt dixi. Cõ
teſtatũ tamen vltimo apud lectorem
volo, id quod in principio conteſtari
debuerim, me non ponere prædictos
caſus tanquam caſus fallentiarum ad
aliquam regulã quæ ſit in cõtrarium.
Sed eos adduxi pro caſibus exemplifi
catiuis, vel exemplis illius regulæ ge-
neralis & protritæ quæ habet, quòd ſi
voluntas teſtatoris circumſcriptis, vel
deficientibus verbis claris ipſius, &
ambiguis, aut obſcuris exiſtentibus,
aliter probetur, ex inditijs, coniectu-
ris, vel præſumptionibus, iuſtis, legi-
timis, & probabilibus, illud ſufficit
ad inducendum legatum, vel fidei-
commiſſum, vel aliam particularem
diſpoſitionem, vel vniuerſalem inſle
xam tamen ſiue obliquam, ſeu fidei-
commiſſariam. l. nutu.ſ. titulo iſto,
cũ alijs.ſ. traditis & .j. tradẽdis, & quã-
uis (vt prædixi) alij caſus vltra memo
ratos, deſuper ſint reperibiles in iuris
locis pleriſque, tamen iſti ſunt admo-
dum memorabiles, & nulllibi (quod
ſciam) ſunt hucuſque reducti per ali-
quem ex doct. in materia iſta loquen
tibus. figendi ergo ſunt cordi perpe-
tuò quia poterunt ad multa deſerui-
re ſæpiſſimè ex facto occurrentia, in
his enim verſatur angulare (vt ſic di-
xero) firmamentum & fundamen-
tum (vt ita etiã dicã) cardinale, ſuper
quibus voluitur vtilitas practicæ in
quæſtionibus arduis ex voluntatibus
vltimis creberrimè ſuppullulãtibus.
(Cæterum, vt ad præmiſſorum proſe-
quutionem redeam) ſi talis mens eſ-
172 ſet omnimodo tacita ambigua vel ob
ſcura nullius eſſet effectus cap. 1. ibi

Conteſtatio ad lectorem.

Commendatio prædictorum exẽplorum.

Redit ad pręmiſſa.

Diſpoſitio oĩo tacita ambigua, vel ob

 [licet

ſcura, nullius aſt pretij.

[licet voluntatem habuerit,] vbi glo.
& doctores, notant de eo qui mitti-
tur in poſſeſſionem, &c. & l. ſi repe-
tendi. C. de conditio. ob cauſam & di-
cta. l. quidam cum filium. ꝟ. de hæredi.
inſtituendis. ex qua ſupradixi notare,
ibi Bal. & Ioan. de Imol. poſt eum nõ
ſufficere teſtatorem voluiſſe, niſi di-
ſpoſuerit & inibi Bald. ſubijcit conti-
173 nenter † non ſufficere aliquid eſſe in
intentione niſi etiam ſit in diſpoſitio-
ne, ideſt, niſi redigatur ad diſpoſitio
nem & ſubdit ibi Ioann. de Imo. poſt
Bald. per hoc limitari omnia iura di-
centia voluntatem defuncti, præ o-
mnibus rebus eſſe ſeruandam & pro-
tegendam, vt intelligantur de diſpo-
ſitiua, vel de habente vim diſpoſiti-
uæ vt. j. declarabitur, quod ſummè
commendat Alexand. in l. ſi quis fi-
lium. ad finem. C. de liberis præte. vel
exhæred. & ibidem Iaſo. & in l. ſi res
obligata. col. 2. de legatis primo. ver-
ſiculo ego teneo, ſed oportet in hoc

Aduertentia ſignanda in hoc articulo

aduertere, quòd ſæpè allegata l. qui-
dam cum filium, loquitur in inſtitu-
tione vniuerſali directa, prout etiam
loquitur l. qui ex liberis. §. teſtamen-
to. ibi, [nec putauerit quiſquam nu-
da voluntate conſtitui teſtamẽtum.]
j. de bono. poſſeſ. ſecũdum tabu. cum
alijs multis iuribus gloſ. & doctorum
authoritatibus & remiſſionibus ad va
ria iuris loca congeſtis in hunc articu
lum ab Andrea Tiraquel. in prælectio
ne. l. ſi vnquam. pagi. 72. num. 18. cum
ſequenti. C. de reuocand. dona. ad cu-
ius redundantem copiam cum expe-
dierit recurri poteſt, qui tamen vltra
remiſſionum congeriem nihil ex his
attingit. Et hanc aduertentiam facio,
quia regulariter in diſpoſitiõibus par-
ticularibus, ſufficit probari per conie-
cturas diſpoſitionem tacitam vt. ſ. ple
nè eſt traditum in enumeratione ca-
ſuum, vel exẽplorum. ſ. relatorũ, non
in vniuerſalibus niſi in certis caſibus
ſpecialibus. Et illã allegationem quæ
fuit de dicta lege quidam cum filium,

Redit ad d. l. quidam cũ filium.

quòd nõ ſufficit teſtatorem quid vel-
le niſi diſponat, declarant ibidem ſpe-
ciatim & extendunt Bald. & Ioan. de
Imo. ſcilicet, [expreſſim vel tacitè]

Aduerte.

quoad verbũ tacitè eſt optimum con
dimẽtum illius allegationis, nam quo
ad inſtitutionem tacitam, verificatur
illa lex etiam in filio vt ibi per Bal nõ
tãtum in extraneo. Quia quoad aliàs
diſpoſitiones particulares, res eſt in du
bia, & generaliter (vt prædixi) quoad
omnes procedit vt ſufficiat teſtãtem
174 tacitè diſponere per ſupradicta † caue
ergo ab allegatione illius. l. ſimplici &
vaga quæ ſonat in expreſſam diſpoſi-
tionem tantùm, ſed in quantum Bal.
& Imo. loquuntur de filio tacitè inſti
tuto etiam de iure Digeſtorum, non
videtur illud bene procedere, per ea

Cauendũ ab allegatiõe illius. l. indiſcreta, & vaga. ſonãte in expreſſam diſpoſitionem, tantum.

quæ contra Barto. docto. tradunt in l.
Gallus. in princ. vbi Iaſo. latè ponit o-
mnia fundamenta pro & contra. 2. le
ctura, à nu. 32. vſq; ad numerum. 48. in
cluſiuè, & tãdem in fine huius nume-
ri cõcludit, cõtra Bar. nam de iure no-
uiſſimo authẽticorum. res eſt expedi-
ta, cum filius pro forma debeat conſe-
qui à patre legitimam ſuam iure inſti
tutionis vniuerſalis, in authentico. vt
cum de appe. cognoſ. §. cæterum. coll.
8. necnon iure. C. eſt exprimendum
nomen hæredis. Sed hoc vltimum de
expreſſione nominis hæredis in alijs
perſonis extra filium multotiẽs fallit
de qua re plures caſus aliàs collegi in
repe. l. 3. §. fi. ſ. de hære. inſtitu. nu. 172.
verſi. primus caſus eſt, cum ſequenti-
bus, inde peti poſſunt quę hic omittũ
tur, tradit circa illum articulum, difu-
ſum tacitę inſtitutionis. vbi autem (vt
ad præmiſſa redeam) volũtas per ver-

De re indubia.

ba clara apta & expedita abſque am-
biguitate exprimitur in eam pedibus
& mani-



& manibus (vt dici ſolet) eundum erit
& ei ſtandũ. per iura. ſ. in prin. iſtius ar
ticuli, adducta & pleraq; alia eiſdẽ co
gnata, vel complicia quæ propè innu
mera paſſim in iuris corpore diſperſa

Ad l. non aliter notandũ

reperiuntur, adeò ꝙ licèt ex oppoſito
probaretur aliam fuiſſe mẽtem teſta-
toris (quæ tamẽ probatio nullatenus
ex verbis neq; ex verborũ conſequen
tia, neq; ex collatione, aut relatione,
aut ſequela alterius diſpoſitiõis ab eo-
dem diſponente confectæ, colligere-
tur) talis mens quæ non fuit expreſſa,
vel verbis, vel ſigno perceptibili, non
operatur neq; haberi debet in cõſide
ratione quin potiùs ea aliter probata,
quam modò dictum eſt probari debe
re, induceret irritationem expreſſam
ſecũdùm Bertho. Soci. in. d. l. in ambi-
guo, col. 8. per illum text. & per glo. in
l. Labeo, in parte ex cõmuni conſuetu
dine. j. de ſupellecti. legata. quã dicit
allegare Bal. in. c. 1. de controuer. inue
ſti. lib. feudo. Sed in hoc vltimo quod
Soci. dicit de irritatione diſpoſitionis,
vel actus, (ſalua ipſius pace) loqui vide

Taxatur Soci.

tur contra d. l. non aliter. j. iſto titu. de
lega. 3. verba illius ſunt. [Non aliter à
ſignificatione verborũ recedi omniũ,
q̃ cũ manifeſtũ eſt, aliud ſenſiſſe teſta-
torem.] Ex qua litera patet ꝙ etiam ſi
verba teſtatoris ſunt clara ſi tñ per eũ
cuius intereſt probet aliam fuiſſe mẽ-
tem teſtatoris, q̃ verba ſonẽt, talis pro
batio admittitur, & conſequẽter talis
voluntas probata præualet apparẽtiæ
verborũ & ſeruaretur tanq̃ legitima
diſpoſitio. Sed certè tex. ille eſt intelli
gendus alias reſtringẽdus, vt modo. i.
poſt mediũ pagi. præcedent. dixi. i. cũ

Temperamẽtum ad eandem l. nõ aliter.

illo exceptiuo tẽperamento, niſi illa
probatio volũtatis quæ fieret eſſet ta-
lis quæ non colligeretur vel ex verbis
eiuſdem teſtamenti, vel ex aliqua alia
coniectura ex eodẽ teſtamẽto, perce-
ptibili, quoad probationem inq̃ diſpo
ſitionis particularis, nã de vniuerſali
licet non agitur, aliàs eſſet ſecus, neq;
eſt credẽdum Soci. aliter intellexiſſe

Excuſatur Socin.

cum ipſemet in. d. conclu. 8. loquatur
cum eodem tẽperamẽto & in alijs lo-
cis lectionis illius. l. & alibi ſæpè in cõ-
ſilijs præſertim cõſi. 104. in ſexto caſu,
ſeu exẽplo. ſ. citato vbi retuli eũ addu
cere Bal. in d. l. vnã. in fin. C. de his qui
ante aper. tab. qui idem tenet nam vt
in prædicto ſexto caſu tradidi aliæ de-
ductiones, vel probationes de volũta
te defuncti, extra ea quæ poſſent ex a-
lia eiuſdem diſpoſitione colligi nõ ad
mitterẽtur vtpotè fantaſticæ, aut phã
taſmaticæ, vt. ſ. etiã dixi & non tãtùm
hoc caſu de quo agimus, vbi attẽtare-
tur probari contra volũtatem teſtato
ris expræſſam per verba clara & aper-
ta, ſed etiam vbi verba eſſent obſcura,
vel dubia, vel aliàs intentio teſtatoris
eſſet obnubilata, vel ambigua, pro re
tamen cõperta & explorata aſtruen-
dum reor, ꝙ ſi probatio volũtatis non
tẽderet recto tramite adhoc vt cõſta-

Cõſideratio in dubia.

ret de alia volũtate q̃ eſſet, ea quã ver-
ba diſpoſitionis clara indicant, vel de
monſtrant, ſed potiùs tenderẽt ad ex-
inaniendam, vel attenuandam & viri
bus vacuãdam voluntatem, per talia
verba expreſſa explicatam, vtpotè ad
probandam eam erroneam, quoquò
modò probaretur per eundem teſta-
torem erratum in prolatione verbo-
rũ, errore inquã intollerabili vtputà
in nomine appellatiuo et ſic iuriſgeñ.
vel conſimili, actus ſiue diſpoſitio per
verba expreſſa enũciata proculdubio
redderetur irrita, put tenet glo. in d. l.
ſi quis in fundi vocabulo. ſ. adducta &
inducta quam ibidem Soci. allegat ex
cuius doctrina gl. inquam reſtringen
dum eſt ꝙ illũ dicere retuli. ſ. in hoc
puncto prout etiã doctrina ipſius glo.
reſtringi debet, non aũt ſic eſt ampliã
da prout Socin. eam ampliat, niſi illa

Atten.

Cópetens ac neceſſaria ad uertentia.

ampliatio temperetur vt.s̃. tempera-
ui in modo probandi. Vltimo Colo-
phonis vice adijcienda eſt aduerten-
tia quædam, in propoſito de quo agi-
mus, videlicet quòd caſus per me re-
licti. s̃. & recenſiti, partim innitun-
tur præſumptione hominis, partim iu
ris, quæ præſumptiones ſummuntur
& reſultant ex præfatis cõiecturis tam
ex verbis diſponẽtis deſumptis, quàm
aliunde ex alia diſpoſitione eiuſdem
defuncti, non autẽ extrinſecus omni-
nò vt ſupradixi. Circa quam probatio
nem præſumptiuam quando cenſeri
debeat efficax vel minimè, iudex de-
bet arbitrari cuius circunſpectioni in
hac re à iure arbitrium committitur
l. volũtatis quomodo. C. de fideicom.
ad quam l. prout ibi Bald. inquit poſt
princi. ponitur exemplum generale,
vbicunq; iudex habet examinare cõ-
iecturas, an ſint idoneæ, vel minimè,
nam (vt etiam ait idem Bald. ibi in fi.)
175 † iudex poteſt & cogitur declarare vo
lũtatem defuncti obſcuram, receptis
probationibus ſuper inditijs, vel con-
iecturis. quæ autem inditia vel conie
cturæ debeant probari, vt ſufficiat ad
voluntatis probationem non poteſt
dari certa doctrina, ſed iudicis circun-
ſpectioni relinquendum eſt, prout in
quit Bertho. Soci. in l. cum auus. in fi.
j̃. de condit. & demonſtra. & hoc eſt
quod propriè vult prædicta l. volunta
tis, in quantum relinquit interpre-
tamentum dubiæ voluntatis defun-
cti eſtimatiõi ſeu deliberationi ipſius
iudicis.
176 † Quando autem verba eſſent ad
eò obſcura quòd declarationem com
modam non ferrent, legatum per ta-
lia verba, relictum eſſet inutile & in-
ualidum ad quod Socin. in eadem l. in
ambiguo, ad fin. refert Raph. Cuma.
quem dicit id tenere in l. duo ſunt Ti
tij. s̃. de teſtamen. tute. ſed in mea im
preſſione Raphaelis, non inuenio, di-
ctum tamen eſt in ſeueris per genera-
lem rationem, illius. l. quę ad iſtud pro
poſitum appoſitè quadrat, nam ea-
dem ratio quæ eſt in omnimoda in-
certitudine, militat etiam in obſcuri-
tate indeclarabili, & propriè in eun-
dem ſcopum vtraque tendit & quaſi
conuertũtur obſcurum & incertum,
& inibi Rapha. dicit vnum quod So-
ci. non retulit, ſe putare quòd per con
iecturas communes de quibus in dict.
177 † l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de legat.
1. non debeat recedi à propria verbo-
rum ſignificatione, ſed per illas conie
cturas ſolùm verba dubiæ ſignificatio
nis declarari poſſint. Idem quãdo ſui
natura verba eſſent equiuoca in ſei-
pſis, ſicq́ue vult Rapha. quòd vt poſ-
ſit recidi à propria verborum diſpoſi-
tionis ſignificatione ac ꝓprietate ger
mana & genuina, requiruntur plenio
res & vrgentiores coniecturæ, quàm
ſint ille communes quæ in dicto. §. fi.
ponuntur, & in hoc verti debet iudi-
cis, arbitrium quod ſibi iniungitur
per prædictam l. voluntatis quæſtio,
178 vbi Bald. in fin. ſubiungit † quod ſi pro
bationes circa indicia & coniecturas
voluntatis defuncti ſint pares pro &
contra, ita vt apparere voluntas non
poſſit: tunc iudex debet abſtinere, vo
luit dicere à declarãdo. Quæ Raphae
lis declaratio & intelligentia ad dict.
legem ſi ſeruus plurium. §. fin. eſt no-
tanda etiam ad intellect. dict. l. non a-
liter, in princi. in verb. [ manifeſtum
ſit, ] s̃. allegato, & de multiplici obſcu-
ritate diuerſis reſpectibus tradit, eru-
ditè (vt pleraq́; alia) Bald. cuius non fit
mẽtio per moder. in locis. s̃. citatis, in
l. in actionibus. §. planè. ff. de in lit. iur.
179 1.2. col. † & idem quod. s̃. dixi de ver-
bis omnino obſcuris, poteſt adaptari
ad verba obſoleta quæ vt plurimũ cũ
ſint inuſitata pariunt obſcuritatem
vt ſi

Ad l. ſi ſeruus plurium §. fi. declaratio ſignãda.

Ad d. l. non aliter.



vt ſi teſtator vſus fuiſſet in diſponẽdo
aliquo antiquario ſermone, qui ex ob
ſoleta tãtum veterũ auctorum obſer-
uatione & fece pro idoneo ſuſtineri
poſſet, talis nãq́; diſpoſitio ꝑ eiuſmodi
verba prolata nõ eſſet habẽda in con-
ſideratione, neq́; effectum operaretur
tanquam obſcura, & in intelligibilis,
& conſequenter non deberet illius ra
tio haberi, vt per tria exempla, tradit
And. Alcia. quorum vltimum ad rem
iſtam eſt expeditius licet in alia mate
ria libr. 2. de verborum ſigni. Pagi. 36.
vi. ibi quia res eſt faceta, quã de quod-
dam Gramatico narrat, de quibus an-
tiquarijs eſt bonus tex. in eo quod de
Iurecõſulto tuberone refertur in l. 2.
col. penul. verſi. poſt hoc. s̃. de origine
iu. ad hoc facit l. non intelligitur, in
prin. in illis verbis, [ vt quod à vobis pe
tij, &c. ] iuncta ſecunda lectione Ro-
ge. in gloſ. 2. relata. ff. de iure fiſc. per
quem text. Bald. eleganter inquit in
l. fi. col. 7. in primis verbis. C. de hære.
inſtit. quòd id quod intelligi non po-
teſt, perinde eſt ac ſi non fuiſſet dictũ,
nam ipſe intellectus intrinſecus (pro-
ut continenter Bald. ſubdit allegans
l. ſi alij. j̃. de vſufructu lega.) ſine actu
180 † exteriore non valet, ideſt, nõ poteſt
aliquid operari, & paulò. s̃. dixerat
quòd nimiæ abuſiones & non inter-
pretabiles voces nihil operantur, per
eandem l. fin. in princ. & in fin. & per
l. quæ extrinſecus. ff. de verbo. obliga.
& eidem Bald. s̃. col. 6. quæſt. 14. prædi
xerat, quòd non debemus vti niſi ver
bis planis non ambiguis neq́; captio-
ſis, ſed conſonantibus in dicto eius,
181 quod volumus in facto, † dolus enim
(ſecundum eum,) quidam eſt obſcurè
loqui, vt nolit intelligi, & ideo multo-
ties ad diluendam obſcuritatem quæ
ex verbis ſubeſt, tolleratur verborum
improprietas diuerſis reſpectibus, &
plures tollerãtias ponit notabili idem
Bal. eadem col. 6. ad fin. Supraſcriptis
non impertinenter, erit adijciẽdum,
quòd non eſt aliqua iuris prẹſumptio,
de voluntate defuncti quæ ex verbis
eiuſdem enũtiatiuis, vel in alium ten-
dentibus prolatis reſultet, quæ non
admittat probationem in cõtrarium
vti egregiè tenet Bar. in l. 3. §. filius. ad
182 finẽ. s̃. de libe. & poſthum † quod eſt
ſatis memorabile vtpotè quotidianũ
& ex legibus quas allegat apertè pro-
batur, & vltra eas, probatur in l. iam
hoc iure. verſic. penult. s̃. de vulga. &
pupil. & idem quod Barto. tenet, tra-
dit Soci. Illud ſequẽs, prædicto conſil.
37. viſo teſtamento col. 1. volum. 3. in
præcedentibus. s̃. adducto, & proba-
tur ex l. licet imperator. 1. reſpon. s̃. tit.
2. de legat. 1. vbi ex illo text. notat Bar
to. primo notab. & poſt eum reliqui
docto. idem quod retuli eundem Bar.
dicere in dict. §. filius. & inquit Bald.
183 opportunè. conſil. 234. libr. 4. † quòd
quæſtiones vltimarum voluntatum
dirimũtur ex naturali æquitate, quod
probatur ex l. in his. in princ. j̃. de con-
di. & demonſtr. quam inter alias Bart.
adducit in dict. §. filius, in qua lege in
his. vid. omnino Soci. in princ. ponen-
tem tres caſus conferentes ad declara
tionem huius articuli, probationis vo
luntatis defuncti, videatur ibi. Supra-
ſcripta volui in hoc notab. ſexto inter
ſerere, occaſiõe ſumpta ex notabili elí
cito hic per glo. de ſententia teſtato-
ris, & ſunt valde memorabilia & ſig-
nanda, quia non eſt in materia gene
rali vltimarum voluntatum alius arti
culus notabilior ac frequẽtior iſto, nã
in quamuis partem vertamus nos, tan
dem in hac materia de nulla re alia q̃
de iſta, ideſt, de voluntate defuncti co
gnoſcenda magis principaliter tracta
184 tur & diſcutiatur, † tam in conſulta-
tionibus quàm in ſcolis quàm etiam
in iudicijs vbi potiſsimum de hac re
tractatur

Agere cenſetur doloſè, qui de induſtria obſcurè loquitur, ne poſsit intelligi.

Notandiſsimum, & propè cotidianum.

Volũtatum vltimarũ dubia dirimuntur ex æquitate naturali.

Atten.

Traduntur memoriæ aliæ plures leges quæ ex

ſupra deductis in hoc. 6 notabili manent declaratè, in hoc articulo eliciē de voluntatis defuncti per congruā ſupletionem ad eaſdem.

tractatur, nā & præter leges. ſ. in prin.
iſtius reſolutionis. ſ. adductas, ex præ-
deductis patet etiam intellect. & de-
claratio ad. ll. ſequentes videlicet l. ſi-
cut certi in prin. C. de teſtam. mili. &
l. pater pro filia, eademque vltima. §.
vlti. Incipient. auus. ff. de doli except.
vbi eam not. Albe. & idem in l. verba
teſtamenti. C. de teſtam. & Barto. in l.
demonſtratio. §. quod autem. col. 3. j.
de condi. & demonſtra. & lex vnum
ex familia. §. vlti. ſ. titulo primo. vbi
Barto. & docto. Item l. codicillis. §. ma
tre. ſ. eod. titu. 1. de legat. 2. & l. fidei-
commiſſa. §. hæc verba. ſ. eod. & lex
Pamphilo, in princ. j. eod. cum alijs. ll.
allegatis. per glo. in dict. §. auus. vltra
quas ſunt prædictæ. ll. proximè. ſ. alle-
gatæ, item & l. etiā hoc modo, & l. eo
modo. ſ. titu. 2. de legat. 1. ad fin. titu.
quæ oēs. ll. videtur velle, ſolam teſtato
ris ſententiam ſufficere, ad diſpoſitio-
nis inductionem ſed ſunt intelligen-
dæ non de nuda & ſimplici ſentētia,
ſed de ea quæ concurrit cum aliqua
voluntate diſpoſitiua expreſsè, vel ta
citè, vel equipollēter decerpta etiam
per verba enuntiatiua probationem
inducentia in aliquibus inquam caſi
bus ſpecialibus, de quibus habetur in
quibuſdam ex. ll. ſ. proximè citatis, &
per glo. in dict. §. auus. allegatis quæ
aliquando, ideſt, in certis caſibus ha-
bétur pro diſpoſitiuis, & iſta declara-
tio ad. ll. illas de ſentētia teſtatoris lo-
quentes deducitur ex. ſ. traditis vbi ci
tauit Ioan. de Imo. poſt Bald. in dict. l.
quidam cū filium, Et hæc de hoc ſex-
to notab. abundè dicta, ſufficiant.

Signanda declaratio.

Rurſus expendenda eſt litera hæc
in verbo [ſciens] nam eſt præſumpti
uè accipienda, quia non requiritur in
caſu iſtius l. quòd alteruter, ideſt, vel
hæres, vel legatarius (diuerſis in quam
ſuis reſpectibus) probet ſcientiam te-
ſtatoris in legando ſecundario, ideſt,
185 vel ſæpè (aut pluries) cum † in facto
proprio, non poſſit cadere, vel conſi-
derari ignorātia, vel obliuio probabi-
lis. l. auus, in princ. ff. de calumnia. vbi
id notat Paul. de Caſtr. in ſummario
textuali poſt alios doct. ad idē l. cum
falſum. ff. de acquiren. hære. & l. pluri-
mum. ff. de iuris & facti ignor. vbi aliæ
traduntur per glo. concordan. inter
quas vulgata. l. vltima. ad fin. à ſenſu
contrario. ff. pro ſuo. teſtator ergo in
caſu iſtius. l. loquentis de teſtamento
& codicillis quæ non poſſunt fieri ni-
ſi per ipſummet teſtatorem, præſumi-
tur quando vlterius diſpoſuit aliquid
præter id quod primo diſpoſuerat, ꝙ
fuerit ſciens & non oblitus. Id tamen
ſolet intelligi & limitari non proce-
dere in certis caſibus ſpecialibus vide
licet, vel quando perſuaſione aduerſa
rij quis fuit ductus, vel ex longinqui-
tate temporis, vel quando negotium
fuit implicitum, ſed & quòd in facto
alieno error, vel ignorantia cadat, li-
mitatur etiam nō procedere alijs mo-
dis, videlicet niſi quis teneretur ad in
ueſtigandum & non fecit, vel vbi eſ-
ſet publicè factum in loco in quo mo
ram quis traxit, vel niſi eſſet factum
iuditiale indagatum, vel niſi tale fa-
ctum alienum eſſet ſæpiùs diſcuſſum.
Primas tres limitationes ad primam
regulam de facto proprio iuribus per
eum ibi allegatis ponit Barto. in dict.
l. non fatetur. col. pen. poſt medium.
ff. de cōfeſſ. & alias quatuor ad ſecun-
dam regulā de alieno facto ponit A-
lexan. ibi in addi. ſuper parte (tollera-
bilis) ſed quoad rem præſentem atti-
net prædicta fallentia, quæ habet ꝙ in
facto proprio de tempore longinquo
cadit probabilis ignorantia, vel obli-
uio prout ibi tradit Barto. per l. pere-
grè in prin. de acquiren. poſſeſ. poſſet
trahi ad caſum noſtrum vt ſi teſtator
in princ. teſtamenti ſcripſiſſet prout
in caſu

Atten.



Declaratio reſtrictiua, & dubia ad hanc l.

in caſu iſtius. l. quòd ſi cui bis legaſ-
ſet talis legatarius, ſemel tantum poſ-
ſet petere, poſtea autem in codicillis.
magno ex interuallo (vtputà poſt de-
cennium quod iuris præſumptione
ſolet obliuionē inducere) pluries le-
gaſſet eidem, quo caſu, ideſt, propter
lapſum longi temporis in facto pro-
prio, cadit ignorantia probabilis ſiue
obliuio, vt proximè fuit dictum, tūc
enim nō eſſet opus alia derogatione,
prioris clauſulæ derogatoriæ, in præ-
cedenti teſtamēto, appoſitę illius clau
ſulæ, videlicet ſi cui bis legauero, &c.
Sicq; pluries conſequeretur legatum,
talis fideicommiſſarius, vel legatarius,
Nam primum teſtamentum non per
dit vires, vel efficatiam, ſed potius ma
net in ſuo vigore, & viridi obſeruātia,
& non leditur in aliquo, per lapſum
longi temporis l. ſancimus. C. de teſta
men. & ſic legatum in eo relictum de-
betur illi legatario. legatum autem ſe
cūdario factum, videtur fuiſſe factum
à teſtatore immemore primæ clauſu-
læ, ab eo in teſtamēto appoſitæ & con
ſequenter videtur voluiſſe, etiam ſe-
cundum legatum eidē deberi, tamen
non audeo iſtud firmare, tū quia præ-
dicta fallen. Barto. de temporis diutur
nitate ſubdeclaratur, primò niſi factū
proprium eſſet graue, notabile, & pō-
deroſum, per text. notabilem quem
ibi commendant Anto. & Ioann. de
Imo. & ibi etiam Abbas col. 4. in cap.
cum illorum. propè finem de ſenten.
excommu. & præpo. Alexand. in cap.
non eſt vobis. 2. notab. de ſponſali. &
de hac ſubdeclaratione meminit etiā
Alexand. in hiſdem addi. ad Barto. ſu-
per col. fi. in eadem. l. non fatetur, ſed
ita eſt, quòd factum teſtamenti, ideſt,
ipſius confectio vel fabricatio, debet
cēſeri graue & notabile, & ſic non de-
bere pręſumi, circa illud obliuionem.
cum ſit diſpoſitio vltimata cuius, vel

Res dubia.

in qua, iterum non redit arbitrium l.
1. C de ſacroſanct. eccleſi. & ex conſe-
quenti ſit cenſenda multum delibera
ta, ergo in caſu iſto non eſt præſumen
da obliuio, vel ignorantia teſtamenti
quondam, ideſt, ante decennium con
fecti, tùm etiam quia prædicta Barto.
fallen. de qua. ſ. videlicet de præſumē-
do in facto proprio, ignorantiam, vel
obliuionem, ex tēporis diuturnitate,
ſiue longinquitate, nō procedit, quā-
do fundans ſe ex tali præſumptione,
tractaret de lucro captando, quo caſu
186 longi temporis lapſus, † non eſt iuſta
cauſa obliuionis vel ignorantiæ & id-
eò non iuuat. ita dicit eleganter Bart.
in l. qui fundum. §. ſeruus meus. ff. pro
empto. quam deciſionem valde com
mendat Ange. Areti. vbi etiam Iaſ. in
fi. 2. col. inſtitu. de actio. & ſequit̃ Ioā.
Fran. Balbus in tractatu præſcript. in
repet. quam ibi interſerit de l. Celſus.
col. 14. de vſucapio. & confert optimè
ad eandem Barto. deciſionem quod
Ange. de Peruſio tradit ibidem, ideſt,
in eodem. §. ſeruus, pro qua deciſione
Bart. videtur bonus text. à contrario
ſenſu. in dict. l. peregre. in princi. in ra
tione ſui, vbi etiam, idem cum Barto.
tenet Alexand. Imolēn. ff. de acquir.
poſſeſ. Sed quum in re de qua agimus
(vt ad eam redeamus) ſi legatarius pręę
textu ignorātiæ teſtatoris peteret le-
gatum, ex codicillis factis ex interual
lo relictum, ageret de lucro captan-
187 do, non ergo erit audiendus † eſt au-
tem iuris notorium legata deberi, ex
cauſa, vel titulo lucratiuo. l. ſi hæredi-
tatem. ff. mandati. l. vnà. §. lucratiuas
cauſas. C. de impo. lucra. deſcriptio-
ne libro decimo. cum alijs, ex alio ta-
men capite videbatur, quòd quando
codicilli ſunt facti ex longo interual-
lo, poſt teſtamentum, habens prædi-
ctam clauſulam derogatoriam. ſ. ſi cui
bis legauero, &c. & in eis per eundem
teſta-

Adaptatio ad rem noſtram.

Lega. & fidei com. debentur ſeu acquiruntur ex cauſa ſiue tit. lucratiuo.

Ad eandem rem obex.

teſtatorem eidem legatario, fuit ſecũdario, bis, vel pluries, relictum, poſſet illud pertere etiã ſi tali clauſulæ, non eſſet in codicillis contra derogatum. quia cum diſpoſitio codicillaris fuerit ex lõgo interuallo poſt teſtamẽtum, & derogatoriam in eo contentam facta, non videbatur prædicta derogatoria præcedens in teſtamento poſita, quæ habet vim proteſtationis inficere (vt ſic loquar) talẽ actum codicillarem ex eiuſmodi interuallo ſubſequẽtem, ex concluſione Bart. & communi in l. non ſolum. §. morte. 4. col. in princi. ff. de oper. no. nuncia. quæ ha-
188 bet, † proteſtationem præcedentem, non eſſe trahendam ad actum contrarium, ex interuallo ſequentem, ſic videbatur in præſentiarum vltimo loco leguatũ. codicillis: ex interuallo factis relictũ, pluries per derogatoriam proteſtationem præambulam, in teſtamẽto poſitam, non impediri quin poſsit pluries peti: etiam ſi in codicillis non fuit appoſita contra derogatoria, ad clauſulam derogatoriam in teſtamento quondam facto appoſitam.

Obios ſuprá motiſolutio.

Sed certè hoc non obſtante tenendũ eſt quòd ſecundum legatũ bis, vel pluries in codicillis, ex interuallo confectis relictum, non debeat niſi ſemel obſtante proteſtatione præambula, nam illa conclu. Barto. quæ eſt communis ſecundum Iaſ. ibi col. 6. procedit prout Barto. expreſsè loquitur, qñ talis proteſtatio fieret ſimpliciter, nõ autẽ quãdo fuit facta per verba, futurum tempus exprimentia, vel comprehendentia, vt ſtatim ſubiungit ibi Barto. nam eo caſu extenditur etiam ad actus futuros etiam cõtrarios ipſi proteſtationi quos Barto. inquit per eam infringi, vt eſt in caſu l. noſtræ vbi fuit dictum, [ ſi cui bis legauero, &c. ] quę ſunt verba tẽpus futurũ reſpicientia, & experientia, & ibidẽ continenter Bart. inter alias complures ll. in id per eum ibi citat⁹ expreſsè meminit iſtius l. quæ re vera in ſui generalitate probat de codicillis poſt teſtamentum tam incontinẽti quam ex interuallo faciendis quod expreſsè declarauit pręcedens proteſtatio per verba (vt dixi) temporis futuri prænũciata, faciunt ad hæc, ea quæ tradidi ſupra. 4. notab. poſt Ange. de Perigl. illa enim præmittenda, ac præſupponenda ſunt, ad iſtum articulum, vt clarùs poſsit percipi, nam ibi traditur an, & quando, clauſula derogatoria extendatur ad codicillos, & ad aliam vltimam voluntatem, ſed hic traditur, an ſuppoſito quod trahatur ad codicillos, an intelligatur etiam ſi ex interuallo fiant, & hæc, quoad pronuntiata textualia dicta ſufficiant.

Aduertendũ ad hoc.

Cætera quæ hic deſunt, petenda erunt ex inferiùs tradendis in expeditione gloſſarum & commentarij Bart. hic. Et priuſquam aggrediar earum declarationem, examinabo quaſdam contrarietates, quas Bar. hic extra gl. ſignat. Deinde expediam oppoſitiones gloſſarum, vnà cum ſuppletionibus Bart. ad eaſdem. Rurſus diſcutiam Axiomata, ſeu propoſitiones, necnon concluſiones Bar. & iidem adijciam quæ videbuntur adijcienda, qùum ex his quæ traduntur per ſcriptores hic & alibi, tum ex propria intentione. Quibus abſolutis, iſtius l. intellectus reddetur elucidatus, & ipſius materia manebit ęxamuſim enucleata vltra omnium (quos viderim) ſcribentium in huius l. & ipſius materia interprætatione, hic, & alicubi ſcripta.

Intẽtio poſt hac dicẽdorum.

Opponit itaq; in primis extra glo. Barto. aduerſus hanc l. de l. planè, prima. §. 1. ſupra titulo. 2. de legat. primo. cum l. cum centum de adimen. lega. ex quibus videtur probari, quòd ille cui bis per teſtatorem in eadem diſpoſitione

Prima oppo. Barto. extra glo.



ſpoſitione legatur, ſemel tantũ debet habere, etiam ſi nulla verba derogatoria præcedant cuius oppoſitũ hìc præſupponitur in illis verbis [ codẽ teſtamento ] imò quòd legatarius cui bis, vel pluries legatur, debet pluries legatum conſequi niſi præceſſerit clauſula derogatoria qua teſtator oſtẽdat ſe velle, ꝗ legatarius non habeat niſi dũtaxat ſemel præterquam ſi eũdem teſtatorẽ poſtea pœnituerit prioris voluntatis, quam in præcedenti clauſula demõſtrauit ſe habuiſſe & eam ſpecialiter reuocauerit. (ſoluit Bar. vt hic per eum, in qua ſolutione vult ſubobſcurè tamen, ꝗ præſupoſitum quod ex hac l. euincitur, videlicet ꝗ is cui bis, aut ſæpiùs legatur, toties, quoties ſibi legetur debet conſequi legatũ niſi (vt tex. iſte dicit) præcedat clauſula derogatoria in contrariũ, vt modò induxi procedat quatuor caſibus, videlicet, primo quãdo vni & eidem legatario relinquerentur plures & diuerſæ res, vel in codẽ teſtamento, vel in eiſdem codicillis & ſic in eadem vltima volũtate (aut etiam eodem teſtamento, & codicillis in continenti factis, quod in eidem recidit tali namque legatario debentur omnes illæ res eiuſmodi relictæ. Secundus caſus quando eidem legatario relinqueret multiplex quãtitas, ſeu diuerſæ quantitates, & non ab eodẽ hærede, ſed à diuerſis. l. ſi pluribus. §. primo. eodemq; vltimo. s̃. tit. 1. de legat. 2. & l. ſeruo alieno. §. ſi quis, à primo. s̃. tit. 2. de legat. 1. quibus probatur, quòd quando à pluribus hæredibus, eidem legatario relinquuntur diuerſæ ſummæ, vel quantitates quilibet hæredum, tenetur reddere tali legatario ſummã ab eo ſibi relictam, & legatarius debet re ipſa conſequi omnes ſummas, ab eiſdem ſibi legatas, ſecundùm diſtinctionem in quam per Bart. traditam in eodem. §. 1. 2. oppo. vbi eſt vidẽdum. Tertius caſus quando legaretur eadem quãtitas in diuerſis diſpoſitionibus, putà in teſtamento, & codicillis, vel in diuerſis codicillis, & ex interuallo talibus diſpoſitionibus confectis. Quartus quando vnum legatum contineret plus alio, re vel quantitate, vel cauſa, ſecũdum ea quæ ipſemet Bart. tradit in l. quinquaginta. ff. de probatio. mens ergo Bart. hìc eſt quòd regula ſit in cõtrarium, videlicet eum cui ſæpius legatur non debere, niſi ſemel conſequi legatum, quam pro nunc neſcirem verificare niſi duobus tantum caſibus. Primus, quando eadẽ quantitas ſæpiùs eidem perſonæ legaretur, in eadẽ vltima voluntate putà in eodem teſtamẽto, vel hiſdem codicillis, vel in teſtamẽto codicillis in continenti ante, vel poſt illud factis. Secundus quando ſpecies, pariformiter, & eodẽ modo, ideſt, pluries relinqueretur ab eodẽ: & eidem, & in eadem vltima volũtate, his quippè duobus caſibus qui effectu ponuntur per Bart. pro regula, non cenſetur teſtator, (in dubio inq̃) voluiſſe multiplicare legatum in perſonã eiuſdem legatarij, ſiue ſit eiuſdem met ſpeciei ſiue quantitatis, niſi de ipſius contraria volũtate liqueat, & ita procedant prædicta l. planè. §. primo. & dict. l. cũ centum. ad quas Bart. ſpeciatim non reſpondet, niſi quòd loquũtur alijs caſibus, ſed nõ exprimit in quibus, & ſic reſultat ex eo qđ ipſe hic in iſto propoſito tradit in horum contrariorum ſolutione quòd plures ſunt caſus fallentię ad regulam qđ is cui bis legat̃, vel pluries ſemel debet habere, quũ ſint caſus qui ſub eadem regula comprehendantur, ſicq; rectiùs forte videretur dicendum, Bartolum debuiſſe facere regulam quam huic text. à ſenſu oppoſito præſuponit in contrariũ, ſcilicet, quòd is cui ſæpius legatur ſimpli-

Referatur in gentio Bart.

Aduertendũ ad verificationem conclſionis ſeu regulæ Bart.

inter viuos, ſic ergo lex illa videtur fa
cere cõtra iſtũ textum vbi teſtator
Adaptatio contrarietatis. põt facere reuocationẽ ſpecialẽ in ſe-
quenti diſpoſitione teſtamẽti, vel co-
dicillorum, per quam tollitur deroga
tio præcedens in principio teſtamẽti
faƈta vel appoſita, ita conſequenter vi
debatur dicendum in caſu diƈtæ l. v-
bi ita. & niſi hoc modo illa l. induca-
Atten. ſequẽti remiſsione ad intel. l. vbi ita donatur, ſępiſſime allegabilis. tur non poteſt bene adaptari pro cõ-
traria ad hanc l. Et quamuis prædiƈtã
l. vbi ita, ſuo caſu dixerit eſſe ſingul.
Io. de Imo. in l. ſi ſocer. §. Lutius. ſ. ſolu
to matri. tamen in ſupradiƈto propo
ſito, & vt cõmuniter per gloſ. & Doƈto
res omnes. l. illa intelligitur & allega
tur ſatis conſonat tex. in l. ſi alienam,
§. Marcellus, eodem titu. de dona. cau
ſa mor. ad quos tex. vt obiter referam
videndus eſt Bal. eleganter, prout a-
lias ſæpe, loquens, conſilio. 108. colũ.
2. volumi. 3. & quæ tradunt Iaſ. Socin.
& Deci. in l. non omnis numeratio,
in princip. ff. ſi certum peta. vbi etiam
Areti. qui Decius omnino videatur
in l. fi. colum. 5. C. de paƈtis, ſoluit ita-
que Bar. (vt ad ipſam rem, è diuerticu
lo redeam) eodemmodo quem prædi
Declaratur & ſolu. Bar. xi in induƈtione iſtius contrarij, vide
licet quod in diƈta l. vbi ita, donatio
cauſa mortis tranſijt vel transfuſa eſt,
illico & eodem momẽto in donatio-
nem inter viuos, per illam clauſulam
de non reuocãdo in ea appoſitam, &
ſic continẽter hauſit naturam cõtra-
ƈtus inter viuos irreuocabilis, perpe-
tuo & ad ſemper, & ob eam rem non
licet donanti pœnitere, & ex conſe-
quenti non poteſt talem clauſulam
reuocare quemadmodum, neque do
192 nationem cauſa mortis cui fuit adie-
Regula proprie infallibil. in cõtraƈtibus noiatis. ƈta ex regula † prope inuiolabili con
traƈtuum nominatorum, quæ habet
quod poſtquam aƈtus vel contraƈtus
inter viuos ex contrahentiũ conſen
ſu in eſſe deducitur non poteſt ex al-
terutrius eorum contrario conſenſu
infirmari vel reſolui, & conſequen-
ter neq; modificari, l. ſicut in initio. C
de aƈtio, & obliga. & l. in commodato
§. ſicut. ff. commoda. iũƈta l. præfeƈta.
C. de dona, quæ ſub mo. & in ſpecie
de ipſa donatione inter viuos per ac-
ceptationem donatarij perfeƈta, ſunt
prope innumera iura in titulis. C. &
ff. & inſtitu. de dona. & tex. ſæpe alle
gabilis. in l. ſi repetendi in fin. C. de cõ
di. ob cauſam. Sed diſpoſitio deroga-
toria præambula in teſtamento, poſi-
ta in caſu iſtius l. ſubſiſtit intra fines
vltimæ voluntatis, ideo potuit per ſe-
quentem contra derogatoriam reuo
cari, & eſt ſolutio expedita, voluit di-
cere Bar. & optimè, quod clauſula de
rogatoria de qua in iſto textu, ſcilicet
cui bis legauero. &c. ſapit naturam vl
timæ voluntatis reuocabilem, quia
eſt poſita in mera vltima volũtate, id
eſt teſtamento, ſed in diƈta l. vbi ita.
clauſula illa de non reuocando, fuit
poſita in donatione cauſa mortis,
quæ magis accedit contraƈtui quam
vltimæ volũtati, vt per glo. ordinam.
in l. 2. in principio ꝟ. de dote prælega.
193 † quoad modum inquam ineundi & Quo ad qđ donat. cauſ. mor. potius accedit contraƈtui q̃ vltimę voluntati.
deducendi eam ineſſe, hoc eſt, quo
ad ipſius ordinationem ſecundùm re
ſolutionem Bal. cõmuniter à Doƈto-
rib⁹ recentioribus ibi comprobatam,
in l. 2. ſupra, de legatis. 1. cum itaque
clauſula præfata de non reuocando,
fuerit appoſita in donatiõis cau. mor.
confeƈtione ſiue ordinatione quoad
modum inquam ineundi & produ
cendi eam ineſſe, operatur vim tranſ
fuſiuam ſeu tranſlatiuam de donatio.
cauſ. mortis in donationem inter vi- Theorema philoſop. pariterq; iuridicũ. In habẽtibus ſymbolũ facilẽ eſſe tranſitũ de vno ad aliud.
uos, i. de prima ſuapte natura reuo-
cabili ad ſecundã ſua natura non re-
194 uocabilem † cum in habentibus Sym
bolum. ideſt ſimilitudinem, facilis ſit
tranſitus, vt inquit Philoſophus, &
apud



apud nos Iureconſultus, in l. in rem. §
item quecunque. ff. de rei ven. haud
igitur mirum ſi vna donatione, ſcili-
cet cauſa mortis ad aliam donationẽ,
ſcilicet inter viuos diggreſſio fiat &
trãſit⁹, ſubſiſtente vel appoſita prædi
ƈta clauſula de nõ reuocãdo in dona.
cauſa mortis, quæ irreuocabilitas in-
eſt donationi inter viuos ex ſui natu-
ra in quam donationem talis fit tranſ
Tollit obex tacitus. fuſio. Et ſi fortaſſis obijciatur quod
dum Bal. & alij Doƈtores in eadem l.
2. de legat. 1. concludũt reſolutiuè id
quod dixi circa donationem cauſa
mortis continenter, etiam tenent ꝙ
quãtũ ad effeƈtũ & efficatiã donatio
cauſa mortis ſortiatur vim vltimę vo
luntatis, ſic ergo videbatur in re de
qua agimus dicendum, vt magis de-
beret attendi effeƈtus, ſeu efficatia
quæ ſtat in irreuocabilitate quam or
dinatio ipſius vel modus, quo vel per
quem illa ineſſe ꝓducitur. Sed iſtud
non obſtat declarationi ſupra poſitæ
Atten. ad prædiƈtam Bartol. ſolutionem, eo
quia cum tempore ordinationis ſeu
confeƈtionis, ipſa donatio cauſa mor
tis, æquiparetur cõtraƈtui, aut habea-
tur pro contraƈtu & ob ſæpe diƈtam
clauſulam de non reuocando illam
in ipſamet donatiõe cauſa mortis ap
poſitam, protinus, ideſt ipſo iure fece
rit tranſitum in donationem inter vi-
uos irreuocabilem, & ſic in contra-
ƈtum nominatum non poteſt hic cõ
gruere neque adaptari id quod Do-
ƈtores vbi ſupra dicunt de effeƈtu ip-
ſius donationis cauſa mortis, quia il-
lud procedit in donatiõe mortis cau
ſa ſimplici ſua natura (vt eſt ſæpe di-
ƈtum) reuocabili, in qua non ſit appo
ſita præfata clauſula de non reuocan
do quo caſu Bal. & Doƈtores reſoluti
ue, vt dixi, in hoc loquentes, ſcilicet,
in donatione mortis cauſa ſimplici di
ſtingunt & ſeparant produƈtionem
illius ineſſe, vel eius ordinationem
aut confeƈtionem quæ in idem ten-
dunt, ob ipſius effeƈtu vel efficatia,
quem potius nominare poſſumus po
tentialem deffeƈtum, vel inefficatiã
quæ ſtat in eius irreuocabilitate, cu-
ius effeƈtus contrarius, ac ſolidus re-
ſultat ex donatione ſimplici inter vi-
uos, ſcilicet, irreuocabilitatis ſeu de
non reuocando qui eſt fixus & perpe
tuus, ſed vbi in donatione cauſa mor
tis, talis clauſula apponitur per donã-
tem, & ſic non fit talis donatio ſimpli
citer cum per eiuſmodi appoſitionẽ
eo ipſo, id eſt ipſis ſaƈto & iure tranſijt
in donationem inter viuos irreuoca-
bilem ſtatum trahit vel traxit ſecum
effeƈtum, & executionem irreuoca-
bilitatis, & ſic non poteſt fieri diſtin-
ƈtio neque ſeparatio, ſeu diuerſimo-
da conſideratio de ipſius ordinatio-
ne ad eiuſdem effeƈtum cum, vtrun-
que cedat eodem momento tempo-
ris & cõſequenter iſto caſu ceſſat prę
fata Bal. & Doƈtorum conſideratio re
ſolutoria, in diƈta l. 2. de legat. 1. alio-
qui vera communis & commendabi
lis, nam & in ſimili videmus quod cũ
per mortem teſtatoris ſtatim, ipſo iu
re abſque aliquo aƈtu extrinſeco do-
minium conſolidetur & continue-
tur in filium & ei verum dominium
acquiratur l. in ſuis, cum ſimi. ff. de li-
ber. & poſthum. non poteſt dari me-
dium inter mortem teſtatoris & exi-
ſtentiam ſui hæredis. gloſ. eſt ordina.
in l. cum hæreditas. C. depoſiti. cum
concordan. traditis per Bart. in l. fina.
ff. de condi. inſtit. ex quibus patet in
omnibus acquiſitionibus legalibus,
id eſt quę fiunt ipſo iure nullum eſſe
medium inter dilationem talis iuris
acquirendi, & ipſam acquiſitionem,
bene facit tex. cũ ibi traditis per Do-
ƈtores in l. placet. ff. de acquiren, hęre
di. ibi [neque momento. &c.] Ita in ſi-
 mili

mili dicendum, in noſtro propoſito.
Ad aliam autem oppoſitionem quã
gloſ.ſignat,& non ſoluit ſatis apertè
reſpondetur Bar.& in verò non facit
in oppoſitum cum in l. quam pro cõ-
traria adducit non fuit appoſita clau
ſula derogatoria.&c.

Expeditio gloſſarum.

Nunc autem expedio gloſ.iunctis
alijs oppoſitionibus Bar.quas glo.vlti
ma hic ſignauit,quæ glo. vnà cũ glo.
prima opponit ſeu oponũt de l. ſi mi-
hi & tibi.§.in legatis.ſ.đ lega.1.in ver
ſic.interdũ,vbi ſi teſtator dixit (ſi cui
legauero id, neque do neque lego)&
poſtea legauerit tale legatũ quod po-
ſtea fecerit non valebit, & ſic prima
voluntas præualet,& iſtæ gloſ. hic &
195 glo.in d.verſi.interdum,ſoluunt † q; il
le text.debet intelligi & ſuppleri per
iſtum,hoc eſt niſi in ſecunda volun-
tate expreſſim & ſpecialiter deroget
priori,vt q a teſtator dicat ſpecialiter
& expreſſim cum prioris voluntatis
pœnitere,& ita etiam tenet Barto.hic
& ſequuntur tacitè omnes alij Do-
ctores non faciẽtes de hac oppoſitio-
ne mentionem & meritò,ſed in dicto
§.in legatis,appertiùs approbãt & fir-
mant Docto.poſt glo.ibi, ſed quia res
eſt in ſe apertiſsima & valde expedi-
ta q; ille tex. neceſſariò eſt ſupplend[9]
per iſtum,vt ex horum textuũ inſpe-
ctione & à limine (vt aliàs dicitur) ap-
paret,vlterius non inſiſto.

Suppletur tex. in.§.in legatis,ver.interdũ, p hãc.l.

Deinde glo.& poſt eam Bar. oppo-
nit de l.fi.in prin.ſ.tit.1.in cuius ſolu-
tione maius ſeſe negotiũ exhibet.Di
citur namq; ibi q; teſtator in teſtamẽ
to dixit,vt ſi quid filio legaſſet, in ali
qua ſcriptura obſignata.i. ſigillata vo
lebat eam valere iure codicillorum,
poſtea reliquit eidem filio in ſcriptu-
ra non obſignata.i.in quadam epiſto
la aperta decidit tex.q; non obſtante
clauſula derogatoria prius appoſita fi
lius debet cõſequi relictum,& ſic vl-
tima voluntas præualet etiã, non cõ
tineat contrariã derogationẽ clauſu-
lę prioris derogatorię.Et in ſolutione
iſtius cõtrarij glo. vltima hic in ipſius
principio remittit ſe ad id q; in l.cõtra
ria dixit,vbi effectu vult (prout eã de
196 clarat ibi Io.de Imo.) † q; quãdo clau-
ſula derogatoria ponitur expreſſim
& ſigillatim reſpectu ſequentium, vt
eſt in caſu iſtius l.tunc requiritur q; in
ſequentibus fiat expreſſa & ſpecialis
derogatio illius,vt hic in ver.[ſed hoc
ita.] ſecus autem quando non expreſ
ſe,ſed tacitè colligitur à ſenſu contra
rio,vt ibi,quia dicẽdo q; ſcriptura ob-
ſignata valeret,videtur per contrariũ
voluiſſe q; non obſignata minimè va
leret, & conſequenter per ſecundam
diſpoſitionem in qua fuit ſibi relictũ
per ſcripturã obſignatam tacitè vide
tur receſſum à prima diſpoſitione de
rogatoria tacita,ſeu ſubintellecta per
argumentũ à ſenſu contrario & illud
ſufficit,iure nãq; & ratione tacitũ tol-
lit tacitũ,quia per quaſcunq; cauſas,
res,in eſſe producitur per eaſdem vel
ſimiles per contrariũ,diſſoluitur.l.fe-
rè quibuſcunq..ff.de regu.iu.c.1.eod.
197 tit. † nam regula illa eiuſdẽ cap. primi
vulgaris & protrita declaratur opti-
mè p eandẽ l.ferè,quæ in effectu vult
& ad hoc in voce ſum ſolitus eã alle-
gare,q; reſolutio ſeu diſſolutio fit pro
priè per contraria, ad idẽ l.nihil tã na
turale,eo.tit.vnde videtur effluxiſſe
tex.in prædicto cap.1.ad hoc etiã lex
prout q ſq;.ff.de ſolutio. & l. pe. C. de
pigno.gl.in l.ſi tibi.10.§. de pignore,
ff.de pact. cum alijs cõplicibus,& re-
miſ.in modum torrẽtis more ſuo tra-
ditis per Andre.Tiraquel. in opere.ll.
connubia.fol.140.num.19.cum mul
tis præceden.& ſequen.ita in propoſi
to ſicut pręfata clauſula derogatoria
fuit tacitè,ideſt, per argumentum à
contrario ſenſu appoſita in teſtamẽ-
to

Agitur đ intell.l.fin. in pri. ſupra ti.1.de lega.2.

Regu. vulg. p̃is res per quaſcunque naſcitur.&c. Declarat p l.ferè q̃buſcunq; ff. de regu.iur.



to,præambulo,ita per epiſtolã ſequẽ-
tem,& ſic per contrariam ſequentẽ
voluntatem tacitam,ſicq; priori ſimi
lem per contrariam tollatur ſecundũ
Bar.cuius verba ſignificant, quod eo
ipſo quod fecit teſtator epiſtolã non
obſignatam videtur receſſiſſe à prędi
cta clauſula derogatoria tacitè à ſen-
ſu contrario ex clauſula teſtamẽti de
ſumpta, non quod ex epiſtola ſecun-
da, colligatur aliquod argumentum
à contrario ſenſu contrarium primo,
quia imo ibi non colligitur, prout nõ
poteſt regulariter colligi, niſi ex ver-
bis exp̃ſſis in ſenſu directo,quę tñ ver
ba in epiſtola poſtea confecta, nõ fue
runt expreſſa ad eam rem, id eſt ſen-
ſum directum, vt ex eo reſultaret ſen
ſus tacitus conferentia.Sed ſolummo
do in epiſtola non obſignata, fuit fa-
ctum legatum eidem filio,quæ confe
ctio epiſtolæ non obſignatæ,oſtendit
ipſo facto volũtatem teſtatoris, vt vo
luerit ſcripturam valere etiam nõ o-
198 bligatam, † volũtas namq; factis etiã
datur intelligi,& quidẽ fortiùs q̃ ver-
bis ſolis.l.ſi tamen,§.ei qui.ff.de edili.
edi.l.Paulus,reſpondet non tantũ ver
bis,ff.rem ratam habe.cap.dilecti, pri
mo,de appella. iuxta illud Maronia-
num [& facta loquãtur.] Ad idem cõ-
ferunt duo iura ſimul iũcta,videlicet,
l.noſtram.C.de teſta.&.§. ex eo autẽ
ſolo,inſtit.qui.mo.teſta.infir. nam in
hoc.§. dicitur quod licet teſtator ver
botenus reuocaret teſtamentum à ſe
factum, tamen ſi aliud teſtamentum
non faciat,non cenſetur reuocatum,
& in eadem l.noſtram,dicitur quod ſi
teſtamentum fuerit de induſtria lace
ratum per teſtatorem, non autem ca
ſu,abſque vllo verbo teſtatoris & abſ
que alia ſolennitate aut volũtatis de-
claratione,& abſque alterius teſtamẽ
ti confectione reuocatur primum te
ſtamentum,ſic ergo ex his duobus iu
ribus cõiunctis patet, quod proximè
dixi,ſcilicet, apertius oſtẽdi ac demõ-
ſtrari voluntatem facto,quam verbis
expreſsis & ex conſequenti fortius o-
perari factum in patefacienda volun
tate ipſius facientis, quam verba per
eum expreſſa operẽtur, & per hoc re
ſpondetur, obiectioni quam hic fa-
cit Rapha.Cu.aduerſus prefatam cõ-
munem ſolu.dum inquit eã eſſe con
tra l.conficiuntur,§.fi.ff.de iure codi.
de qua ante ipſum appoſuerat Bar. &
ſoluerat.Sed ipſius ſolutione non ob-
ſtante idem Raph.inſtat acriter, ne di
cam, importunè aduerſus prædicta di
cens q; ratio quare diſpoſitio ſequẽs,
quæ non habet clauſulam contra de-
rogatoriam ad primam derogato-
riam eſt ea quam in ſuperioribus di-
xim[9], ſcilicet quia in ſecunda diſpoſi-
ne teſtamentaria, vel codicillari, vide
tur tempore cõfectionis ipſius defuiſ
ſe voluntas, vel animus ipſius diſponẽ
tis,vt in ſæpe citata l.qui in aliena.§.
fi.§.de acqui.hære.& dicta l. & ſi quis
§.plerique.ff.de religio. & ſumpt. fu.
ergo in caſu eiuſdẽ l.fi.in pri.ſ. tit.1. q̃
verſamus,teſtator faciendo poſtea e-
piſtolam non ſignatam nõ poteſt vi-
deri voluiſſe quod valeat, quia in ta-
li confectione epiſtolæ non ſignatæ,
videtur deeſſe voluntas ipſius confi-
cientis illam,& hac ratione mot[9] Ra-
pha.reſidet contra ſolu.Bar.& cõem,
ſed defenſando eam poteſt probabili
ter di,quod quatenus attinet ad ſoluẽ
dum obicem de d.l.conficiuntur.§.fi.
ſatis ac ſuper iam eſt reſpõſum, & qui
dem pertinenter per Bart. Quaten[9]
autem pertinet ad ipſius Raphae. ra-
tionem de voluntate quam dicit defi
cere in ſecunda ſcriptura non obſi-
gnata, reſpondeo (pace ipſius dicam)
eum & fallere & falli, nam prima clau
ſula derogatoria,ideſt in præcedenti
voluntate diſpoſitiua appoſita, tum

Intẽtio Bar. in ſua ſolutione.

Volũtas fortius manifeſtatur facto quã verbis.

Rẽſpõſio ad obiectũ Rapha.Cu. cõtra cõem.

De eadẽ re. defẽſatio ſẽtentiæ cõis contra Rapha. Fulgo. alias Cu.

Notãda declaratio, ad dictam l. fi. in prin.

Notanda declaratio, ad d.l.fi. in prĩ.

demum facit ceſſare voluntatem, in diſpoſitione ſequenti, in qua non cõtinetur expreſſa & ſpecialis contraria derogatio prioris, quãdo prima volũtas derogatoria eſt expreſſa, ſecus aũt quando eſt tacita quo caſu ad prioris derogationem, ſufficit alia conſimilis derogatoria contraria tacitę, quæ reſultet ex facto ipſo, vt ſupra dixi, nam cũ in caſu dictæ l. fi. in principio, teſtator feciſſet epiſtolam ſecundam, non obſignatam, oſtendit volũtatem ſuã eſſe, vt voluerit eam tanquã vltimam valere & præualere primę voluntati, habẽri derogatoriã tacitam ab oppoſito ſenſu, & ita reſoluitur & omnino eneruatur prædicta ratio in cõtrarium per Raph. Cu. adducta, tenenda eſt, itaq; ſolutio Bart. & cõmunis quã tenet Alber. hic, in prin. cũ modificatione quam ponit idem Bar. eam inferens ex ſolutione quam proximè tradiderat ad. §. vlti. prædictæ. l. conficiũtur, vel etiam poteſt teneri ſolutio Petri quam itidẽ dicit Bart. ſibi placere.

Reſidet cũ ſolutiõe Bar. & cõi declarata, vt ſupra. & cũ modificatione Bar.

Obex tacitus cum eiuſdem ſolutione.

Et ſi fortè quiſquã aduerſus hæc tẽtet obijcere, ſatis dici expreſſam voluntatẽ in caſu dictæ l. fi. in prin. quæ ex argumento à cõtrario ſenſu colligitur, vt probari videtur ex. l. quibus diebus §. quidam Titio. ĩ. de cõdi. & demõſt. quem ibi notant idem Raph. & Soci. pro glo. in l. qui teſtamento. §. mulier ſ̃. de teſta. allegata in ſuperioribus, & ſtatim alleganda, poteſt reſponderi illud procedere quoad hoc, vt eodem modo valeat (quoad effectum inquã) diſpoſitio tacita quo & expreſſa, vt ibi, ſecus tamen quantum ad hoc, vt verè poſſet dici in ſeipſa expreſſa, qa

199 imo non eſt propriè † & abſolutè expreſſę ſed tacita; licet quoad effectũ, vt dixi, aliquando ſortiatur vicem expreſſe, & ſic quo ad quid & minus ꝓpriè vel abuſiuè dici queat expreſſa, & hoc tenet glo. ordi. in l. qui teſtamẽto. §. mulier. ſ̃. de teſta, quatenus dicit ꝙ tale argumentũ à ſenſu contrario habetur pro lege, ex cõſequenter pro volũtate teſtatoris, quãdo ex verbo eiꝰ deſumitur, ergo id quod decerpitur ex verbis legis vel teſtatoris per tale argumentum non eſt abſolutè l. neque voluntas teſtatoris aut eius diſpoſitio quum (vt eſt notiſsimum) id quod habetur pro tali, non eſt verè tale l. mercis appellatiõe, cum glo. ff. de verbo. ſig. l. mercedes, vbi glo. ff. de peti. hære. Ad idem facit illud, videlicet, quod ex argumento à ſenſu cõtrario ſumpto, reſultat volũtas tacita vel cõiecturata, & ſic nõ expreſſa, vt eſt tex. in l. apud antiquos, poſt prĩ. C. de fur. vbi tex. appellat iſtud argumentũ cõiecturam, ad quod expendit eum Bal. ibi col. fi. verſi. item not. & ibi concordat illud notabile cum glo. in d. §. mulier, aliter tamẽ quã. ſ̃. dixi, ſed illud ꝙ prędixi magis placet & cõcinne quadrat ad rem noſtram, tandem idẽ Bal. ſubdit ibi ſecũdo membro ex duobꝰ per eum traditis poſt Iacob. Butrig. ꝙ tale argumentum eſt ex mente & interprætatione legis potius q̃ ex verbis allegat in id l. pecuniam. ff. ſi cert. pet. verſi. [tanq̃ ſubſidiaria conditio] pon-

200 derans † dictionem tanquam ſua natura deſignantem improprietatem, vt potè dictionem ſimilitudinariam. l. ſi pater. §. qui duos. ff. de adop. quæ loquitur in dictione quaſi, ſed eãdem ſignificationem habet dictio tanquã l. 1. [ibi tanquam peregrini]. &c. C. de hære. inſti. & l. iubemus. 2. §. ſanè. 1. C. de ſacro. eccleſ. & in cap. dudum. 1. de elect. & in cap. ſolite, verſi. [nec pure] vbi etiam glo. de maio. & obed. & ibi Feli. col. 2. poſt alios notat & ita dicit Bald. debere intelligi glo. in dicta. l. apud antiquos, debuiſſet dicere literã textus ibi, quia imo glo. deſtruit illũ textum, & perperam, ne dicam, peſsimè

Dictiones tã quã & quaſi ſunt ſimilitudinariæ, deſignãtes improprietatem.

Cõcludit cũ ſolutione cõmuni, ad eadem l. fin. in prin.



mè loquitur in emendatione illius literę, ex quibus apparet veram eſſe cõmunem ſolutionem & tenendam.

Deinde gloſ. opponit & Bart. poſt eam, de l. diuus. §. licet. ff. de iure codicillo. vbi licet teſtator in confirmatione codicillorum futurorũ, quã prius in teſtamento fecerat, dixerit ſe non aliter eos valere velle, quam ſua manu ſignatos & ſubſcriptos, valent tamen poſtea facti codicilli per eundẽ, quamuis neque manu ſua facti, neq; ſubſcripti neq; ſignati fuerint, ſubdit ibi tex, eandem prope rationem quã iſte tex. ponit, videlicet ꝙ ea quæ poſtea geruntur prioribus derogant, & tamen vult ꝙ valet poſterior volũtas etiam ſimplex quamquã non contineat derogationem prioris, quod eſt cõtra iſtum tex. in verſi. [ſed hoc ita.] in quo requiritur reuocatio ſpecialis prioris voluntatis derogatoriæ, Bart. poſtq̃ receſſit à tribus ſolu. glo. hic remittit ſe ad ſolu. glo. in eodem. §. licet vbi glo. ſoluit illum tex. ſupplendũ eſſe per iſtum in prædicto ver. [ſed hoc ita.] quemadmodum & ſupra diximus in. 1. oppoſi. ſuppleri text. in d. §. in legatis, verſi. interdum, per iſtum.

inquam, id ſuper quo metus fuit vxo-
ri incuſſus, quia non poteſt vxori dici
interim, ideſt eodẽ matrimonio durã
te, eſſe in libertate, & arbitrio libero,
propter debitam marito ſubieƈtionẽ,
iure diuino, vt ibi, [Erisq́; ſub viri po-
teſtate, & ipſe dominabit̃ tui.]. 3. cap.
Geñ. quia ꝑ quandã conſequentiam,
talis vltima volũtas poſtrema, & clau
ſula derogatoria ad primam, in ea cõ-
tẽta, cẽlẽtur affici, vel affeƈtę eſſe me-
tu, & ſic vitio quaſi reali. Et conſiderã
dum eſt, ꝙ irreuocabilis talis teſtamẽ
ti præcedẽtis præambule, inſurgit ex
antecedenti, ob lęſam voluntatẽ vxo
ris teſtãtis, que impedita fuit propter
deliƈtum mariti, id eſt ob metum per
ipſum incuſſum eidem, vt ꝓcederet
ad faƈtionẽ vltimi teſtamenti, & reuo
cationẽ primi, & ſic irreuocabilitas
præcedentis teſtamenti, vel volunta
tis non contingit ex ſola volũtate ip-
ſius vxoris teſtantis, quo caſu proce-
dit iſte textus, in verſi. [Nemo enim]
volens non eſſe debilem irreuocabili
tatem in vltimis voluntatibus, & ita
loquuntur omnes ſcriptores hoc tex.
innixi, vt. s̃. tradidi in. 3. not. textuali,

Signãter notandũ hoc, eſſe dare caſum vbi teſtamentũ ex accidenti fit irreuocabile.

& infra repetam latiùs prope finem,
ſed prædicta irreuocabilitas cõtingit
potiùs vel reſurgit, vt dixi, ex poſt fa-
cto, & ex accidenti, & ab euentu, ob
prædictum delictum mariti, & idem
cum Rapha. iſto ſecundo caſu, aut de
ciſione, tenet hic Ange. à Perigl. licet
non ita rem explicet, & vtrunque ſe
quitur Vincẽ. in dicto. §. in legatis, col.
5. ad medium, dicens idem quod iſti,
videlicet quod vt reuocatio primi te
ſtamenti, in ſecundo teſtamento fa-
cta valeat, debet ceſſare cauſa metus,
qua non ceſſante, ſed ſubſiſtente, vt
quando ex ea vel ob eam deuenire-
tur, ad factionem ſecũdi teſtamenti,
non induceretur ſublatio primi teſta
menti, neque clauſularum derogato-
riarum, contẽtarum in eodem, reſpe-
ctu alterius poſtremi teſtamenti. Et
ſic ꝓpter p̃ſumptã duratioñe metus
quantocunque tempore matrimo-
nium durauerit, ſubdit Vincen. ibi, ſe
pridem conſuluiſſe, ſuper quodam
facto notando, quod ibi traditur per
eum ad quem recurri poteſt. Et illud
idem præſuppoſui, ſupra in quantum
memini cuiuſdam caſus ſpecialis vbi
fuit traditũ, de metu incuſſo per ma-
ritum vxori ad faciendam reuocatio
nem teſtamenti præambuli, & ad cõ-
fectionem ſecundi, ad ipſius mariti ꝓ
fectum, & idem profecto imaginatus
fueram, multo tẽpore antequam hos
Docto. viderem, quia nondum perue
nerant ad manus, dum in iuuentute
hanc materiam interprætarer, in di-
cta l. ſancimus, & in dicto. §. in legatis.
*De eadẽ re.* Et iuxta ſupradicta cõcernentia præ-
fatas coniecturas voluntatis defun-
cti, de reuocando primum teſtamen-
tum, etiam citra appoſitionem clau-
ſulæ derogatoriæ in ſecundo eodem
que extremo teſtamento, videatur o-
mnino Bal. in dicta l. ſancimus, vbi ad
dit alias, quas Pau. de Caſt. Alexan. &
Iaſ. ibi negant eſſe alibi, & ibidẽ poſt
Rapha. eas diſcutit Corneus, & tandẽ
vt plurimum approbat quarum duas
deſumpſit Soci. in dicto. §. in legatis,
& eas inter aliàs Soci. retuli ſupra. Et
ad regulam, ſiue maximam quam in
hac materia, ex communi Doctorum
intentione in varijs locis dixi. s. num.
223. deducere Soci. in dicto. §. in lega *Remiſſiões notandæ.*
tis, vide ſingulariter Andre. Barba. cõ
ſilio. 89. exordiẽte clementiſſimi, vol.
4. vbi per totius illius conſilij proceſ-
ſum, laborat in demonſtrando, quod
ſatis aliter, appoſita clauſula deroga-
toria ſpecialis in ſequenti teſtamen-
to, ad derogationem teſtamẽti prę̃-
buli, & derogatoriæ ad ſequens in eo
contentę, quando id colligitur ex cõ
iecturis voluntatis diſponentis, licet
clauſula derogatoria voluntatis ſe-
quentis non ſit idonea, vtpotè gene-
ralis, vel etiam (quod eſt fortius) nul-
la in eodem ſecundo teſtamento fue-
rit appoſita. Ad idem etiam videatur
Alexã. conſi. 134. incipiente, Preuiſo
themate, per totum, præſertim. 5. col.
verſic. item poteſt reſponderi, & col.
ſequen. verſi. Et ad prædictorum hoc
primo, vbi in idem inſudat, & tandẽ
in effectu, & re ipſa idem concludit.
Item videatur Philip. Cor. conſi. 173.
incipiente. In pręſenti conſultatione
col. 3. volu. 2.

226 In quinta quæſtione Bar. tractat, †
an ſit reperibilis aliqua cautela, ad fa-
ciendum teſtamentum irreuocabile
& præmittendum, non abs re erit, ꝙ
idem Bar. & alij Doctores de ea re du
bitantes, nodum (vt in prouerbio eſt)
in ſcirpo quærunt, prout dilucidè ex
infra dicendis apparebit. Ad cui⁹ quę
ſtionis ſolutionem ponit Bar. nonnul
las cautelas quas e ueſtigio & continẽ
ter reuocat, & reprehendit, tandem
concludens nullum poſſe adinueni-
ri remedium quo teſtamẽtum, poſſit
fieri



fieri irreuocabile, vt perſiſtat inquam
in terminis vltimæ voluntatis, prout
debet eſſe, aliàs non eſſet, neque dici
poſſet teſtamentum in ſua ſubſtãtia,
quiditate, ac diffinitione, poſita in l.
1. ff. de teſtaſ. etiam ſi teſtator adieciſ-
ſet, quod eo caſu quo teſtamẽtum re-
uocaſſet, ex nunc prout ex tũc, & ècõ
tra donabat hæredi, illa eadem bona
*Ratio rñſionis, ſeu concluſionis negatiue.* poſt mortem ipſius teſtatoris. Ratio
autem, quare non eſt reperibilis cau-
tela, vt poſſit fieri teſtamentum irre-
uocabile (vltra quæ ſupra in tertio no
tabili fuerunt tradita, circa iſtius pun
cti extenſionem) eſt ea quã ponit hic
textus omnium optimus, ex quo ſu-
pra deduxi præfatum tertium nota-
bile in illis verbis. (Nemo enim &c.)
qui tex. reſiſtit tit. quæſtionis, & eam
reddit inutilem, & ſuperuacuam, ea
propter ſupra proximè dixi Doctores
de eadem tractantes, velut in re aper-
ta, & expedita fruſtra inſudare. Et
quia dicta Bart. in hoc puncto ſunt a-
perta, & in omnibus penè loquitur re
ctè, & eadem quæ hic tradit, conclu-
dit etiam, in l. ſtipulatio hoc modo cõ
cepta. ff. de verbo. obliga. & approbã-
tur communiter per Doctores, ſecun
dum Alex. ibi, ideoque non expedit
in eorum diſcuſſione inſiſtere, ſed ſuf
ficit remittere ad eundem Alexand.
Aret. Iaſ. & Clau. ibi. & ad Ang. de Pe
rigl. hic col. fin. in qua breuiter & op-
portunè, addit nõnulla his dictis Bar.
circa vnamquamq; cenſuram ab eo-
dem Bar. poſitam ad quãlibet ex qua
tuor cautelis ab eodem ex dictis Do-
ctorum antiquorũ relatis, vltra quas
aliam ponit Bald. in repeti. l. 1. col. fin.
ad finem. C. de ſacroſanct. eccleſ. quã
tamen breuiſsimè confutat Alexan.
in addi. ad Barto. hic in parte ceſſare,
quapropter non eſt in ea inſiſtendũ.

*6. Quæſtio principalis* Sexto quærit Bart. ſi teſtator fece-
rit teſtamentum, & iurauerit ſe illud
nõ mutaturum vel reuocaturum, an *Bar. de teſtamento iurato.*
teſtamẽtum ab eo poſtea factum, va-
leat, nec ne. Et hæc quæſtio eſt protri
ta, inter ſcriptores vtriuſque iuris tã
ante Bar, quam poſt eum, in qua Bar.
hic concludit duo. Primum, quod ta-
le teſtamentum poſtea factum, ideſt
poſt proteſtationem pręambulam iu
ratam in primo teſtamento conten-
tam valet. Secundum, quod teſtator
reuocando primum teſtamẽtum, &
faciendo ſequens, non eſt periurus.

Quoad primam concluſionem Bart.
Doctores vtriuſque iuris communi-
ter tenent, idem quod Bart. hic, & ita
eſt intrepidè tenendum, licèt Tan- *Cõis ſententia cum hac. 1. cõclu ſione.*
cre. de Corne. in compendioſa, quæ
etiam attribuitur Bal. in. 4. quæſtione
vellit cõtrarium, per text. quem dicit
iſtud decidere in capi. 1. de ſepul. lib.
6. Sed profecto ille text. nõ accedit ad
rem, nã in caſu illo iuramẽtũ præce-
dens non fuit poſitum in præceden-
te teſtamento (de hoc enim caſu in
tex. illo verbum nullum, qui tamẽ eſt
caſus noſter) ſicq; ille tex. loquit' in ca
ſu prorſus diuerſo à nr̃o, nec nõ ratio
ipſius, ſi forte Tancre. vbi ſupra voluit
eam ad caſum noſtrum adaptare, nõ
tangit eũ, quia illud iuramẽtũ de quo
ibi, videlicet de non mutanda ſepul-
tura, facta in loco certo, fuit præſtitũ,
per inductiones & ſuaſiones, quocir-
ca ibi declaratur irritum & inane, ſi-
mul cum ipſa electione, ſepulturæ, vt
ibi declarat gloſ. quæ tamen inductio
nes, & ſuaſiones in caſu noſtro mini
me conſiderantur, vtpotè neceſſarię,
quia ſiue iuramẽtũ apponat' in primo
teſtamento, ſiue nõ, ſemper poteſt fie
ri ſecundum, & valet, & per illud re-
uocatur primum, circunſcripta & re-
iecta cõſideratione talium ſuaſionũ
interuenerint vel minimè in primo
teſtamento, prout communes vtriuſ
que iuris ſententiæ aſtruunt.

Secunda cõclu. Bart. in qua Io. And. ante eum tenuit contrarium.

Circa .2. concluſionẽ Bar. adnotãdũ eſt, quod Io. And. in loco per Bart. hic citato, tenet oppoſitum ei⁹ quod Bar. hic ſecũdo loco tenuit, imo quod teſtator faciendo ſecundum teſtamentum, contra primum iuratum, de non reuocando illud eſt periurus, quia ſecundum eum eſt contra bonos mores interpoſitum, videlicet, ſuper promiſsione, ſeu pollicitatiõe deliberata, de non reuocando primum teſtamentum, quæ eſt contra liberã teſtamenti factionem, quam habet quoad reuocandum primum, & deueniendum ad ſecundi confectionẽ, quum ſibi libuerit, quam libertatem teſtator attendat ſibimet auferre, per prædictam præambulam proteſtationem, per modum promiſsionis vel pollicitatiõis ab eo emiſſam, vel enũciatam in primo teſtamento, contra iſtum textum & ſupra allegatam l. ſtipulatio hoc modo concepta.

Io. And. male audit de tranſcriptione dictorum Old. abſque ipſius nomẽclatura.

227 † Quæ opi. ante Io. And. fuit Petri & Ci. Doctorum iuris ciuilis, à quibus (vt pleraque alia) ſolet deſumere prout & ab alijs antiquioribus Doctoribus iuris ciuilis, maximè Oldra. eo tacito ipſe deſumpſit, quos Petrum & Ci. Bal. hic citat. Sed opinionẽ eiuſdẽ Bar. tenet Bal. conſilio. 22. numero. 3. vlolu. 2. & eam dicit Iaſon ſibi placere, in. §. item ſi quis poſtulante. col. 16. inſti. de act. addẽs bene facere ad idẽ quod Bal. tenet in l. ſi ad excludendã, C. de reb. credi. Sed idem Bal. ſecum pugnans tenet oppoſitum, & ſic opi. Io. And. quod imo talis teſtator ſit ꝑiurus ob talem reuocationem teſtamenti iurati, in prædicta l. 1. col. vlti. C. de ſacroſanct. eccleſi. & Io. de Imo. in capit. cum contingat. 32. col. de iureiuran. dicens, quod & ſi legum profeſſores communiter tranſeant cum opi. Bar. hic, tamen quod opinio Ioã. And. eſt verior, etiam attento vtroq; iure, & Ioan. de Imo. ſequitur Petrus Philipp. Corne. conſilio. 294. incipiẽ. Egregiè, & ſerioſè, nume. 4. volum. 4. aliud tamen agens, & Alexand. in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, numero. 5. ex eo quod cum iſta materia iuramẽti ſit mœre canonica, & ſpiritualis, ſtandum videtur potius (ſecũdum eum) opinioni Ioan. And. & illi⁹ aſſeclarum, quam Bart. & ſuorum ob euitandam occaſionem incurſionis periurij. Qua opi. retenta, quam eſſe communem teſtantur vberrime remiſſiones traditę per Franciſ. Cur. antiquiorem, conſilio. 53. col. pe. verſic. ſecundo, quia faciens teſtamentum, poteſt dici, quod cum iudex eccleſiaſticus, poſſit adiri à laicis ratione peccati, cap. nouit, de iudi. vbi de hoc tradunt Doctores antiqui, & moder. canoniſtæ, ſi hæres in primo teſtamẽto ſcriptus, petat a iudice eccleſiaſtico, vt compellat per cenſuras teſtatorem diſſoluere ſecundum teſtamentum, & ſtare primo iurato, adiri debet & iudex eccleſiaſticus debet illum in id condemnare, prout tenet Ioã. Fab. in dicta l. prima, in fin. C. de ſacroſan. eccleſi. referens Ioan. And. in regula, quod ſemel, de regulis iu. lib. 6. qui tamen illud ibi non dicit, ſed tantum, in col. fin. loquitur alio caſu per contrarium, neque reperio aliquem tenẽtem quod Ioan. Fab. tenet, neque illum referẽtem, vllibi quod viderim. Sed eſto, quod ita ſit quod recurri poſſit ad iudicem eccleſiaſticum, tamen hæc techna non obeſſet teſtatori, quia nullo iure probaſſet Ioan. Fab. caueri, quod teſtator poſſet cogi ad reuocandum primum teſtamentum licet maneat periurus attenta opi. Io. Andr. ſupra relata, & in vero prædictum remedium poſitum, per Ioãnẽ Fab. eſt valde dubium, & contra mentem omnium iurium de hac materia tra-

Atten. hanc cõſiderationẽ Ioã. Fab. ſed tamẽ eſt valde dubia & repugnat menti oĩum iuriũ de hac materia diſcurrentium



ctantiũ, quia ſecundum illud via inflexa teſtator efficeret inteſtabilis poſt primum teſtamentum, eo ꝙ teneretur eidem ſtare, & nõ poſſet ꝓgredi ad mutationẽ prioris volũtatis, & ſic teſtatorũ voluntas non eſſet ambulatoria vſque ad vltimum vitæ ſpiritum, quod eſt proprium & peculiare voluntatum vltimarum, vt in iuribus ſupra allega. in primis præfationibus, de quibus in primordio iſtius relectionis. Præterea etiam ſi teſtator per mutationem primi teſtamenti iurati efficeretur, vel fuiſſet effectus ꝑiurus, cum periurium vnico inſtanti incurratur, obidque cenſeatur actus momentaneus, quoad initium, & ipſius incurſionem, non poteſt amplius ſine noua eiuſdem violatione, incurri, & cum poſt actam de periurio ſemel incurſo pœnitentiam, & ſic periurio abſoluto, deinceps non poteſt dici periurium nequæ perſiſtentia, ſeu perſeuerantia in peccato, non proſpicio quonammodo præfatum remedium ſeu cautela Io. Fab. poſſit huic rei adaptari, vt poſt actam à teſtatore pœnitentiam, poſſit talis teſtator cogi per iudicem eccleſiaſticum, recedere à ſecundo teſtamento, & redire ad primum contra ipſius liberam voluntatem, at ante abſolutionem & actam pœnitentiã fortè poſſet palliari, ꝙ inquit Ioan. Fab. ſed non eſt hoc in conſideratione, nam & tunc videtur duriſſimam præbere anſam arctandi liberam voluntatem in teſtando, quã integram, & illibatam omnia iura & ciuilia, & pontificia, enixè tutantur ac fouent, præſertim quia nondum eſt expeditum, & (vt aliàs dicitur) ad huc ſub iudice lis eſt, an per confectionem ſecundi teſtamenti poſt primum iuratũ, teſtator incurrat periuriũ. Quod enim ad me attinet, ſemꝑ putaui opinionem Bar. in puncto iuris eſſe veriorem, vrgenti ratione, & vtrique iuri, tam ciuili, quam canonico affabre cõcina, ea quippe eſt, quia velle quem ſibi auferre factionem teſtamẽti, nihil aliud eſt, quam velle cõtra bonos mores verſari, vt potè contra liberum arbitrium, naturaliter homini inſitum, & omni iure poſitiuo fomentatũ (vt ſupra fuit plenè dictũ tertio notabili) quod eſt idem cum libertate naturali, vt probatur in l. ſæpe allegata, ſtipulatio hoc modo concepta, ergo velle illud auferre, eſt contra bonos mores, nõ ſolum de iure ciuili, ſed etiã canonico, vt ſtatim ſubijciam, & cum talis arbitrij libertas fauorabilior ſit, quam cauſa dotis quæ dicitur pia, pari ratione cenſeri debet etiam fauorabilior alia conſimili cauſa pia, vt inquit Bal. in l. pactum quod dotali, prima colũ. C. de pactis, ſed ita eſt, quod iuramentum præſtitum, ſuper eo, quod eſt contra ius naturale, vel canonicum, quod illud plerunq; cõmitatur, & eo vt plurimum innititur non obligat iurantem, quum ſit vel cenſeatur eſſe temerarium. Regula, non eſt obligatorium, de regul. iuris, libro. 6. vbi gloſſa ordin. & notabilis in gloſ. vna, prope finẽ, igitur in caſu quo de agimus, tale iuramentũ in primo teſtamento appoſitum non obligat teſtatorem. Et quod præfatum iuramentum impediens mutationẽ teſtamenti iam facti, ſit contra bonos mores naturales, & ex conſequenti, contra ius canonicum, vult Bald. & ſi aliud agens, in l. fin. col. 4. eodem titu. C. de pactis, in hæc verba, [Cum hoc eſſet auferre teſtamenti factionem homini ſanæ mentis, quod eſt contra naturalem æquitatem, & contra bonos mores. &c.] Et expediendũ eſt, quod Bal. ibi loquitur, quãdo ex facto impeditiuo alterius reſultabat, vt inferebatur alteri priuatio, vel impedi-

Suſtinet opinio Bar. aduerſus Ioã. And. & canonũ profeſſores reliquos ante, & poſt illũ, tenẽtes contrariã opinionem.

Verba Bald.

pedimentum factionis teſtamenti, ergo multo fortius dicendum eſt in caſu de quo agimus, vbi quis attemptaſſet auferre ſibimet liberam teſtamenti factionem, q; eſt expreſſim ſibi à iure prohibitum per iſtum textum in illo verſi. [ Nemo enim] ſupra ſæpius ſignato, & expenſo. Ad quod etiam confert .l. ex facto, in principio ibi [ Etenim iniquum.&c. ] ſupra de vulgari & pupil. vbi patet, eſſe contra æquitatem, auferre factionem teſtamenti homini ſane mentis, vbi videndi erunt in textualibus Alexan. Aretinus, & Iaſ. poſt Doctores antiquos, & ibidem Franciſ. de Ripa. nume. 22. & aliquid tradit ipſe, in vltima oppoſitio. Bart. nume. 45. Et certe pro Bart. videtur bonus textus in ſimili, in capit, quemadmodum, prope finē, de iure iuran. ibi, [Quod ſi expreſſe,] coniuncto verſiculo vltimo, ibi [ Tutius eſt, ] quem in terminis, ſatis accommodatis rei noſtræ poſt Io. And. & Petrū de Anchar. Panor. & Imo. ibi, expendit, & inducit Philip. Corn. conſi. 102. incipi. in pſenti cauſa, col. 2. libro primo, licet ibi in tranſcurſu verborum, aliud tamen agens videtur tranſire cum opi. Ioan. And. de cuius diſcuſſione eſt traditum, & hic agitur, quæ eſt contra opinionem Bar, hic quam verſamus, ſed poſt modum idem Cor. præſupponit pro re expedita id quod prædixi, tam in caſu de quo loquitur, quam in eo de quo nūc tractam⁹. Et pfecto ſecūdū ſtrictā iuris interpretationem (vt id repetam)

De eadē re pro Bar.

opinio Bart. eſt verior, & præſtantior etiam iure canonico, attenta alia opinione contraria Ioan. And. & aſſeclarum ipſius. Et ad id lector candid⁹ animaduertat, conſiderationem quā ſupra proximè feci, in præſidium opinio Bart. & ſequatium, confutat eam cum ratione, per quam ſupra ab hinc ſecunda charta, verſicu. circa ſecundam cōcluſionem Bart. retuli moueri Ioannem And. & clariſsimè cognoſcet, rationem qua Ioan. And. in contrarium mouetur, eſſe eandem cum iſta conſideratione, & facere irrefragabiliter contra eum, & pro opi. Bar. Sed & expendantur textus loquentes, de iuramētis per temeritatem emiſsis, ſcilicet in capi. tua nos, de iure iuran. vbi illud iuramentum de quo ibi, iudicatur temerarium, & iubetur non impleri ſub pœna excommunicationis, ſed tamen ille iurans temerariè, non cenſetur periurus, aliàs imponeretur pœnitentia pro periurio, quæ ibi imponitur. Et id clarius deducitur ex capit. ſicut ex literis, eodē titu. vbi pœna imponitur ei qui iurauit per temeritatem, non quia fuerit periurus, ſed quia temerarius in iurando. Præterea, iſtud probatur inuincibiliter ex eadem regula, nō eſſe obligatorium, iuncta l. ſi quis inquilinos, ff. de legatis. 1. per quam, gloſſa ibi ponit exemplum ad illam regulam, nam ibi in. §. vltimo, ſecundum epithomem Bart. & Doctores, & ſecundum Bald. primo textuali, diſpoſitio & iuramentum contra bonos motes non valet. Et illa deciſio iuris ciuilis approbatur per dictam regulam canonicam, non eſt obligatorium. Modo ita eſt, quod periurium nihil aliud eſt, quam tranſgreſsio vel fractio iuramenti, & ipſius cōtrauentio, & ſic ſi iuramentum eſt validum, hoc eſt quando iurans aſtringitur, & obligatur ipſo iuramento valido, tunc illud infringit per contrauentionem, ſed ſi eſt inualidum, & nullum vt pręedicta iura dicunt, non poteſt infringi, quia actus reſciſio non poteſt cadere, quando actus ipſe eſt nullus. l. nā etſi ſub conditione, verſiculo, poſt deffectum, ibi. [gradum non rumpit, quia

Ad idem.

De eadē re aſtringētius



quia nullus eſt,] vbi gloſ. allegat concordan. ff. de iniuſto rup. ratio tam naturalis, quam iuridica eſt in promptu, & (vt aliàs dicitur) in numerato, quia priuationes non operantur, ſi habit⁹ non præſuponatur, vel deficiat. l. decem, ad fi. cum complicibus. ff. de verbo. obliga. ſupereſt ergo, quod ob ſolam temeritatem, in emittendo eiuſmodi iuramentum, ab eo commiſsā, puniri debeat extra ordinem, vt prænotato capi. ſicut ex literis. ante finē. non autem ex periurio, quod non incurrit ſicque opi. Bart. proculdubio, etiam vtroq; iure conſiderato eſt tenenda, quicquid occinant, aut obganiant Io. And. & Doctores iuris canonici eius aſſeclę, & iunge hic, vice corollarij, quæ dicam infra ad finem paragraphi, ſeu verſiculi proximè ſequentis.

Cōcluditur vltimatè cū opi. Bar.

Præmiſsis non abs re, ſubijcere libet, quod etiam ſi teneretur opi. Io. And. tamen primum teſtamentū cōtinens iuramentum de non reuocando illud, bene poſſet reuocari ſine mœtu periurij, aliqua iuſta cauſa, nouè ſuperueniente, vt putà quādo hæres ſcriptus in primo teſtamento iurato, obijſſet, ſecundum Ioan. And. in dicta regula, quod ſemel. Cum quo tranſit Salic. in dicta l. ſancimus, col. pe. in fin. quęſtione. 7. & Alex. in dicta l. ſtipulatio hoc modo. 1. col. verſicu. item facit, nu. 5. de verbo. obliga. Sed proprius allegantes iſtam deciſionem ad hoc dicerent, primum teſtamentum mutari poſſe per tranſitum ad ſecundi confectionem ſine mœtu periurii, quam dicere primum reuocari. Nam quæ rogo reuocatio primi teſtamenti, vt ad conficiendum ſecūdum perueniri valeat, ſit, aut neceſſaria aut poſsibilis? non proſpicio profecto, quum ſit expeditiſsimum iuris, quod teſtamētum, morte hæredis in vita teſtatoris cōtingente, redigitur ad cauſam pro non ſcripto. l. vna. §. in primo. C. de caducis tollend, præſertim, quia eiuſmodi iuramentum vel iuramenta (prout & aliàs eſt regula ppetua, ac ppe infallibilis) intelligitur, vel intelliguntur, rebus in eodem permanentibus ſtatu. l. fin. in princip. ff. ad munici. & l. fin. ff. qui ſatiſda. cogā. & in cap. breui, de iure iura. & in cap. 2. vbi gloſ. Anto. Petrus de Anchar. Abb. Panor. poſt antiquiores, de renūtia. cap. venerabilem, ad fin. de electi. Idemque eſt in contractibus, & conuentionibus, nam ſemper habent implicitam illam cōditionem, rebus ſic ſtantibus l. continuus. §. cum quis. ff. de verborum oblig. l. quod ſeruius, vbi gloſ. & Doctores. ff. de cōdi. ob cauſam, & in prænotato capit. quemadmodum, in parte conditio, vbi gloſſa not. ponit extra multarum conditionum quæ ſolent intelligi in iuramentis, de qua re tradit Philippus Corne. conſilio. 189. colum. 3. volum. 2. Idem eſt in priuilegijs. cap. ſugūeſtg, de deci. vbi eſt caſus cæleber, & aſsiduus in practica, vbi notant Antonius. & Panorm. quod priuilegium incipiens lędere enormiter, & innoxam ac præiudicium alterius vertere, vel redundare, aut incipiens ſcandalum excitare, non reducitur ad moderamen, ſed reuocatur in vniuerſum, & eūdem textum per alia verba notat ibi Petrus de Anchar. quod id quod à principio fuit æquum, ſi ex poſt facto fiat iniquum debet reuocari, & in idem affert prænotatam l. ex facto, in principio, ſupra de vulgari & pupilla. vbi id probatur duobus in locis, primo *ibi.* [Poteſt dici eatus,] & ibi, [Et enim iniquum,] Ita enim (ille ait hiſtoriographus) fluunt res humanę, in quibus (vt potè lubricis & labilibus) nihil tam certum, quam certa incon-

Regula ppe infallibi.

Veriſsima res.

ſtantia, & in principio capituli ſugge
ſtum. plures remiſsiones congerit,
Mattheus de afflict.in commentario
conſtitutio. vtriuſque Siciliæ. 24. quę
ſtione præludiali, ad quod eſt etiam
l.optima.43. titul.18.partita.3. &.l.5.
titulo. 20.prima partita. Quarum .ll.

Atten.

& canonis ſuggeſtum, & auctoritatũ
fundamento, dubium fuit pronun-
ciatum per Magiſtratus regios ſupe-
riores contra priuilegium, olim con-
conceſſum per reginam Dominam
Mariam his qui vulgo appellantur,
delos linajes, & eorum attinentibus
in hac ciuitate Salmanticen. vt eſſent
tributarij prout ſunt alij homines or-
dinis plebeij iſtius ciuitatis, & ipſius
territorij. Et ad præfatam theori-
cam generalem, addendus eſt Bald.
in l.clari iuris. C. de fideicommiſ. vbi
tenet, eam habere locum in ſtatutis
iuratis, & ſic in iuramentis, & vide o-
mnino quæ remiſſiuè circa iſtum ar-
ticulum traduntur per Andre. Tira-
quel. in relectiõe l.ſi vnquam, in prin
cipio, numero.161.C. de reuocan.do
nati. Et in propoſito deciſionis Ioan.

Redit ad deciſioné Ioã. FaB.

Fabri. ſupra relatę, adnotandum eſt,
quod ipſe loquitur eo ſolo caſu, vbi
primm teſtamentum iuratum, fuit
poſtea ab eodemmet teſtatore per ſe
cũdum teſtatorem reuocatum. Sed 228
quando poſt illud primum iuratum,
non eſſet aliud ſecundum teſtamen
tum confeſtum, res eſt proculdubio
expedita, quod abſolutione impetra-
ta à iuramento temerariè præſtito,
teſtator poſſet libere, & abſque rea-
tu periurij, & abſque iudicis aditio-
ne, facere ſecundum teſtamentum.
Dixi temerariè, quum fuerit interpo-
ſitum ſuper irreuocabilitate teſtamẽ
ti ante confecti, & ſic ſuper re turpi
illicita, & à iure improbata, & con-
tra bonos mores, per ea quæ ſupra af-
fatim in hoc propoſito fuerunt tradi-
ta, & adhuc inferius aliqua traden-
tur, ſicque in tali relaxatione ab eiuſ-
modi iuramento, non eſt opus aliqua
probatione cauſæ, imo neque alle-
gatione. Sed ſufficit ſola temeritas e-
uidens, quæ interuenit in præſtan-
do illud, cum (vt ſæpe eſt dictum) præ
ſtitum fuerit contra liberam teſtan-
di facultatem, & ſic contra bonos
mores & naturalem æquitatem, vt ſu
pra oportunè fuit traditum.

Iunge hoc, his quæ ſupra ſunt tradita ſunt cõcluſiuæ, ab hinc. 10. pagi. prope fi.

Rurſus poſſunt hic adduci duæ
cautelæ, aut potius techne, quædam
verſutæ, & vafræ, ſed tandem friuo-
lę, & nullius momenti, quas refert
Bartholomæus cognomento à Cæ-
pis, cautela.117. quibus attentare ni
titur eſſe dabilem caſum in quo teſta
mentum, reddatur irreuocabile, ſed
nolo in huiuſmodi tricis & conſimi-
libus nugamentis, moram trahere,
nam & idem Cæpola agnoſcens bo
nam fidem. (Quid enim in re tam
friuola poſſet facere?) illas non for-
mat, & recte, cum nitantur falſo fun
damento & à iure improbato, vt po
tè contra iſtum textum, in verſiculo,
nemo enim, ſupra ſæpiſsimę inductũ
& expenſum pro fundamento.

Qua de re neceſſariò conſequen-
ter omnes cautelas ibidem, & vbili
bet traditas corruere, † ſiquidẽ prin-

Rei cuiusq; principiũ po tiſsima rei pars.

cipium fundamentale eſt potiſſima
rei pars l.prima.ff.de origi.iuris.l. qui
res. §. aream. ff.de ſolu. Ideoque illo
corruente, oportet omnia in eo fun-
data corruere in cano. cũ Paulus. 1.
quæſtione. 1. in l. nam origo. ff.quod

De adẽ re.

vi aut clam. Et quidem profiteor, me
pluries in hac re anxium fuiſſe, an
poſſet eſſe, vel reperiri aliqua caute-
la, vt teſtamentum, vel aliud vltimũ
elogium poſſet fieri irreuocabile,
nec me potuiſſe inuenire, & profe-
cto omnis diligencia circa hoc adhi-
hibita, vel adhibenda fuit, & erit caſ
ſa



ſa, irrita, & fruſtratoria, quia (vt ſu-
pra ſæpiſsime dictum, & repetitum
eſt) textus iſte irrefragabiliter, atque
ineuitabiliter obſiſtit & repugnat,
quem vltra omnia ſuperius adducta,
nunc apertius induco, nam ſi per le

Inducitᵉ iterato iſte tex. in verſi. nemo enim,

gem, nemo poteſt, ſupra titulo. 2.
ſæpe allegatam, per aliàs leges idem
conſimiles, teſtator non poteſt re-
nunciare legibus inducentibus ſo-
lennitatem formalem, & ſubſtan-
tificam à iure requiſitam in confe-
ctione teſtamentorum, neque eiſdẽ
quoquomodo derogare vel contra-
ire, vt eis prætermiſſis aut circunſcri-
ptis, teſtari valeat, vt ibi plenè tra-
dunt Bart. & Doctores, & probatur
ex l. codicillis. §.fin.ſ̃. titulo. 1. & ex
l.cerdonem, infra de ope.liber. & l.32
prima ipſius parte, titu. 9. partita. 6.
Ergo à fortiori non poterit deroga-
re, propriè voluntati liberę, quam
naturaliter habet in teſtando, cui e-
tiam aſsiſtit ius publicum. l. 3. ſ̃. de te
ſtamen. l.teſtandi. C.eo. eſt enim præ
dicta libertas innata potentia, ſeu
poſſibilitas quædam, quæ eſt cardo
& fundamẽtum potiſſimum, & prin-
cipale, factionis teſtamenti, ſine qua
illud non poteſt confici, & ſuper qua
velut ſuper lapide angulari ſuſtine-
tur, & iſtud eſt quod propriè & ap-
poſitè vult iſte tex. in illis verbis priua
tiuis. ſ̃. ſæpiſsimè recitatis & expẽſis.
[Nemo enim poteſt ſibi legem im-
ponere à qua recedere non liceat,]
& ſic abſolute, ac ſimpliciter abne-
gat potentiam & poſsibilitatem cir
ca priuationem confectionis teſta-
129 menti, id eſt, † quod quis non po-

Verbũ põt, negatiõe p̃poſita inducit neceſsitem.

teſt ſe ipſum exuere, vel priuare te-
ſtandi poteſtate, vel facultate, (vt
prædixi) naturaliter ſibi inſita, vel
innata, de qua abnegatione poten-
tiæ, tradit gloſſa ordinaria in ſua ge-
neralitate ad hanc & aliàs materias
ſæpe allegabilis, in capitu. primo, in
verbo, non poteſt, de regulis iu. lib.
6. quem in ſuperioribus etiam addu-
xi, vbi dicit eiuſmodi abnegationem
vel priuationem potentiæ, inducere
neceſsitatem, de qua gloſſa poſt Do-
ctores ibi multa congerit Iaſon in l.
Gallus, in principio. columna. 4. & ſe-
quen. ſupra de libe, & poſthum. ſecũ-
da lectione integra, nempe, cum lex
iſta iunctis prædictis. ll. reſiſtat initio
actus, & ſic potentiæ inducendi illũ
ad eſſe, id eſt potentiæ teſtandi, for-
tiorem effectum prohibitionis ope-
ratur, quam operaretur aliàs, textus
eſt nota. in l. ſi minor, ff. de ſeruis ex-
por. & in cap. de vxore, vbi notat Ab-
bas, Panormi. de ſepul.

Cõcluſio vltimata ſup eadem re.

Concludo iterato, in hoc articu-
lo, prout ſupra concluſum fuit poſt
Bart. in quinta quæſtione, eiuſdem
articuli, nulla via, nullave humana
adinuentione, aut inueſtigatione poſ
ſe inueniri, cauillationem, caute-
lã, aut aſtutiam, technam, vel va-
friciem, qua vel quibus poſsit quis,
ſe ipſum aſtringere ad non teſtan-
dum, ſiue abſolutè, id eſt, quando
nullum prius confeciſſet teſtamen-
tum, ſiue reſpectiuè hoc eſt quo ad
non reuocandum teſtamentum ab
eo primo confectum, & ſic ad non
diſponendum liberè, per ſequens
teſtamentum, de rebus proprijs in
euerſionem præcedentis teſtamen-
ti, & ſic ad non vtendum iure pub, q̃
circa facultatem teſtandi, verſatur ſu
per innata voluntatis potẽtia teſtan-
di, ac comprobata per l. primã. C. de
ſacroſanct. & . l. 3. & .l, teſtandi. ff. &
C. de teſtamen. ſuperius citatas.

De eodem.

Nam quemadmodum facultati pu-
blicæ præſcribi non poteſt l. viam pu
blicam. ff. de via publica, ſic etiam te
ſtator, non poteſt ſeipſum conſtrin-
gere ad non condendum ſimpliciter
Hh 5 teſt-

teſtamentum, vel ad derogationem primi, per ſuam nudam pollicitationem, derogatoriam confectionis ſecundi teſtamenti, quod vellit facere, vt hic in ſæpiſſime expenſo, verſicul. nemo. Imo verò, neque pacto neque ſtipulatione, id fieri poteſt, vt in dicta l. ſtipulatio hoc modo concepta, ſupra ſæpe citata. & in dicta l. pactũ dotali. C. de colla. imo neque iuramento, vt eſt in præcedentibus traditum, & infra proximè dicam, quia ſecundum Bart. & Doctores, vbicunque de hac re tradunt, velle quem auferre ſibi arbitrium teſtandi, iure publico firmatum, ac fultum, ac ſuper natiua voluntate, ſibi à iure conceſſum, nihil aliud eſt, (vt ſupra tradidi) quam velle aduerſus bonos mores verſari, ideo ei non permittitur, etiam ſi pactum iuramento vallatum interueniſſet, de non teſtando, quia illud non valeret, neque impediretur factio teſtamenti prout vltra prædicta tradit Oldra. conſilio. 127. viſo inſtrumento, quanuis ipſe poſt modum ſubdat, rem nõ carere piculo ob varias canoniſtarũ & legiſtarum opiniones. Sed certe ſecundum opinionem Ioan. And. ipſi⁹ diſcipuli in iure ciuili, & ſectatoris illius, & ſi parum candidi, quia vt plurimum, eũ tacitè recitat, de qua ſupra memini in. 2. quæſtione. 6. quæſtionis Bart. non oportet in hoc hærere, neque in oppoſitũ vrget aliquid ſolidũ. Quum canoniſtę, & legiſtæ quos ibi attuli, omnes concorditer teneant, idem quod Bar. videlicet non obſtante iuramento in præcedenti teſtamẽto appoſito, de eo nõ mutãdo ſecundum valere, ſed diſcordant, legiſtæ à canoniſtis in hoc, quia Bar. & aſſeclę, dicunt eum non eſſe periurum, ſed Ioan. And. & eius ſectatores, imo etiã antiquiores eo nonnulli cõtradicũt. Et ſic idem punctuatim dicendum

Atten. quia repetit de iuramento.

Redit ad tradita ſuperius iuxta. 2. concluſi. Bart. & iſtud iungi debet illis.

eſt in prædicto caſu Oldr. vbi quis abſolute iurauit de non teſtando, non reſpectu præcedentis teſtamẽti, quia illud non fecerat, cum vtrobique tractetur de faciendo ſe inteſtamentalem, ſiue quando ſimpliciter iurauit, vt in caſu Oldra. ſiue reſpectiuè, vt in noſtro propoſito, ideſt quoad reuocationẽ prioris teſtamenti ab eo confecti & iurati. Et ita vtrunque caſum ſupra parificaui in precedenti pagina, poſt medium. Attamen conſiderandum, quod Doctores vtriuſque iuris in hanc rem adducti, ſcilicet Io. And. & Bart. & vtriuſque eorum ſequaces, fuerunt poſt Oldra. ipſe autem non diuinauit de eis, ſed habuit reſpectũ ad canoniſtas ſuę ætatis, vel ſupra, & ſic ad vetuſtiores ipſo Ioan. And. eius diſcipulo qui tenebãt id quod poſtea tenuit Io. And. & ſic cõtra eius quod Oldra. & Barto. imo quod ſecundum teſtamentũ contra primum cui ineſt proteſtatio iurata de non reuocando vel contra iuramentum abſolutè prę ſtitum de non teſtando non valet, ꝓpter ipſius obſtaculũ, inter quos antiquiores, anteſignaui fuerũt, maximi iuris canonici profeſſores ac Docto. Illuſtres, Hoſtienſ. & Guille. Durant, cognomento ab ſpeculo, quamobrẽ propter eorum ſupremam auctoritatem, idem Oldra. (vt prædixi) ad finẽ prædicti conſilij. 127. ſubdubitauit. Sed poſtea offendi eundem Oldrad. idem, apertè prout ſupra proximè conſideraueram, dicentem, & ſano modo hanc rem intelligentem, & ſpeciatim excuſantem Hoſtien. & Specu. ne præmiſſis contradicant conſilio. 160. incipen. thema tale eſt, per totiùs illius conſilij progreſſum.

Attẽ. aduertẽter.

Et licet iſte articulus iam fuerat in ſuperioribus expeditus poſt Barol. in prædicta ſecunda concluſione ſextæ quæſtionis, nihilominus placuit non



non obliuiſci de Oldra. quia loquebatur in caſu, diuerſo ab eo quẽ Bar. hic ponit, & Ioan. And. alibi, ſcilicet, in iurante de non teſtando abſolutè, eodem tamen quoad ſenſum & rationem, vt ſupra dixi, ex quibus recta deducitur, & ſubnotari poteſt, hic eſſe textũ in verſicu. [nemo enim.] ponẽtem aliam regulam infallibilem, præter eam quam prædixi in textualibus notare Rapha. Cuma. ex hac l. ibi ſuprema voluntas, videlicet ꝙ ſemp pre ualet vltima voluntas priori, licet non vltima ſcriptura, vel vltima locutio, prout ipſe poſt modum declarat, nã in hoc verſicu. nemo enim, ponitur alia regula ſimiliter infallibilis, vt patet ex ſupra traditis in eius declaratione, ſcilicet quod non poteſt fieri teſta
230 mentum irreuocabile, † & eſt profecto vnum ex mirabilibus iuris, in vna lege, eademque paruæ contexturæ, poni duas regulas infallibiles, cum vix ac rariſsimè vna reperiatur in pluribus legibus, vt voluit iuriſconſultus in l. omnis definitio. ff. de regu. iuris. & id proculdubio non inuenitur alibi in iure, & ſi quis inuenerit doceat, & libenter ab eo diſcam.

Aduertẽdũ.

Mirabile in iure nr̃o, & quidẽ valde peregtinũ & veluti monſtrum quoddam.

Denique ad præmiſſorum condimentum, non abs re erit ſubiungere dubitationem huic noſtræ materiæ concinnam, quam Barto. in l. 1. §. fuit quæſitum. ff. ad Trebel. mouet & ſignat, non eſſe probabilem, neque verificabilem, quatenus quæſijt, an adultus qui fecit teſtamentum, poſsit aduerſus illud petere ſe reſtitui, vt potè ab eo inconſulte, vel ex facilitate factum, & reſpõdetur quod non, nam in verò iſta quęſtio pręſupponit quid fruſtraneum, & (pace tanti viri dixero) ridiculum, quod ex eo liquet, quia aut intelligeretur quomodo de ipſomet adulto teſtante, id eſt an ipſemet poſsit eam petere reſtitutionem, &

Notãda ſũt ſequẽtia ad præcedẽtiũ condimẽtũ.

hoc non poteſt procedere, cum ſit expeditiſsimum, quod habet liberã teſtandi facultatem, & per contrarium habet conſimiliter poteſtatem deſtituendi & reuocandi teſtamentum, quod ſemel fecerit, pro ſuo libito, per ea quæ ſuperius abunde fuerunt tradita in textualibus, & in proſequutione materiæ, quorum prætextu hanc quæſtionem hic ſubnexui, & ſic non eſt ad quid reſtituatur, neque vtatur beneficio extraordinario reſtitutionis, ſtante remedio facilimo, & ordinario ſibimet competenti, videlicet liberę facultatis mutandi, & reuocãdi teſtamentum, quam per ſeipſum ſola ſua voluntate, expreſſa poteſt ex
231 pedire, cum ſit iuris clariſsimi, † quod competente alicui remedio ordinario ad iudicium deducibili, reſtitutio in integrum, quæ eſt extra ordinariũ ceſſat, hoc eſt, non poteſt intentari l. in cauſæ, la ſegũda, in princi. ff. de mino. & tradit Bar. generaliter tractans materiam, in l. in prouinciali, §. 1. eodemque fin. ff. de no. ope. nun. & hãc rationem ſatis vulgari, & trito fundamento innixam, quam prius, per multos retro dies dum *illum titulum* ad Trebe. ſemel, bis, atque iterum, auditoribus meis, in cathedra matutina interpræcarer, reperij poſt multum tẽporis ponere Ioan. Franciſcum à Ripa, in eodem. §. fuit, quæſitum, nume. 31. impertinenter tamen, & ad Corinthios (vt alias dicitur) cum ille tradat eam in propoſito deciſionis Bart. recedendo ab eius ratione. Et reuera ratio præfata (vt proximè dixi) quã deduxi ad oſtendendum quæſtionem Bartol. eſſe impertinentem, & præſupponere quid ſuperfluum & inanè, non tendit in ſcopum ad quem dirigitur per ipſum Franciſ. de Ripa, ſed ad eũ de quo prædixi, ſ. q. quæſtio Bar. ꝓcedere nõ poſsit in eodẽ minore

Vbi ordinariũ remediũ competit extraordinariũ ceſſat.

Taxat Frãſ. à Ripa.

re teſtante,& iſtud debuiſſet ipſe Ri
pa aduertere,qui dum nititur ſuſtine
re prædictam deciſionem Bartol. illa
ratione quam prædixi,ſubuertit eam
hoc caſu, ſcilicet, quando idem te-
ſtator adultus, peteret ſe reſtitui ad-
uerſus teſtamentum à ſe confectum,
De eadē re. aut hanc quæſtionem Barto. (vt ad
ſuperiora redeam) intelligimus in
hærede ipſius minoris teſtantis, vel e-
ius qui teſtatus eſt, qui hæres aliàs ſi-
ne teſtamento, ei erat ſucceſſurus ab
Ĩtĕlo Bart. inteſtato; quem etiam caſum verba
Bartoli complectuntur, quum fuerit
loquutus impersonaliter, dum dixit,
an contra teſtamentum poſsit peti
reſtitutio;& ſic imperſonaliter, ideſt,
non aperuerit per quem ſit petenda,
& iſto etiam caſu prędicta quęſtio nō
procedit, tum propter rationē à Bart.
232 ibi traditam,† tum etiam quia reſtitu
tio eſt remedium reciſſorium, repo
nēs rem in ſtatum priſtinum. l. quod
ſi minor.§.reſtitutio.ff.de mino. cum
alijs, ſed ita eſt, quod poſt mortem il-
lius minoris teſtantis, qui deceſsit cū
illo teſtamento, talis minor iam defū
ctus, non poteſt reponi in eūdem ſta-
tum priſtinum, in quo erat priuſquā
moreretur, vt poſsit tale teſtamentū
reuocare, cum deſierit eſſe in rerum
natura, igitur talis petitio reſtitutio-
nis eſſet illuſoria, cum poſsibile non
233 ſit, ei reſtitutionem competere.† Prę
terea cum tale teſtamentum fuerit
iam confirmatum per mortem teſta-
toris minoris l. omnium, cum gloſſa,
C.de teſtamen. non poſsit conſimili-
ter idem hæres minoris (qui inquam
eidem minori, ſi inteſtat⁹ deceſsiſſet,
ab inteſtato ſucceſſurus fuiſſet) eiuſ-
234 modi reſtitutione petere, tanquam †
hæres minoris petendo ſe ipſum re-
poni debere, in eundem ſtatū in quo
erat minor antequam decederet, vt
poſsit reuocare teſtamentum, prout

minor poſſet, ſi viueret, quū talis re
poſitio ſit impoſsibilis, tam naturali-
235 ter, quam ciuiliter,† de primo patet
ad ſenſum, cuius rationem quærere
eſt infirmitas intelligentię, ſecundū
Philoſophum relatum per Bald. in l.
teſtium, ad finem. C.de teſti.& in alijs
pleriſque locis ſecundum apertè cla-
236 ret,† quia repoſitio in ſtatū priſtinū
non poteſt fieri niſi per fictionem re-
trotractiuam, quę requirit duo extre-
ma habilia ſubſiſtere, vel præexiſte-
re, ſcilicet à quo & ad quod, vt tra-
dit Bar. in l. ſi is qui pro emptore, in ar
ticulo fictionis tranſlatiuę, ſeu retro
tractiuę, de tēpore ad tempus. ff.de v-
237 ſu capio.† At iſto caſu, extremum il-
lud ad quod vel in quod fieri debet
repoſitio, quæ eſt ſtatus priſtinus, eſt
peremptum, & omnino mutatum, &
abſorptum, per mortem minoris qui
teſtatus deceſsit, & ſic defficit, & cō-
ſequenter talis reſtitutio ſeu repoſi-
tio eſt impoſsibilis, etiam (vt dixi) ſe-
cundum iuris terminos, non ſolum
naturales. Præterea, quomodo iſte,
qui aliàs erat ſucceſſurus ab inteſtato
poteſt ex perſona minoris eiuſdem-
que teſtantis, defuncti petere, reſtitu
tionem? cum illa non competat aliàs,
in caſu vbi debet vel deberet compe
238 tere,† niſi vero, & actuali hæredi mi-
noris qui deceſsit teſtatus:& eum in-
ſtituit hæredem. l.non ſolum.ff.de in
integrum reſti. ſed iſte veniens ab in
teſtato, ideſt qui aliàs poſſet ab inte-
ſtato ſuccedere non eſt hæres, ſed a-
lius qui fuit ſcriptus igitur.&c.

Præterea iſtud oſtenditur adhuc
ſtringētius, nam etſi aliàs ſucceſſu-
rus ab inteſtato, ex perſona teſtantis
minoris defuncti, poſſet vti reſtitutio
ne contra teſtamentum ab illo factū
(quod nullo modo poteſt, vt prædi-
xi) ſed eſto, quod poſſet, non ob aliam
cauſam eſſet ei concedenda, niſi quia
defūctus



239 defunctus † fuerat lęſus in faciendo
illud, cum reſtitutio non concedatur
minori abſque lęſione, ſed manifeſtū
eſt, lęſionem hoc caſu nō potuiſſe in
teruenire, neque conſummari in ipſo
minore qui teſtatus fuit, cum (vt eſt
ſępe dictum) habuerit in vita liberam
facultatem, reuocandi tale teſtamen
tum vſq; ad vltimum vitę ſpiritum,
vt in iuribus in introitu hui⁹ relectio-
nis ſupra allegaui igitur. &c. Et dato
quod non potuiſſet ob cęlerrimam,
& præproperā mortem ſibi poſt te-
240 ſtamentum contingentem, † quę-
nam rogo lęſio poteſt conſiderari in
factione teſtamēti; in qua fuerint ſer
uata ſeruanda ſecundum iuris diſpo-
ſitionem? ideſt teſtando prout iura vo
lunt, circa ſolēnitates extrinſecas, &
intrinſecas. Quo ſeruato vſus eſt iure
241 cōi in teſtando,† cum vnicuiq; habili
ſit conſenſum à iure publico poſſe te
ſtari, vt ſupra ſępiſsime eſt dictum, &
ſic non poteſt videri circumſcriptus

in teſtādo, vt in l.ſi. C.de in inte. reſti.
241 ſicque videtur, vt ſupra eſt dictum, †
in principio quęſtionis, Bartoli quæ-
ſtionem non poſſe verificari, niſi for-
te dicamus, quod veniens ab inteſta
to vult reſtitui contra tale teſtamen
tum in quo fuerat extraneus inſtitu-
tus, per ſugeſtiones & machinationes
hæredis extranei, ſed certè tunc etiā
non eſt locus reſtitutioni, ex quo ſu-
perſunt remedia ordinaria, titulorū,
ff.&.C. ſi quis ali. teſta. prohi. vel coe-
ge.& hoc modo reperio iſtud intelli- Terminus.
gere Bald. (& valde mihi placuit) in l.
ſi frater, in fin. C.qui teſtam. fa. poſſ.
non curās de reſtitutione, dic vt ibi p
eum ſingulariter loquentem, quem
ibi ſequitur Raphae. Alexand. Corn.
& Iaſon, licèt non tangant aliquid ex Atté.ſing.
prædictis. Et ex his ad laudem & glo-
riam cunctipotentis abſoluta eſt iſti⁹
l. relectio. Lege igitur candide le-
ctor, fruere, & faue.

FINIS.

*SALMANTICÆ*

EXCVDEBAT IOANNES
Maria à Terra noua Typographus
longe accuratiſsimus.
Anno .1563.




Doctor Peralta

# EORVM OMNIVM, quæ volumen iſtud amplectitur: vtiliſsimus ac locupleƈtiſsimus Index.

## A


ABBATIS Panor. & ſequatium opinio, quòd deciſio. §. ſi ex fundo. procedat in foro cõſcientiæ: ſuſtinetur hic. pag. 23. col. 2. nume. 46.

Abſolutio actus inter viuos, item & vltimæ voluntatis: vocatur el otorgamiẽto. pag. 436. col. 1. num. 120.

Abundans cautela vel ſolennitas non obeſt, eum veritatis ſubſtantiam non mutet. pag. 391. col. 1. num. 54.

Abundans ſolennitatis vel cautelæ expreſsio, non operatur ex ſe aliquid, vt addat vel minuat ad actum cui apponitur. pag. 391. colum. 1. nu. 55.

Abutens dominio rerum ſuarum, meretur eo priuari: quia facit ſeipſum eo indignum. pa. 178. col. 1. nu. 45.

Accidentia abſq; ipſorum corruptione, ſubiectum cui adherent, deſerere nequeunt, neq; in aliud migrare. pag. 490. col. 2. nu. 211.

Accidentiam ſeu qualitatem, ſubiecto nõ ſubſiſtente, minimè ſubſiſtere certiſsimum eſt. pag. 415. col. 2. num. 87.

Actio datur legatario cõtra hæredem, ex promiſsione hæredis facta teſtatori, de ipſius voluntate exequenda. & ſic eo caſu volũtas vltima, tranſit in verum contractum actionis productiuum. pag. 275. col. 2. nu. 23.

Actionis ea eſt ingenita & genuina natura, vt diſponat contra veritatẽ, & ſuper certo, præſumptionis autem aduerſa. pag. 20. nume. 34. columna. 1.

Actio quam vocant ex teſtamento, vnde, & quomodo oriatur: & quod aptius denominaretur propter teſtamentum. pag. 271. columna. 2. num. 9.

Actio prædicta fluit ex quatuor cauſis, videlicet duabus remotis, & duabus proximis, ſeu immediatis. pa. 272. col. 1. num. 12.

Actio & paſsio, eodem reſpectu conſideratæ: non poſſunt in eodem ſubiecto conſiſtere. pag. 451. col. 1. nu. 129.

Actus actiuorum, debent eſſe in ſubiecto patiente ſeu capace. pag. 82. col. 1. nu. 127.

Actus nullus ſeu inualidus, non eſt impedimẽto, quominus valido modo geri poſsit. pa. 313. colum. 2. num. 5.

Actus pendens ſeu ſuſpenſiuus, & actus perfectè validus ſunt ſimiles: actus verò nullus & validus, omnino diſsident. pag. 314. col. 1. numero. 7.

Actus vnus & idem, non poteſt ſeipſum tollere vel reuocare, repugnaret enim naturæ, ſecũdum quam actio & paſsio, in eodẽ ſubiecto nequeunt concurrere. pag. 406. colum. 2. numero. 79.

Actus nullus, regulariter eſt ineffectualis, quæ regula eſt propè infallibilis. 407. colum. 1. numero. 81.

Actus ſecundus geſtus per proteſtantem aduerſus præambulam proteſtationem ab eo præmiſſam eſt nullus informis, & imaginarius. pa. 445. col. 1. nu. 119.

Actus vltimæ voluntatis, eſt indiuiduus nullã que recipiẽs ſectionem reſpectu validitatis & inualiditatis. pag. 117. col. 1. nu. 118.

Actus agentium, non operantur vltra eorum volũtatem quæ eſt regula & philoſophica, & iuridica, infallibilis. pag. 49. col. 2. nu. 90.

Actus vnus & idem poteſt eſſe actus inter viuos, item & vltima voluntas. pagina. 330. colum. 2. nume. 56.

Actus ſecundus geſtus per proteſtantem, aduerſus proteſtationem præambulam, ab eo prius emiſſam inualidus eſt. pag. 445. colũ. 1. numero. 120.

Actus dum defficit vel peccat ob defectum ſolius materiæ, ſi non valet vt geritur, valet tamen vt valere poteſt. pag. 214. col. 2. nu. 85.

Adaptatio ad caſum quotidie occurrentem, in materia ſucceſsionis in maioratibus ſuper repetitione facienda qualitatis vel maſculi-


† nitatis.

nitatis.pa.467.col.2.nu.168.

Adaptatio ad.l.1.tit. de los teſtamentos. in ordina.pag.374.col.1.nu.28.

Adaptatio ſecuuda,ad eandem.l. de los teſtamentos,ſuper qua tamen,relinquitur deliberandum.pag.385.col.1.nu.49.

Adaptatio vera ad.l.3.Tauri per modum ſimilitudinarium.pa.392.col.2.nu.59.

Adeundo hæreditatem,nō cenſetur hæres approbare ea quæ teſtator fecit vel præcepit aduerſus.l. prohibitionem. pag.57.colum.1.numero.100.

Aditio hæreditatis, & acquiſitio quæ per eam fit,licet ſint de iure ciuili, tamen quod ex eiuſmodi aditione vel acquiſitione quæritur:cenſetur acquiri de iure gent.pag.92.colum.2.num.144.

Aditione facta ex interuallo per hæredem,talis hæres fingit fuiſſe hæres retro à die mortis defuncti.pag.236.col.1.nu.113.

Aditione hæreditatis,videtur hæres dediſſe retro fidem defuncto de adimplēda ipſius voluntate.pag.270.col.2.nu.6.

Aditio hæreditatis & approbatio voluntatis defuncti, habent in ſeipſis concomitantiam inſeparabilem: & vna inſurgit & conſequitur ex alia.pa.50.col.1.nu.92.

Aduertentia declaratoria & apta.ad.l.22.titu.1.par.6. truncatè & imperfectè loquentem pag.399.col.2.nu.38.

Aduertentia.l. vnū ex familia,vſq; ad.§. rogo. ff.de leg.2.pa.325.col.2.num.43.

Aduertentia memorabilis, ad allegationem cōmunem quæ paſsim fit ab omnibus,de.l.vltima.ff.de hæred.inſti.cui ſubijciuntur aliæ duæ.pag.412.col.1.nu.84.

Aduertentia ad.l.22. Tau.& eiuſdem apta. declaratio.nu.138.pag.455.col.2.

Aduertentia ad clauſularū intelligentiā quæ ſæpè in calce omnium prope teſtamentorum ponuntur.pagina.399. columna.1 numero.37.

AEquitas eſt baſis ac fundamentum principale ſcientiæ iuris, & congruentia quædam in principijs iuris naturalis fundata.pag.21.colum.2.nume.40.

Agnoſcens commodum à lege, vel ab homine,ſibi delatū videtur ſeſe aſtringere omnibus oneribus illi inhærentibus.pag. 272.colum.1.num.13.

Agnatus vel cognatus tranuerſalis teſtatoris, qui alias ei ſucceſſurus fuerat ab inteſtato,ſi eo mortuo abſq; teſtamēto laboret inopia, & eo præterito teſtator extraneum inſtituat facit contra debitum pietatis. pag. 11. colum.1.num.12.

Allegans ignorantiam in facto proprio, prætextu longinquitatis temporis elapſi, ad cōſequendum lucrum nihil agit neq; eſt audiendus.pa.467.col.2.nu.186.

Antecedens non regulatur à conſequente, ſed è contra conſequens ab antecedente. pag. 466.colum.2.nu.167.

